

INDC

SACRORUM CONCILIORUM

NOVA ET AMPLISSIMA COLLECTIO

CUJUS

JOANNES DOMINICUS MANSI

ET POST IPSIUS MORTEM FLORENTINUS ET VENETUS EDITORES

AB ANNO 1758 AD ANNUM 1798 PRIORES TRIGINTA UNUM TOMOS EDIDERUNT
NUNC AUTEM CONTINUATA ET DEO FAVENTE ABSOLUTA

CURANTIBUS

JOANNE BAPTISTA MARTIN

SACERDOTE, PROFESSORE IN CATHOLICA UNIVERSITATE LUGDUNENSI

ET

R. P. LUDOVICO PETIT

IN CONGREGATIONE AUGUSTINIANA AB ASSUMPTIONE.

TOMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS

1720-1735.



PARISIIS

MDCCCV

EXPENSIS HUBERTI WELTER, BIBLIOPOLAE.





PRAEFATIO.

Tandem prodit in publicam lucem expectata diu omniumque eruditorum votis expetita I. D. Mansi *Amplissimae conciliorum collectionis* continuatio; quae utinam sustineat quam sui concitavit expectationem. Quae praeponeo huic volumini constitueramus prolegomena de auctoris vita et scriptis, de variis conciliorum collectionibus etc., ea satius visum est in aliud tempus differre, cum totius operis supplementum adornandum erit; in praesentia de huius voluminis consilio et subsidiis tantum breviter dicemus.

Operis elucubrandi quae fuerit data occasio propositumque consilium, benevolis lectoribus ita iam exploratum habetur, ut nobis supervacaneum videatur de re notissima multis praefari. Cum abhinc annos V vir cl. Hubertus Welter, bibliopola Parisiensis, *Amplissimam conciliorum collectionem* a I. D. Mansi olim elaboratam novis typis recudere statuisset, nova haec editio maius pretium ut haberet, nihil ab eo qui curam eius assumpserat praetermissum diligentiae fuit, quo accederent cum emolumento acta et documenta ad idem argumentum spectantia, si qua nondum edita servarentur in bibliothecis et tabulariis, aut typis iam vulgata, ab *Amplissima*, ut aiunt, peregrinarentur. Ad amicos litteratosque viros intra et extra Galliam datae litterae sunt, quibus urgebantur ipsi, ut suas pro humanitate veluti symbolas conferrent ad novae editionis amplificationem. Laboris auxilium multi undequaue sponderunt, attulerunt pauci.

Interea manus ultima editioni Parisiensi imposita fuit, ac tribus tantum interiectis annis singula XXXI volumina, quibus constat *Amplissima collectio*, in lucem prodierunt, non novis quidem typis iterum excusa, sed lithographica imagine ita expressa, ut cum veteri illa editione prorsus congrueret recens effigies. Mox etiam, eadem adhibita arte, quattuor volumina, e Nicolai Coleti sylloge deprompta, recudi curavit bibliopola Parisiensis.

Utroque opere feliciter absoluto, longius procedendum erat ac totum opus ad hanc usque aetatem continuandum: res sane multi laboris et curae. Materiae ingentis provincias sic inter se partiti sunt qui operis continuandi maximum onus in se receperunt, ut synodos orientales L. Petit, occidentales J. B. Martin edendas curaret. Quae vero ratione in hoc primo volumine editoris munere uterque functus est, paucis dicendum.

Ad orientales quod attinet, ubi primum laborem hunc suscepimus, statim nobis mens incederat, ut omnium totius Orientis ecclesiarum acta synodalibus, quotquot in codicibus manu scriptis, vel editis invenire potuissemus, describendis et in praesenti collectione edendis operam, daremus. Quod cum efficere vellemus, incidimus in quoddam pelagus laboris paene infiniti, unde vix post unum alterumve lustrum littus cernendi spes affluisset. Si quidem bibliothecarum longe distitarum foruli revolvendi erant, variarum linguarum instrumenta persequenda, archiva consulenda, libri editi, excutiendi: quae res molesta et intricata non ab uno homine, eoque aliis curis impedito, sed sociata doctissimorum ex omni parte virorum opera commodissime perfici poterat. Ut autem finis aliquando constitueretur, utque legitimis eorum querelis, qui symbolas dederant, fieret satia, atque bibliopolae nostro, cui onerosi iam erant effusi, iique haud levissimi, sumptus, opitularemur, statuimus lectoribus benevolis permittere opus, quod diuturniori mora politius integriusque evulgari potuisset. At confidimus, idque procul a iactantia, nomina nostra nos expedituros gratissimo fenore. Namque opus ipsam, qualecunque prodit in lucem, si spectetur, quis ad hanc ubertatem materiae rerumque varietatem importunus accedet? Ecce enim ad manum bene multae ecclesiae orientalis tabulae publicae, quae aut in bibliothecis et tabulariis hactenus latebant, aut, per innumeros libros dispersae, ne curiosis quidem harum rerum innotuerant, maximo sane eruditorum incommodo. Quanti enim momenti sint acta illa ad historiam ecclesiae orientalis accuratius exquirendam, ad illustrandas res etiam civiles Graecorum, Serborum, Rumorum, Rumenorum, ad exquisitius cognoscendum ius orientale cum civile tam canonicum, viro cuique perito apertum est atque manifestum. Theologia multa suppeditant, quibus res abstrusas explicent, ieiunas exornent; historica, quae in chronologia vel geographia spinosiora sunt, extricant; quae ad ritus, mores, dignitates et officia ecclesiastici lae-cive ordinis pertinent, exponunt. Sensimus demique immerito iam tot saecula neglectas esse apud occidentales has doctrinae iurisque Graecorum, ut ita dicamus, reliquias, quamvis extrema demum clarissimi populi aetate in ipsa paene barbaria natas. Nec nostro sane egent praefatio: norunt enim haec et mirantur omnes cordati viri.

Synodos, quae res Rumenorum in Transilvania spectant, edendas curavit Carolus Auner, in seminario catholico Bucarestino professor, quem honoris et gratiae causa vel ab ipso operis limine nominare deceat. Ceteras omnes, in quibus de negotiis Orientalium agitur, ipse adornavit L. Petit, adiuvantibus nonnunquam sodalibus suavissimis Iulio Pargoire et Sophronio Petride, quorum prior singulas etiam plagulas qua maxima potuit diligentia contulit. Textum in codicibus vel libris editis exhibitum intactum reliquimus, correctis tantum apertis librarium mendis et mutata interpunctione. Quorundam actorum summam tantum protulimus, eorum scilicet quae certi loci, non universae ecclesiae res videbantur continere; librum enim sine necessitate auferemus, si omnia acta integra exscriberemus. Quae vero ad gravissima quaedam negotia, ad unius alteriusve ecclesiae mores, iura, doctrinas, ad patriarcharum historiam spectare videbantur, ea integra edidimus, adiecta etiam interpretatione latina, non philologorum causa, sed eorum quos res, non verba curantes, ex verbosissimis Byzantinorum ambagibus laboriosa lectione sententias eruere faedet; pigetque. In adnotationibus, praeter codicum varietates et rara explanationis conamina, etiam scriptorum locos qui vel respiciuntur vel conferri possunt, quos quidem percepimus, indicavimus: quo vel in editione principi a perfectione quam proxime abesse videremur, quamvis nihil sit simul inventum et perfectum.

Ad synodos occidentales quod attinet, ita se gessit J.-B. Martin, qui prius editionis absolvendae solus et supplementi conficiendi curam in se receperat, ut textus in publicum proferret ab omnimodo vacuus, quae prima est actorum, huius praesertim generis, commendatio. Optimas adhibuit editiones, atque imprimis eam quae *Collectionis Lacensis* titulo insignita, magnam apud omnes habet auctoritatem. Neque enim eius erat propria vel nova proferre arbitria de textu instituendo: satis habebat exscribere quae alii optime exhibuerant cum in actis ipsis comparandis

tum in appendicibus exaggerandis. Alias etiam editiones nominavit, quotquot perspectas habere potuit; libros recentiores, in quibus sermo de synodo aliqua instituitur, hic illic in partem vocavit; ipsos denique fontes adiit, quo accuratior prodiret editio.

Rem quoque attulit gravissimam et in edendis recentioribus conciliis plane novam: synodos scilicet dioecesanarum, quotquot invenire valuit, religiose commemoravit, etsi nulla huc usque agitata est synodorum huiusmodi mentio. Atque Mansi quidem noster, Labbaeum secutus, dioecesanorum coetuum, qui antecedunt annum p. Chr. MCCC, acta integra in suam collectionem recepit, ceteris, quae postea edita sunt, consilio neglectis. Haec autem abesse nefas, quia non desunt inter synodos dioecesanarum tales, praesertim recentiores, quarum decretis ad usum transferuntur quae a synodiis provincialibus, quas vocant, sancita sunt. Librorum, quibus acta ista continentur, descriptio uberrima consulto allata est, adiecta etiam bibliothecarum significatione, in quibus illi abditae latent, ideo quod parum noti videntur aut rarissimi. Seorsum additis fragmentis idoneis nonnulla exhibuit editor Lugdunensis, si qua vel propter copiam nominum videbantur memorabilia vel ad certa monumentorum genera referri poterant.

Variae igitur cum per multum temporis in opere versarentur manus, id non contigit ut aequaliter omnia constituerentur in laterculis manuscriptis: quales discrepantias in scribendis praesertim verbis, aliquot vel notandis libris detergere supersedimus, cum vix cuiquam fore detrimentum viderentur.

Res ardua, inquit Plinius, *retustis novitatem dare, novis auctoritatem*. Non ii sumus, qui haec nos exsecutos fuisse putemus; sed nos toto conatu, ut exsequeremur, allaborasse nobis concii sumus.

Scribebamus Lugduni et Constantinopoli, kal. septembris anno MDCCCV.

J.-B. MARTIN.

L. PETIT.



INDEX CHRONOLOGICUS TOMI XXXVII.

ANNO CHRISTI		ANNO CHRISTI	
1720	februarii 27-8. — Synodus dioecesis Posnaniensis, celebrata Varaviae 105	1722	Synodus dioecesis Murana 225
1720	martii 21. — Synodus dioecesis Sueassionensis 105	1722	Synodus dioecesis Nivernensis 225
1720	mense martio. — Congregatio archipresbyterorum dioecesis Antverpiensis 105	1722	Synodus dioecesis Virdunensis 225
1720	augusti 26. — Synodus dioecesis Gnesnensis 105	1723	martii 18. — Synodus dioecesis Sueassionensis 225
1720	augusti 26 - septembris 17. — Synodus provincialis Ruthenorum, celebrata Zamosciae 105	1723	mai 5. — Statuta dioecesis Briocensis 227
1720	Synodus dioecesis Beneventana XXXV 107	1723	augusti 24. — Synodus dioecesis Beneventana XXXVIII 1015
1720	Statuta dioecesis Namurcensis 107	1723	augusto. — Constantinopolitana synodus, in qua Methodii Anthracitae errores damnantur 227
1720	Synodus dioecesis Niciensis 109	1723	septembris 2-4. — Synodus dioecesis Placentina 1017
1721	januarii 25. — 1. Petri I, Russorum imperatoris, ordinatio ecclesiastica a cunctis Russiae episcopis subscripta 1	1723	septembris 12. — Synodus Constantinopolitana pro eligendo patriarcha Alexandrino 245
	2. Ab orientalibus patriarchis confirmatur perpetuae synodi institutio 99	1723	octobris 17. — Synodus dioecesis Barbastrensis 1017
1721	junii 7. — Synodus dioecesis Pistoriensis 109	1723	decembri. — Synodi Constantinopolitanae epistola de Serborum religione 245
1721	(circa junii 7). — Synodus dioecesis Pragensis 109	1723	Synodus Constantinopolitana 251
1721	septembris 28-9. — Synodus dioecesis Auximana 111	1723	Synodus dioecesis Praemisiensis 1017
1721	octobris 8. — Synodus dioecesis Ambianensis 111	1723	Synodus dioecesis Virdunensis 1017
1721	Synodus dioecesis de Vish 111	1724	aprilis 6. — Synodus dioecesis Sueassionensis 1017
1721	Synodus dioecesis Virdunensis 111	1724	augusti 30. — Synodus dioecesis Lucionensis 1017
1721	circa. — Synodus dioecesis Civilebana 111	1724	septembris 4-6. — Synodus dioecesis Bergomensis II 1017
1721	Synodus dioecesis Cenetensis 1015	1724	novembris 9-11. — Synodus dioecesis Viterbiensis 1019
1721	Constitutiones synodales Ipporegienses 1015	1724	Synodus dioecesis Camenecensis 1019
1722	martii 27. — Synodus dioecesis Sueassionensis 111	1724	Synodus Constantinopolitana in qua orthodoxorum cum catholicis societas prohibetur 251
1722	mai 5-30. — Concilium provinciale Tarraconense 113	1725	februarii 26. — Synodus dioecesis Fogarasiensis universae ecclesiae Rumenorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria 253
1722	junii 21-3. — Synodus dioecesis Fulginatensis 115	1725	martii 22. — Synodus dioecesis Sueassionensis 1019
1722	Synodus dioecesis Ambianensis 117	1725	aprilis 15. — Synodus dioecesis Messanensis 1019
1722-1724	1. Constantinopolitanae synodi adversus Christianos provinciae Antiochensae qui ad catholicam unitatem redierant 117	1725	aprilis 15 - mai 29. — Concilium Romano-Lateranense 265 et 1019
	1722. 2. Constantinopolitanae synodi epistola dogmatica ad orthodoxos Antiochenos, qua latinorum doctrinae refellitur 127	1725	mai 15. — Synodus dioecesis Monspessulana 267
	1724 april. 3. Synodalis admonitio ad omnes ecclesiae Antiochensae fideles de respuendis latinorum erroribus atque recta orientalis ecclesiae doctrinae retinenda 207	1725	maio. — Synodus Constantinopolitana ad confirmandam libertatem monasterii S. Eliae, in insula Samo 267
	1724 decembri. 4. Cyrillus, in Antiochenum Graecorum patriarcham electus, a synodo Constantinopolitana, tanquam patriarchatus invasor, excommunicationis ac depositionis poena plectitur 219	1725	julio. — Constantinopolitana synodus a qua Methodio Anthracitae ad orthodoxiam redeunti venia datur 1021
		1725	octobris 28. — Concilium provinciale Avinionense 267

ANNO CHRISTI		
1735	novembri. — Synodus Constantinopolitana	367
1716-1727	Londinenses et Constantinopolitanae synodi pro inunda concordia Anglicanos inter et orthodoxos Orientales	369
1716	augusti 18. 1. Condiciones inunda concordiae Britannos inter et Graecos ab injuratis episcopis oblatae	383
1717	octobris. 2. Injuratorum epistola ad Russorum imperatorem	393
	3. Thebaidos metropolitanus ad injuratos	393
1718	aprilis 18. 4. Patriarcharum responsa ad propositiones	395
1722	maii 29. 5. Graecorum responso rescriptum Britannorum	471
	6. Ritus sacrae communionis cum ab Angli- tum a Graecis post initam concordiam adhibenda	491
1722	maii 30. 7. Injuratorum epistola The- baidos metropolitanis	519
1722	maii 30. 8. Injuratorum epistola syn- odo gubernanti Russiae	521
1722	maii 31. 9. Injuratorum epistola eomi- ti a Golovkin, summo Russiae cancel- lario	523
1722	junii 11. 10. Thebaidos metropolitani epistola injuratis	525
1722	septembris 20. 11. Protosyncelli pa- triarchici epistola injuratis	527
1723	decembris 9. 12. Thebaidos metro- politani epistola ad injuratos	527
1723	januarii 28. 13. Injuratorum epistola ad Thebaidos metropolitanum	529
1723	augusti 25. 14. Thebaidos metropoli- tani epistola ad injuratos	531
1723	februarii. 15. Russiae gubernantis synodi epistola ad injuratos	533
1724	februarii 2. 16. Russiae gubernantis synodi epistola ad injuratos	535
1723	septembris. 17. Orientalium patriar- charum epistola ad sacram Russicam synodum	537
1723	septembris. 18. Orientalium patriar- charum epistola ad injuratos	541
1724	junii 3. 19. D. Cassano epistola ad injuratos	579
1724	junii 3. 20. Injuratorum epistola ad archimandritam Gennadium	579
1724	julii 13. 21. Injuratorum epistola ad Thebaidos metropolitanum	581
1724	julii 13. 22. Injuratorum epistola ad sacram synodum gubernantem Russiae	581
1724	julii 19. 23. Injuratorum epistola ad summum Russiae cancellarium	583
1724	julii 13. 24. Injuratorum apocha protosyncello data pro acceptis libris a patriarcha Hierosolymitano missis	585
1725	martii 8. 25. Scheda ad d. Cassano missa	585
1725	aprilis 11. 26. Injuratorum epistola ad sacram synodum gubernantem	587
1725	aprilis 11. 27. Injuratorum epistola ad summum cancellarium Russiae	587
1725	aprilis 11. 28. Injurati ad Thebaidos metropolitanum	589
1725	septembris 16. 29. Summus Russiae cancellarius ad injuratos	589

ANNO CHRISTI		
1725	septembris 6. 30. Guilelmi Wake, archiepiscopi Cantuariensis, epistola Chry- santho, patriarchae Hierosolymitano	591
1727	januarii 19. 31. Chrysanthi, patri- archae Hierosolymitani, ad superiorem epistolam responsum	595
	32. Addenda et emendanda	597
1726	martii 12-3. — Synodus dioecessana Caleni	623
1726	aprilis 10. — Synodus dioecessana Suessio- nensis	623
1726	aprilis 24. — Synodus dioecessana Urbeve- tana	623
1726	aprilis 28 - maii 5. — Concilium provinciale Firmanum	625
1726	junii 9. — Synodus dioecessana Capuana IV	645
1726	junii 9-11. — Synodus dioecessana Capuana IV	1021
1726	junii 9-12. — Synodus dioecessana Neapoli- tana	647
1726	junio. — Constantinopolitana synodus	647
1726	julii 14. — Synodus dioecessana Varmiensis- Heilsbergensis	647
1726	julii 31 - augusti 1. — Synodus dioecessana Pisana III	647
1726	augusti 15. — Synodus dioecessana Sancti- Severi	647
1726	augusti 18-20. — Synodus dioecessana Oppi- densis	649
1726	septembris 15-8. — Synodus dioecessana Anconitana	649
1726	octobris 21-3. — Synodus dioecessana Lu- ceorionensis	649
1726	novembri. — Constantinopolitanae synodi sententia de episcoporum translatione	649
1726	decembri. — Constantinopolitana synodus in qua Hieremias patriarcha sede sua de- jicitur	655
1726	Constantinopolitana synodus	677
1727	januario. — Synodus Constantinopolitana in qua sedes Olenensis in archiepiscopatum evehitur	677 et 1027
1727	januario. — Synodus Constantinopolitana	679 et 1021
1727	februario. — Constantinopolitana synodus in qua Graecae ecclesiae fides sederim articulis repetita declaratur	887
1727	apriis 2. — Synodus dioecessana Suessio- nensis	679
1727	aprilis 15. — Synodus dioecessana Umbriati- censis II	679
1727	aprilis 27. — Synodus dioecessana Urbeve- tana	681
1727	aprilis 28-30. — Synodus dioecessana Cre- monensis	1029
1727	maii 4-6. — Synodus dioecessana Senogal- liensis	681
1727	maii 26-7. — Synodus dioecessana Aesina	681
1727	maio. — Constantinopolitana synodus	681
1727	junii 1-3. — Synodus dioecessana Syracusana	681
1727	junii 1-2. — Synodus dioecessana Triven- tina II	683
1727	augusti 16 - septembris 28. — 1. Concilium provinciale Ebreduense	693
	2. Bibliographia	693 et 827
	3. Acta	697
	4. Appendix	813
	5. Supplementum	827

ANNO CHRISTI		ANNO CHRISTI	
1727	augusto. — Constantinopolitana synodus a qua christiani orthodoxi ad opem sancto Sepulcro ferendam sollicitantur 683	1729	aprilis 6. — Synodus dioecesis Suesionensis 951
1727	augusto. — Constantinopolitana synodus 1029	1729	maii 1-3. — Synodus dioecesis Taurinensis 1041
1727	septembris 2-4. — Synodus dioecesis Tarvisina 909	1729	maii 11. — Synodus dioecesis Bobiensis 1041
1727	octobris 4. — Constantinopolitana synodus 909	1729	junii 12. — Synodus dioecesis Aquensis 1041
1727	octobris 12 - decembris 21. — Concilium provinciale Tarraconense 911	1729	junii 21. — Synodus dioecesis Vauriensis 951
1727	novembri. — Constantinopolitana synodus in qua de approbatione ordinarii ad confessiones audiendas decernitur 925	1729	septembris 18. — Synodus dioecesis Ripana 951
1727	Constantinopolitana synodus de musicae gymnasio 929	1729	septembri. — Constantinopolitana synodus 953
1727	Constantinopolitana synodus de monachia hagiographis 931	1729	septembri. — Hierosolymitana synodus a qua nosocomium in sancta civitate instituitur 1043
1727	Constantinopolitana synodus de episcopo Heli 931 et 1033	1729	Synodus dioecesis Catalaunensis 953
1727	Constantinopolitana synodus de monasterio Deiparae in Fonte Aureo 931 et 1031	1729	Synodus dioecesis Praenestina 953
1727	Synodus dioecesis Apruntina 931	1729	Statuta dioecesis Taurinensis 953
1727	circa. — Synodus dioecesis Montisflaconis et Cornetensis III 933	1729	Statuta dioecesis Tolosanae 953
1728	januario. — Constantinopolitana synodus de monasterio Acrita 933 et 1035	1729	Synodus dioecesis Tullensis 955
1728	februario. — Constantinopolitana synodus de scholastica palaestra Atheniensis 933 et 1037	1729	Synodus dioecesis Urbeveta. 955
1728	martii 15. — Constantinopolitana synodus de Sophronio Cephaleniae archiepiscopo 935	1730	januarii 19. — Synodus Achfidensis 1043
1728	martii 19. — Synodus dioecesis Suesionensis 935	1730	martii 12. — Hierosolymitana synodus 1043
1728	martio. — Constantinopolitana synodus 935	1730	martii 29. — Synodus dioecesis Suesionensis 955
1728	aprilis 8. — Synodus dioecesis Algarensis et Unionum 935	1730	aprilis 25. — Synodus dioecesis Viennensis 955
1728	aprilis 11. — Synodus dioecesis Urbeveta 937	1730	augusti 29. — Synodus dioecesis Antensis I 955
1728	aprilis 11. — Synodus dioecesis Vulturariensis et Montis Corvini I 937	1730	Synodus dioecesis Ambianensis 955
1728	aprilis 16. — Synodus dioecesis Aeduensis 937	1730	Constitutiones dioecesis Constantiensis 955
1728	maii 1-3. — Synodus dioecesis Murana I 937	1730	Constantinopolitana synodus 955
1728	junio. — Constantinopolitana synodus 937	1731	februarii 23. — Constantinopolitana synodus 957
1728	junio. — Constantinopolitana synodus 939	1731	aprilis 16-7. — Synodus dioecesis Cortonen. I 957
1728	julio. — Constantinopolitana synodus 939	1731	maii 9. — Synodus dioecesis San-Deodaten. 957
1728	septembris 1. — Synodus dioecesis Valentina in Gallia 939	1731	junio. — Constantinopolitana synodus 957
1728	septembris 8. — Synodus Belgradiensis in Serbia super jejunio a metropolitano solvendo 939	1731	augusti 24. — Synodus dioecesis Beneventana I 959
1728	septembris 13-5. — Synodus dioecesis Eugubina 945	1731	augusto. — Constantinopolitana synodus 959
1728	octobris 6. — Synodus dioecesis Ambianensis 945	1731	Synodus dioecesis Ambianensis 959
1728	octobris 19-20. — Synodus dioecesis Secusianensis 1041	1731 4	Synodus dioecesis Canariensis I 959
1728	novembris 4 (15) - 7 (18). — Synodus dioecesis Fogarasiensis ecclesiae Rumenorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria 945	1732	junii 16-7. — Synodus dioecesis Suana I 959
1728	Synodus dioecesis Eporediensis 951	1732	junii 22-4. — Synodus dioecesis Casalensis I 1043
1729	januarii 10. — Synodus dioecesis Bosensis 1041	1732	augusti 24. — Synodus dioecesis Beneventana II 959
		1732	septembris 24. — Synodus dioecesis Florentina 961
		1732	septembris 28-30. — Synodus dioecesis Fogarasiensis ecclesiae Rumenorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria 961
		1732	septembri. — Constantinopolitana synodus in qua Paisius patriarcha sede sua deiecitur 965 et 1043
		1732	octobri. Synodus dioecesis Vivariensis 965
		1732	Synodus dioecesis Ambianensis 965
		1732	Synodus dioecesis Ferentina 965
		1732	Synodus dioecesis Politiana 967

ANNO CHRISTI		ANNO CHRISTI	
1733	aprilis 15. — Synodus dioecœsana Suessio- nensis 967	1734	maii 27. — Synodus dioecœsana Resulana 1007
1733	aprilis 19-21. — Synodus dioecœsana Sep- tempedana 967	1734	maio. — Constantinopolitana synodus 1055
1733	aprilis. — Constantinopolitana synodus in qua Hieremia amoto, Seraphim patriarcha inauguratur 967 et 1047	1734	julii 6-8. — Synodus dioecœsana Feretrana 1007
1733	maii 1-3. — Synodus dioecœsana Alexan- drina I 1049	1734	augusti 24. — Synodus dioecœsana Rene- ventana I 1007
1733	maii 18 - julii 1. — Concilium provinciale Tarraconense 969	1734	octobris 20. — Synodus dioecœsana Viva- riensis 1009
1733	maio. — Constantinopolitana synodus 991	1734	decembri. — Constantinopolitana synodus 1009
1733	junii 9. — Statuta dioecœsais Lingonensis 993	1734	Synodus dioecœsana Ambianensis 1009
1733	junio. — Constantinopolitana synodus 993	1734	Synodus dioecœsana Nivernensis 1009
1733	augusti 4-5. — Synodus dioecœsana Plo- censis 993	1734	Synodus dioecœsana Viridunensis 1009
1733	octobris 20. — Synodus dioecœsana Viva- riensis 993	1735	aprilis 20. — Synodus dioecœsana Baiocensis 1011
1733	novembri. — Constantinopolitana synodus 993	1735	aprilis 20. — Synodus dioecœsana Suessio- nensis 1011
1733	Synodus dioecœsana Firmana 993	1735	maio. — Constantinopolitana synodus a qua Athanasius, Arcadiae nuper episcopus, depositionis poena absolvitur 1011 et 1055
1733	Synodus dioecœsana Viridunensis 995	1735	junii 26. — Synodus Achridensis 1057
1734	januario. — Constantinopolitana synodus a qua Athanasius, nuper Arcadiae episcopus, gravissimis poenis multatur 995 et 1049	1735	junio. — Constantinopolitana synodus 1013
1734	februario. — Constantinopolitana synodus in qua Marcus Eugenius, Ephesius metro- polita, inter sanctos refertur 995	1735	augusti 28. — Synodus dioecœsana Cana- riensis II 1013
1734	maii 4-6. — Synodus dioecœsana Urbina- tensis 1007	1735	Constantinopolitana synodus 1013
1734	maii 5. — Synodus dioecœsana Suessio- nensis 1007	1735	Synodus dioecœsana Albarracinensis 1013
		1735	Synodus dioecœsana Ambianensis 1013
		1735	Synodus dioecœsana Nivernensis 1015
		1735	Synodus dioecœsana Troiana 1015
		1735	Synodus dioecœsana Viridunensis 1015




INDEX ALPHABETICUS TOMI XXXVII.

<i>Achridensis</i> synodus, 1730 januarii 19	1043	<i>Civilebana</i> synodus dioeclesana, 1721 circa	111
<i>Id.</i> , 1735 junii 26	1057	<i>Constantiensis</i> dioecesis constitutiones, 1730	955
<i>Alexandrina I</i> synodus dioeclesana, 1733 maii 1-3	1049	<i>Constantinopolitanae</i> synodi adversus Christianos	
<i>Aeduisis</i> synodus dioeclesana, 1728 aprilis 16	937	provinciae Antiochenae qui ad catholicam uni-	
<i>Aesina</i> synodus dioeclesana, 1727 maii 26-7	681	tatem redierant, 1722-1724	117
<i>Albarracinensis</i> synodus dioeclesana, 1735	1013	<i>Id.</i> synodus, in qua Methodii Anthracitae errores	
<i>Algarensis et Unionum</i> synodus dioeclesana,		damnantur, 1723 agosto	227
1728 aprilis 8	935	<i>Id.</i> synodus pro eligendo patriarcha Alexandrino,	
<i>Ambianensis</i> synodus dioeclesana, 1721 octobris 8	111	1723 septembris 12	245
<i>Id.</i> , 1722	117	<i>Id.</i> synodi epistola de Serborum religione, 1723 de-	
<i>Id.</i> , 1728 octobris 6	945	cembri	245
<i>Id.</i> , 1730	955	<i>Id.</i> synodus, 1723	251
<i>Id.</i> , 1731	959	<i>Id.</i> synodus in qua orthodoxorum cum catholicis	
<i>Id.</i> , 1732	965	societas prohibetur, 1724	251
<i>Id.</i> , 1734	1009	<i>Id.</i> synodus ad confirmandam libertatem mona-	
<i>Id.</i> , 1735	1013	sterii S. Eliae, in insula Samo, 1725 maio	267
<i>Anconitana</i> synodus dioeclesana, 1728 septembris		<i>Id.</i> synodus a qua Methodio Anthracitae ad ortho-	
15-8	649	doxiam redeunti venia datur, 1725 julio	1021
<i>Anterpiensis</i> dioecesis congregatio archipresbytero-		<i>Id.</i> synodus, 1725 novembri	367
rum, 1720 mense martio	105	<i>Id. et Londinenses</i> synodi pro inunda concordia	
<i>Apruntina</i> synodus dioeclesana, 1727	931	Anglicanos inter et orthodoxos Orientales,	
<i>Aquensis I</i> synodus dioeclesana, 1729 junii 12	1041	1716-1727	369
<i>Aatensis I</i> synodus dioeclesana, 1730 augusti 29	955	<i>Id.</i> synodus, 1726 junio	647
<i>Auzimana</i> synodus dioeclesana, 1721 septembris		<i>Id.</i> synodi sententia de episcoporum translatione,	
28-9	111	1726 novembri	649
<i>Avenionense</i> concilium provinciale, 1725 octobris 28	267	<i>Id.</i> synodus in qua Hieremias patriarcha sede	
		sua dejicitur, 1726 decembri	655
		<i>Id.</i> synodus, 1726	677
		<i>Id.</i> synodus in qua sedes Olenensis in archiepi-	
<i>Baiocensis</i> synodus dioeclesana, 1735 aprilis 20	1011	scopatam evehitur, 1727 januario	677 et 1027
<i>Barbastrensis</i> synodus dioeclesana, 1723 octobris 17	1017	<i>Id.</i> synodus, 1727 januario	679 et 1021
<i>Belgradiensis</i> in Serbia synodus super jejunio a		<i>Id.</i> synodus in qua Graecae ecclesiae fides se-	
metropolita solvendo, 1728 septembris 8	939	decim articulis repetita declaratur, 1727 fe-	
<i>Beneventana XXXV</i> synodus dioeclesana, 1720	107	bruario	887
<i>Id.</i> XXXVIII, 1723 augusti 24	1015	<i>Id.</i> synodus, 1727 maio	681
<i>Id.</i> I, 1731 augusti 24	959	<i>Id.</i> synodus a qua christiani orthodoxi ad opem	
<i>Id.</i> II, 1732 augusti 24	959	sancto Sepulcro ferendam sollicitantur, 1727 au-	
<i>Id.</i> I, 1734 augusti 24	1007	gusto	683
<i>Bergomensis II</i> synodus dioeclesana, 1724 septem-		<i>Id.</i> synodus, 1727 agosto	1029
bris 4-6	1017	<i>Id.</i> synodus, 1727 octobris 4	909
<i>Bobiensis</i> synodus dioeclesana, 1729 maii 11	1041	<i>Id.</i> synodus in qua de approbatione ordinarii ad	
<i>Bosensis</i> synodus dioeclesana, 1729 januarii 10	1041	confessiones audiendas decernitur, 1727 no-	
<i>Briocensis</i> dioecesis statuta, 1723 mai 5	227	vembri	925
		<i>Id.</i> synodus de musicae gymnasio, 1727	929
		<i>Id.</i> synodus de monachis hagiographis, 1727	931
<i>Caleni</i> synodus dioeclesana, 1726 martii 12-3	623	<i>Id.</i> synodus de episcopo Heli, 1727	931 et 1033
<i>Camenencensis</i> synodus dioeclesana, 1724	1019	<i>Id.</i> synodus de monasterio Deiparae in Fonte	
<i>Canariensis I</i> synodus dioeclesana, 1731 4	959	Aureo, 1727	931 et 1031
<i>Id.</i> II, 1735 augusti 28	1013	<i>Id.</i> synodus de monasteriis Acrita, 1728 januario	
<i>Capana IV</i> synodus dioeclesana, 1726 junii 9-11		933 et 1035	
	645 et 1031	<i>Id.</i> synodus de scholastica palpestra Atheniensis,	
<i>Casalensis I</i> synodus dioeclesana, 1732 junii 22-4	1043	1728 februario	933 et 1037
<i>Catalaunensis</i> synodus dioeclesana, 1729	953	<i>Id.</i> synodus de Sophronio, Cephaleniae archiepi-	
<i>Cenotensis</i> synodus dioeclesana, 1721	1015	scopo, 1728 martii 15	935

- Constantinopolitana* synodus, 1728 martio 935
Id. synodus, 1728 junio 937
Id. synodus, 1728 junio 939
Id. synodus, 1728 julio 939
Id. synodus, 1729 septembri 953
Id. synodus, 1731 februarii 23 957
Id. synodus, 1731 junio 957
Id. synodus, 1731 agosto 959
Id. synodus in qua Palsius patriarcha sede sua deicitur, 1732 septembri 965 et 1043
Id. synodus in qua Hieremia amoto, Seraphim patriarcha inauguratur, 1733 aprilis 967 et 1047
Id. synodus, 1733 maio 991
Id. synodus, 1733 junio 993
Id. synodus, 1733 novembri 993
Id. synodus a qua Athanasius, nuper Arcadiae episcopus, gravissimis poenis multatur, 1734 januariario 995 et 1049
Id. synodus in qua Marcus Eugenius, Ephesius metropolitana, inter sanctos refertur, 1734 februario 995
Id. synodus, 1734 maio 1055
Id. synodus, 1734 decembri 1009
Id. synodus a qua Athanasius, Arcadiae nuper episcopus, depositionis poena absolvitur, 1735 maio 1011 et 1055
Id. synodus, 1735 junio 1013
Cornetensis III et Montislaconis synodus dioecesis, 1727 circa 933
Cortonensis I synodus dioecesis, 1731 aprilis 16-7 957
Cremonensis synodus dioecesis, 1727 aprilis 28-30 1029
Ebredunense concilium provinciale, 1727 augusti 16-septembri 28 693, 813 et 827
Eporediensis synodus dioecesis, 1728 951
Eugubina synodus dioecesis, 1728 septembri 13-5 945
Ferentina synodus dioecesis, 1732 965
Feretrana synodus dioecesis, 1734 julii 6-8 1007
Fesulana synodus dioecesis, 1734 maii 27 1007
Firmana synodus dioecesis, 1733 993
Firmanum concilium provinciale, 1726 aprilis 28-maii 5 625
Florentina synodus dioecesis, 1732 septembri 24 961
Fogarasensis synodus dioecesis universae ecclesiae Rumenorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria, 1725 februarii 25 253
Id. synodus dioecesis ecclesiae Rumenorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria, Kolosmonostorii, 1728 novembri 4 (15) - 7 (18) 945
Id. synodus dioecesis ecclesiae Rumenorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria, 1732 septembri 28-30 961
Fulginatensis synodus dioecesis, 1722 junii 21-3 115
Gnesnensis synodus dioecesis, 1720 augusti 26 105
Heilsbergensis-Varmiensis synodus dioecesis, 1726 julii 14 647
Hieropolymitana synodus a qua nosocomium in sancta civitate instituitur, 1729 septembri 1043
Ipporegionae constitutiones synodales, 1721 1015
Kolosmonostorii, synodus dioecesis Fogarasensis ecclesiae Rumenorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria, 1728 novembri 4 (15) - 7 (18) 945
Lateranense concilium, 1725 aprilis 15 - maii 29 265 et 1015
Lingonensis dioecesis statuta, 1733 junii 9 993
Londinenses et Constantinopolitanae synodi pro in-eunda concordia Anglicanos inter et orthodoxos Orientales, 1716-1727 369
Luceoriensis synodus dioecesis, 1726 octobris 21-3 649
Lucionensis synodus dioecesis, 1724 augusti 30 1017
Messaniensis synodus dioecesis, 1725 aprilis 15 1019
Montepessulana synodus dioecesis, 1725 maii 15 267
Montis Corvini I et Vulturariensis synodus dioecesis, 1728 aprilis 11 937
Montislaconis et Cornetensis III synodus dioecesis, 1727 circa 933
Murana synodus dioecesis, 1722 937
Id. I, 1728 maii 1-3
Namurcensis statuta dioecesis, 1720 107
Neapolitana synodus dioecesis, 1726 junii 9-12 647
Niciensis synodus dioecesis, 1720 109
Nivornensis synodus dioecesis, 1722 225
Id., 1734 1009
Id., 1735 1015
Oppidensis synodus dioecesis, 1726 augusti 18-20 649
Pisana III synodus dioecesis, 1726 julii 31 - augusti 1 647
Pistoriensis synodus dioecesis, 1721 junii 7 109
Placentina synodus dioecesis, 1723 septembri 2-4 1015
Ploccensis synodus dioecesis, 1733 augusti 4-5 993
Politiana synodus dioecesis, 1732 967
Pomanensis synodus dioecesis, celebrata Varsaviae, 1720 februarii 27-8 105
Praemisiensis synodus dioecesis, 1723 1017
Praenestina synodus dioecesis, 1729 953
Pratensis synodus dioecesis, 1721 (circa junii 7) 109
Ripana synodus dioecesis, 1729 septembri 18 951
Romano-Lateranense concilium, 1725 aprilis 15 - maii 29 265 et 1019
Russorum imperatoris Petri I ordinatio ecclesiastica a cunctis Russiae episcopis subscripta, 1721 januarii 25 1
Ruthenorum synodus provincialis, celebrata Zamo-ciae, 1720 augusti 26 - septembri 17 105
Sancti-Severi synodus dioecesis, 1726 augusti 15 647
San-Drudatensis synodus dioecesis, 1731 maii 9 957
Secusianensis synodus dioecesis, 1728 octobris 18-20 1041
Senegalliensis synodus dioecesis, 1727 maii 4-6 681
Septempodana synodus dioecesis, 1733 aprilis 19-21 967
Senna I synodus dioecesis, 1723 junii 16-7 945

<i>Succioneensis</i> synodus dioecessana, 1730 martii 21	105	<i>Umbriaticensis II</i> synodus dioecessana, 1727 aprili No 15	679
<i>Id.</i> , 1722 martii 27	111	<i>Urbinateus</i> synodus dioecessana, 1726 aprili 24	623
<i>Id.</i> , 1723 martii 18	225	<i>Id.</i> , 1727 aprili 27	681
<i>Id.</i> , 1724 aprili 6	1017	<i>Id.</i> , 1728 aprili 11	937
<i>Id.</i> , 1725 martii 23	1019	<i>Id.</i> , 1729	955
<i>Id.</i> , 1726 aprili 10	623	<i>Urbinateus</i> synodus dioecessana, 1734 maii 4-6	1007
<i>Id.</i> , 1727 aprili 2	679	<i>Valentina in Gallia</i> synodus dioecessana, 1728 sep- tembris 1	939
<i>Id.</i> , 1728 martii 19	935	<i>Varmianis-Heilsbergensis</i> synodus dioecessana, 1726 iulii 14	647
<i>Id.</i> , 1729 aprili 6	951	<i>Vaurionis</i> synodus dioecessana, 1729 iunii 21	951
<i>Id.</i> , 1730 martii 29	955	<i>de Vich</i> synodus dioecessana, 1721	111
<i>Id.</i> , 1733 aprili 15	967	<i>Viennensis in Gallia</i> synodus dioecessana, 1730 aprili 15	955
<i>Id.</i> , 1734 maii 5	1007	<i>Virdunensis</i> synodus dioecessana, 1721	111
<i>Id.</i> , 1735 aprili 20	1011	<i>Id.</i> , 1722	225
<i>Syracusana</i> synodus dioecessana, 1727 iunii 1-3	681	<i>Id.</i> , 1723	1017
<i>Tarraconense</i> concilium provinciale, 1722 maii 5-30	113	<i>Id.</i> , 1733	995
<i>Id.</i> , 1727 octobris 12 - decembris 21	911	<i>Id.</i> , 1734	1009
<i>Id.</i> , 1733 maii 18 - iulii 1	969	<i>Id.</i> , 1735	1015
<i>Tarvisina</i> synodus dioecessana, 1727 septembris 2-4	909	<i>Viterbiensis</i> synodus dioecessana, 1724 novembris 9-11	1019
<i>Tuscanensis</i> synodus dioecessana, 1729 maii 1-3	1041	<i>Vivariensis</i> synodus dioecessana, 1732 octobri	965
<i>Id.</i> statuta dioecesis, 1729	953	<i>Id.</i> , 1733 octobris 20	993
<i>Tolosana</i> dioecesis statuta, 1729	953	<i>Id.</i> , 1734 octobris 20	1009
<i>Triventina II</i> synodus dioecessana, 1727 iunii 1-2	683	<i>Vulturariensis et Montis Corvini I</i> synodus dioece- sana, 1728 aprili 11	937
<i>Troiana</i> synodus dioecessana, 1735	1015		
<i>Tullensis</i> synodus dioecessana, 1729	955		



SACRORUM CONCILIORUM NOVA ET AMPLISSIMA COLLECTIO.

TOMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS.

PETRI I, RUSSORUM IMPERATORIS,

ORDINATIO ECCLESIASTICA ANNO 1720 CONFECTA ET A CUNCTIS RUSSIAE
EPISCOPIS SUBSCRIPTA,
DIE AUTEM 25 JANUARIJ 1721 PROMULGATA.

Compertum nobis est, non defuturos esse, qui mirentur, quid nobis in mentem venerit, ut Petri Magni, Russorum imperatoris, decreta quibus perpetuam synodum ad imperii sui ecclesiam administrandam instituit, in hoc conciliorum corpus recepimus. Cum enim diplomata illa unum Petrum auctorem habeant, profecto a provincia nostra aliena esse videbantur. Verum si, si consilii nostri rationem paulo attentius consideraverint, una et id, quod facimus, probabunt, et nullam allam a nobis hac in re viam tenendam fuisse iudicabunt. Non quidem ignoramus, ex sanctionibus istis synodum non confici, si synodi naturam ac rationem ita circumscribimus ac definimus, quemadmodum ex nostrae potissimum Ecclesiae consuetudine soliti sumus. Verum apud Orientales concilii nomine non solum illi hominum coetus significantur, in quibus episcopi tantum intersunt, sed coetus quicumque, in quibus ecclesiastica negotia potissimum pertractantur quorumque acta, ab ecclesiasticis viris, cujuscunque demum sint ordinis ac dignitatis, propria nominibus firmata, auctoritate, ut dicitur, normativa potiuntur. Jam vero illis, quas Petrus I condidit, sanctionibus hujusmodi auctoritatem semper attribuit Moschica ecclesia; illis cuncti istius ecclesiae praesules, metropolitae, episcopi, monasteriorum praepositi, chirographa apposuerunt. Recte igitur facimus, cum insigne illud documentum, quo universa totius Russiae ecclesiae administratio exponitur, hic recudi curamus, nullo ad id respectu habito, utrum idem ab ecclesia sponte promulgatum fuerit an ecclesiae per vim impositum.

Fatendum enim est, summam illam et independentem episcoporum potestatem e diametro pugnare cum jure majestatis circa sacra, quod antecessores Petri I non neglexerant, hic autem gloriosissimus imperator singulari studio sibi vindicavit. Qui quidem arbitrio ut viam sterneret, Petrus jam in

totum suppresserat patriarchatum, statim ab obitu Hadriani Mosquensis patriarchae undecimi, qui anno 1703 contigerat. Vix namque ac ille concessit fati, patriarchae nomine dignitateque abrogata, graviora ecclesiae negotia a se summo jure moderanda censuit imperator, cetera, quae nullius erant momenti, remissis ad Stephanum Javoraki, metropolitam Rezanensem et Muromensem, quem dioecesis Moscoviticae exarchi et Mosquensis ecclesiae administratoris titulo decoravit. Hoc autem munus Stephanus gessit ad annum 1721, quo ineunte Petrus novum instituit administrandae ecclesiae modum, ut nempe ecclesiastica quaecunque negotia apud synodum perpetuam Mosquensem undecim viris conflata tractarentur, cui metropolita unus praesesset, quem Taurus designaret, itemque vicepraesides alii duo, cum consiliariis quatuor et assessoribus quatuor. Ceterum, de singulis hic nobis est supercedendum, quoniam inferius statuta ipsa, quibus praedicta synodus instituitur, evolendo lector benevolus cuncta perlustrabit. Hunc tamen iterum monemus, quam aliena a divina Ecclesiae constitutione sint quae in ecclesiastica ista Ordinatione statuuntur de omni moda sacerdotii dependentia ab imperio civili. Per hoc edictum enim Petrus I collegio suo ~~successore~~ administrationem et rerum omnium ad religionem et ecclesiam pertinentium curam ita commisit voluit, ut ipsius synodi caput et supremus iudex sit ipse imperator, exigendo etiam ut unumquodque synodi membrum, cum adit officium suum, iurjurando testetur, ex animo se agnosceat summam illam imperatoris in res ecclesiasticas auctoritatem et potestatem.

Atqui statuta illa, quae ut ecclesiasticum Petri I Regulamentum nuncupantur, obtinuit una, auctorem verum habuisse novimus Theophanem Procopovicium, h. e. Procopii filium, antea collegii Ki-

viensis praefectum, tunc Plescoviensem et Narvensem archiepiscopum, virum singulari quidem eruditione ornatum et a fecundia celebratissimum, sed insigniter lutheranantem atque imperatoris gratiam assentationibus occupandam extra modum intentum. Procopovici lucubratus opus Petrus ipse recognovit, id modo adaugens vel immutans, modo intactum servans. Cui regia manu ita emendato episcopi, archimandritae, senatores, imperator ipse die 23 Februarii 1720 subscriperunt. Haec omnia a Procopovicio narrantur in epistola paulo post latine scripta, cujus fragmenta placet hic referre: „Absolvi denique pro collegio seu consistorio ecclesiastico generali constitutiones vulgo *Regulamentum*, ubi octo ista tractantur capita . . . Omnes regulae sunt fere trecentae. Scriptum hoc sua Majestas sibi jussit perlegi, et, aliquibus paucis mutatis ac de suo adiectis, vehementer approbavit, tum in senatu legi jussit, ubi aderant senatores et vix episcopi; Resanensis, Smolencensis, ego Plescoviensis, insuper pater archimandrita Theodosius et duo alii archimandritae. Lectum erat bis, et duobus diebus, atque iterum adhuc novis aliquot observationibus auctum; tum manu suscriperunt episcopi et archimandritae, et e regione senatores omnes, in fine subscripsit ipse imperator. Duplex factum est exemplar scripti istius, et utrumque dicto modo subscriptum; quorum alterum missum est Mosquam, et in loca alia, ab omnibus qui hic (scilicet Petropoli) non aderant, episcopis et primariis archimandritis subscribendum. Ad quod negotium vestri quoque episcopi Czernikoviensis et Periaslawiensis forte praepediri Mosquam evocabuntur. Cumque ita omnium subscriptionibus munitum redierit, typis imprimendum mandabitur et inchoabitur collegium, seu illa perpetua synodus gubernatrix. Quod faxit Deus! (*Epistolae Theophanis Prokopovits*, Mosquae, 1776, p. 28—29.)

Exemplari per provincias misso cuncti episcopi atque praecipuorum monasteriorum praepositi chirographa intra annum 1720 apposuerunt. Quo facto, Regulamentum typis vulgatum est anno sequenti, ut mox dicturi sumus. Jam vero inde a principio ejusdem anni 1721, et quidem die 14 mensis Februarii, post actum missae sacrificium in ecclesia sanctissimae trinitati dicata synodale illud collegium munus suum suscepit, habita prius a Procopovicio auspicali oratione: nefas enim erat summam hanc laudem ab alio dari, quam a viro, qui Petro mutam operam ad negotium illud perficiendum tam studiose contulisset. Regium autem diploma, quo praedicta synodus instituebatur, die 25 Januarii Petrus jam promulgaverat.

Ita Ordinationis illius origine breviter, pro nostri operis conditione, memorata, restat ut de ejus editionibus pauca apponamus. Prima eodem anno, quo perpetua synodus initium sumpsit, Petropoli lucem adiecit, hunc praeforens titulum: *Gratia ac misericordiae Dei homines amantis. Curis et mandato Petri Primi, a Deo dati, a Deo sapientiae praediti, Domini nostri, Tsaris, magni Ducis, cunctarum Russiarum imperatoris, etc. etc. etc., in sancta orthodoxa Russica ecclesia institutum est senhedrium seu spirituales synodus, id est, synodalis rerum spiritualium moderandarum ratio, assentiente et consentiente Russiarum cunctarum clero omni atque directoris senatu, Petropoli, in urbe regia, anno a Christo nato 1721, die 14 mensis Februarii. (folio verso) Haec ecclesiasticum Regulamentum editum est de mandato Coeures suae Majestatis, benedicente sanctissimo directoris synodo, in Petropoliensi typographia, anno Domini 1721, die 18 mensis Septembris. Prima haec editio typis peris omnia est, illa nempe literis*

quibus in scribendo utuntur Russi recentiores. Secunda autem editio, quae anno sequenti, die 23 Februarii, Mosquae prodit, itaque tertia, anno 1723 Petropoli publici juris facta, typis ecclesiasticis, nempe slavonicis vulgatae sunt. De ceteris editionibus, quae admodum numerosae sunt, hic disputare supervacaneum est. Hoc unum lectores monemus, nostrae editionis textum accurate et ad verbum descriptum esse ex editione Mosquensi, quae anno 1861 e typographia synodali prodit.

Quod ad versiones in peregrinas linguas attinet, non est cur de his fasius tractemus. Germanice editum est Regulamentum Petropoli, eodem tempore quo prima editio russica: quam editionem plures aliae secutae sunt, inter quas memoratu dignissima est, quae Dantisci, anno 1724, prodit. Anglice exodi curavit Londini, anno 1729, Thomas Consett, vir eruditissimus, in opere quod inscribitur: *The present State and Regulations of the Church of Russia established by the late Tsar's Royal Edict*. Vix memoratu digna est gallica versio, qua exstat in altera parte *Anecdotorum Petri I*, anno 1745, editoris nomine et loco suppresso, vulgatorum; multum autem ea laudanda est, quam anno 1874 Parisiis edidit vir et Caesar Tondini, e Barriabitarum societate, qui prolegomena, uberrimas notas, optimum rerum praecipuarum indicem, russici prototypi exemplar, necnon latinam, de qua mox, Karpinskii versionem addidit; quo ex libro velut ex largo fonte plurima nos hausisse aperte profitemur.

Praeter translationes jam relatas, ea demum commemoranda est, quam latine curavisse fertur Hyacinthus Karpinskius archimandrita, quamque typis mandavit princeps illustrissimus Gregorius Potemkinus, Alexandri filius, hoc titulo inscriptam: *Statutum canonicum sive ecclesiasticum Petri Magni, vulgo Regulamentum, in sancta orthodoxa Rossorum Ecclesia praescriptum et auctum sub praesula multoties in vernacula vocatum; nunc tandem ex Rossica lingua in latinam transfusum ac impressum, auspiciis imperialis serenissimi Principis Gregorii Alexandridis Potemkini, interpretationem passim perillustrantem L. S. Petropoli, typis Academiae Imperialis scientiarum, 1785, in 4°, 157 p. Siglis L. S. nomen indicatur Lucae Sitchkarevii, Potemkini interpretis, qui, versione statuti retractata, edictum ac juramentum ipse primum latine reddidit. Non autem dubium est, quin prior statuti translatio Karpinskium, monasterii sancti Cyrilli praepositum, auctorem habeat, teste apographo, quod Petropoli in bibliotheca sancti Alexandri Nevskii etiam nunc servatur. Jam vero, cum Karpinskius hujus modi opus Potemkini jussu fecerit aggressus, cumque Mosquae apud synodalem Mensam per multos annos munere functus fuerit, priusquam concederet fati, quod anno 1796 contigit, versionem illam publica auctoritate gaudere perspicium est. Quae cum ita sint, officio nostro deesse videremur si, ista seposita, novam aggredieremur. Etsi enim mendis haud paucis depravatur asperissimoque sermone conflatur, quod tamen ab homine publico confecta est, nulla alia a nobis illi praeposenda fuit. Nam eo de opere agitur, cujus tantus est auctor tamque grave argumentum, ut rationi dissonum foret, si non sub magno quodam et publico nomine etiam latine divulgaretur.*

Per vocem *custum*, quae in Karpinskianae editionis titulo legitur, ea designantur documenta, quae in novissimarum statuti editionum appendice inveniuntur. Leges quidem, quibus synodus ipsa instituitur, datae sunt 26 Januarii et 14 Februarii anni 1721 style veteri. Atqui alias rerum subinde tulit leges imperator anno 1722, quibus universam

imperii sui ecclesiam emendare tentavit. Et quidem lege die 17 Februarii data trigintaque concepta articulis moros sacerdotum, diaconorum ceterorumque clericorum in melius correxit; altera, eodem mense promulgata, per sexaginta duo articulos de Monachis agit; tertia, die 18 Junii data, quasi coronam universo operi imponens, Procuratoris sanctae synodi officia duodecim articulis complexus est. Quae leges licet plurimum confarant ad res Moschicæ ecclesie dignoscendas, quia tamen unum Petrum auctorem habent nec ab episcopis unquam subscriptæ sunt, eas ut rursus hic repeteremus, nullo pacto adduci potuimus.

Aliter prorsus sentiendum de graecis diplomatis, quibus, Petro rogante, a patriarcha Constantinopolitano atque Antiochensio novus rerum Moschicarum ordo confirmatus est. Haec e rarissime libello decempaginis, cui titulus: Τὰ τὸ εὐσεβεῖν τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἀγαθῶν πατριάρχων γράμματα κατὰ τῆς οὐσιότητος τῆς ἀγαπᾶτης συνόδου. Petropoli, 1840, p. 1—7. Hac vero Moschoviticae ecclesiae mutatione, divino, ut nobis videtur, nutu factum est, ut Mosquensis ille patriarchatus, quem anno 1569 contra sacros canones Hieremias II crexerat, a Hieremia III de medio tolleretur.

УКАЗЪ

ДЛЯ УЧРЕЖДЕНИЯ ДУХОВНЫХ
КОЛЛЕГИИ (СИНОДА).

БОЖИЮ МИЛОСТІЮ,
МЫ ПЕТРЪ ПЕРВЫЙ,
ЦАРЬ И САМОДЕРЖЕЦЪ ВЪСРОССІЙСКІЙ,
и прочая, и прочая, и прочая.

Между многими, по долгу Богоданнаго Намъ власти, попечеными о исправленіи народа Нашего, и прочихъ подданныхъ Намъ Государства, посмотра и на Духовный чинъ, и вида въ немъ много нестроения и великую въ дѣлахъ его скудость, не суетный на совѣсти Нашей возымѣли Мы страхъ, да не явимся неблагодарни Вышнему, аще, толкая отъ Него получить благопоспѣшества во исправленіи какъ Воинскаго, такъ и Гражданскаго чина, пренебрежемъ исправленіе и чина Духовнаго. И когда нелицемѣрный Онъ Судія, воспроситъ отъ Насъ отвѣта о толкомъ Намъ отъ Него врученномъ пріставленіи, да не будемъ безъответни. Того ради образомъ прежнихъ, какъ въ Вѣтхомъ такъ и въ Новомъ Заветѣ, Благочестивыхъ Царей, воспріявъ попеченіе о исправленіи чина Духовнаго, а не вида лучшаго къ тому способа паче Соборнаго Правительства. Повеже въ одной personѣ не безъ страсти бывають: комуужь не наследственная власть: того ради внище небрегутъ. Уставляемъ Духовную Коллегію, то есть Духовное Соборное Правительство, которое, по слѣдующемъ здѣ „Регламентѣ“, имѣеть всякия Духовныя дѣла во Всероссійской Цѣркви управлять. И повѣщаемъ всѣмъ вѣрнымъ подданнымъ Нашимъ всякаго чина, Духовнымъ и мірскимъ, имѣть сіе за важное и сильное Правительство, и у него крайнія дѣла Духовныхъ управы, рѣшенія и вершенія просить, и судомъ его опредѣленнымъ довольствоваться, и указы его слушать во всемъ, подъ великимъ за противленіе и ослушаніе наказаніемъ противъ прочихъ Коллегій.

EDICTUM

QUO INSTITUITUR ECCLESIASTICUM
COLLEGIUM (SYNODUS).

INDULGENTE DIVINA GRATIA
NOS PETRUS PRIMUS
CAESAR ET AUTOCRATOR TOTIUS ROSSIAE
etc. etc. etc.

Ἐν τοσοῦτῳ καινοποιούμεν πρὸς τὴν Γρατείαν Παναγιότητα καὶ περὶ τοῦ, ὅτι ἀφ' αὐτοῦ κρίματιν ὁ ὀφειστος θεὸς κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ εὐσεβειαν ἡδὲ χάριτος χάρισσας: ἡμῶν τὸ θεῖον αὐτοῦ εὐσεβείας, εὐλογίας καὶ χάρισσας: ἡμᾶς τε καὶ τὸν Ἡμετέρον λαόν: ἰσχυρὰ κατὰ τὸ ἑσπέρως ἔτος, τῇ 30 Ἀπριλίου, ὁ διαρκίως μετὰ ἡμῶν καὶ τῆς Σερβίας πολυχρόνος καὶ σκληρὸς πόλεμος, ὑπὲρ τὴν εἰρηνότητα διὰ τῶν εὐτυχῶν καὶ τροπαιοφόρων Ἡμετέρων ἐπὶ τῶν ἐλαίων αἰσίων τέλος ἐν τῇ συνελθούσῃ τῇ γενομένῃ ἐν τῇ πόλει Νιστάτ: διὰ γὰρ τῶν κληρηθεῖσαν ὑποκειμένων ἀμφοτέρων τῶν μερῶν συμφωνήθη, μετὰ ἡμῶν καὶ τῆς Σερβίας αἰώνιος εἰρήνη, καὶ τοινοτοπως ἡ Σερβία παρεχώρησεν ἡμῶν. Ἰνα διὰ παντός κυριεύομεν τὰς διὰ τῶν ἐπὶ τῶν ἡμῶν πολιμηθείσας τοπαρχίας κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς Βαλτικῆς θαλάσσης, Ἀθρονίαν, Ἀστλανδίαν, Ἰνγερμονλανδίαν, καὶ μέρος τῆς Καρελίας καὶ τῆς περιχωρήσεως τῆς Φινλανδίας σὺν πάσαις ταῖς πόλεσι καὶ χώραις καὶ λιμέσι, ταῖσι τὰς ἐπισκοπαῖς: ἐν ταῖσι ταῖς τοπαρχίαις πόλεσι καὶ φρούραις, Ρίγα, Λιναίνδ, Περνὸφ, Ρεβέλ, Δέρπ, Νάρβα, Βίπορχ, Κεσογλί. Ὅλα ἀμφεβάλλομεν δὲ, ὅτι αὐτῇ ἡ συμφωνία ἡμῶν τῆς παντοεινῆς εἰρήνης καὶ ἡ ἐπακολληθῆσασιν τῶν Ἡμετέρων βασιλείῃ αἰετῶς: ἔσται εὐχάριστος καὶ χαρῆς: ἀρδένον ἡμῶν ὡς εὐχέτη ἡμῶν καὶ ἀνωτάτῃ ἀρχιεπομάντορι: ἀπαιτῶμεν δὲ μετὰ παρακλήσεως, ὅτι ἡ Γρατεία Παναγιότητος: ἢ διαλείψῃ μετ' ἡμῶν τοῦ ἱερῆτος ἀνακίματος τῶν πανωφίτων θεῶν ὅμων καὶ εὐσεβείαν ἕνεκα τοῦ ἐκχυνθέντος ἐφ' ἡμᾶς τοσοῦτου θεοῦ εὐσεβείας καὶ τῶν λοιπῶν (καταύειν τὴν ἀπειρον αὐτοῦ ἀγαθότητα ὑπὲρ τὸ θεωρηθῆναι τῶν Ἡμετέρων κράτι εὐδοκῶντας, εἰρήνην καὶ γαλήνην. Τοῦτοι ἕνεκα ἡμεῖς ὑποχρῶμεθα ἀποδοῦναι τῇ Γρατείᾳ Παναγιότητι τὴν ὁμολογηθεῖσαν εὐγνωμοσύνην, ἐπαξίως ἀμείνονος Γρατείας.

Ὅπως τοῦτον διαταλοῦμεν πάντοτε τῆς Γρατείας Παναγιότητος, τὸ κατὰ πνεῦμα πατρός: καὶ ἀνωτάτῃ οὐρανοκτοῦ ἀρχιεπομάντορι ὡς κατὰ πνεῦμα υἱός: καὶ πρὸς τὸν θεόν.

Ἐξεδόθη ἐν Πετροπόλει, τῇ 30 Σεπτεμβρίου 1721. Τὸ τοιοῦτον ἐν τῇ ρωσικῇ διαλέκτῳ πρωτότυπον γράμμα ἡ Αὐτοῦ Βασιλικῆς Μεγαλειότητος εὐσεβείας ὑπογράφει ἰδιοχείρως.

quae orientalem profitetur fidem, hancque fidem haberent pro certa ecclesiastici regimini regula: ad quae servanda in cunctis catholicis ecclesiis venerandam commemorantes crucem propriisque manibus subscribentes iurjurando se observaverunt. Speramus igitur fore, ut Sanctitas Vestra, tanquam summus orthodoxae catholicae atque orientalis ecclesiae pontifex, Nostram hanc constitutionem institutumque ecclesiasticum collegium aequum agnoscere eoque de re ceteros beatissimos patriarchas, Alexandrinum nempe, Antiochenum et Hierosolymitanum, certiores facere dignetur.

Cum autem Nos sanctissimas hae ecclesiasticae synodo benignissime imperaverimus, ut de omnibus ecclesiasticis negotiis ad Sanctitatem Vestram referat et scribat, Sanctitatem Vestram pariter rogamus, ut ad hanc synodum mutuum relationemque ecclesiasticam servare dignetur de cunctis rebus ecclesiasticis, quae ad ecclesiae bonum conferant, eodem ratione qua id fiebat cum totius Russiae patriarchis. Si vero bonam, quacunque demum sit, sententiam ad ecclesiae utilitatem melioremque administrationem unquam exoptulent, Sanctitatem Vestram precamur, si id evenit, ut id illis tribuat ad commune orthodoxorum commodum: Nosque vicissim pro Nostra singulari erga Sanctitatem Vestram benevolentia pollicemur postulata Vestris prorsus obsequentes Nos praestaturos.

Interim Sanctitatem Vestram de hoc etiam monemus, ineffabili iudicio Deum altissimum pro summa sua in Nos misericordia divinam suam miserationem Nobis tribuere dignatum esse. Nos populumque Nostrum benedicens ac laetificando. Hoc enim anno, die 30 mensis augusti, longum illud saevumque bellum, quod inter Nos Suecosque a viginti et amplius annis trahebatur, per fortunata Nostra victriciaque arma feliciter confectum est congressu apud Neapolim (Nystad) civitatem habito. Ibi enim legati ab utraque parte cum plena potestate nisi perpetuam pacem inter Nos Sueciamque composuerunt, eaque ratione Suecia Nobis concessit, ut provincias armis Nostris juxta Baltici maris litus, quaesitas in perpetuum possideremus, Livoniam nempe, Eolandiam, Ingermonlandiam, partes aliquot Kareliae atque Finlandiae principatus cum omnibus civitatibus, tractibus, portibus, majores scilicet civitates atque castralla, quae in hisce provinciis inveniuntur, Rigam, Dinamendum, Pernovium, Rivelium, Dorpatum, Narvam, Vipoorium, Kekogolmum. Non dubitamus autem quin haec inter Nos mansurae pacis compositio atque ea, quae inde secuta est, finium imperii Nostris propagatio Vobis, qui preces pro Nobis funditis supremus pontifex, pergrata sint laetitiaque afferant. Speramus autem atque obtestamur, ne Sanctitas Vestra una cum cuncto clero unquam cesset ab emittendo ad altissimum Deum laudes et gratias pro tanta in Nos effusa ipsius miseratione, atque a supplicando in posterum infinitas illius bonitati, ut imperio Nostris firmitatem, pacem, tranquillitatem concedat. Quapropter Sanctitati Vestrae grates, ut decet, Nos praestaturos esse pollicemur, pacem Vobis gratiam digne referentes.

Hoc igitur modo in perpetuum manemus Sanctitatis Vestrae, Nostris secundum spiritum patris summi ac universalis patriarchae filius secundum spiritum atque officiosissimus.

Datum Petropoli, die 30 Septembris 1721. Huius epistolae originalis russica dialecto exarato Regia sua Majestas manu propria subscribere dignata est.

II
ΓΡΑΜΜΑΤΑ
 ΤΩΝ ΑΓΙΩΤΑΤΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΩΝ
 πρὸς τὴν Ἀγιωτάτην Σύνοδον.

1.
 Ἱερεμία· ἕλεφ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος
 Κωνσταντινουπόλεως· καὶ οἰκουμηνικός
 πατριάρχης.

Ἡ μετριότης, ἡμῶν διὰ τῆς χάριτος καὶ ἐξουσίας
 τοῦ πανηγύτου, ζωοποιοῦ καὶ τελεταρχικοῦ πνεύματος
 ἐπικυροῦ, βεβαίη καὶ ἀποφάνει τὴν παρὰ τοῦ
 Ἐδραρσεστάτου καὶ Γαλιηνοτάτου Αὐτοκράτορος,
 ἁγίου βασιλείως πάσης· Μοσχοβίας, μικρῆς
 καὶ λευκῆς· Ρωσσίας· καὶ πάντων τῶν βορείων, ἀνατολι-
 κῶν, δυτικῶν καὶ ἄλλων πολλῶν μερῶν κατεξουσι-
 ασιστοῦ, Κυρίου Κυρίου Πέτρου Ἀλεξιάδου,
 Ἱμπεράτορος· τοῦ κατὰ κνώμα τὸ ἅγιον ἀγκη-
 τῶ καὶ περιποδήτου αὐτῆς, διορισθεῖσαν σύνοδον ἐν
 τῇ Ῥωσικῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ βασιλείᾳ εἶναι καὶ λέγεσθαι·
 Ἡμεῖς ἐν Χριστῷ ἀδελφεῖ, Ἅγια καὶ ἱερὰ Σύνοδος·
 παρὰ πάντων τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων
 χριστιανῶν, ἱεραμένων τε καὶ λαϊκῶν, ἀρχόντων καὶ ἀρχο-
 μένων, καὶ ἀπὸ παντὸς προσώπου ἀξιοματικοῦ
 καὶ ἔχει ἄδειαν ταλεῖν καὶ ἐπιταλεῖν ὅσα οἱ τίσορες,
 ἀποστολικοὶ ἀγιάτατοι πατριαρχικοὶ θρόνοι· νουθεῖται,
 παραίνοι καὶ ἐπιτάττει αὐτὴν, ἵνα διαφυλάττῃ καὶ
 κρατῇ ἀπαράσφαυτα, ἴση καὶ κανόνες τῶν ἱερῶν
 οἰκουμηνικῶν ἁγίων ἐπὶ συνόδων καὶ ἄλλα ὅσα ἡ
 ἀνατολικὴ ἁγία ἐκκλησία διακρατεῖ, — καὶ διαμένῃ
 εἰς αἰῶνα τῶν ἁπαντα ἀπαράσφαυτος. Ἡ δὲ τοῦ θεοῦ
 χάρις· καὶ εὐχὴ καὶ εὐλογία τῆς Ἡμῶν μετριότητος·
 εἰη μετ' αὐτῆς, ψαγ', Σεπτεμβρίου κγ'.

Ἱερεμία· ἕλεφ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος
 Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἐν Χριστῷ ἀδελ-
 φός Ἰρῶν.

2.
 Ἀθανάσιος· ἕλεφ θεοῦ πατριάρχης· τῆς
 μεγάλης· Θεουπόλεως· Ἀντιοχείας· καὶ
 πάσης· Ἀνατολῆς.

Ἡ μετριότης, ἡμῶν διὰ τῆς χάριτος καὶ ἐξουσίας
 τοῦ πανηγύτου, ζωοποιοῦ καὶ τελεταρχικοῦ πνεύματος
 ἐπικυροῦ, βεβαίη καὶ ἀποφάνει τὴν παρὰ τοῦ Ἐδραρ-
 σεστάτου καὶ Γαλιηνοτάτου Αὐτοκράτορος, ἁγίου βασι-
 λείως πάσης· Μοσχοβίας, μικρῆς· καὶ λευκῆς· Ρωσσίας·
 καὶ πάντων τῶν βορείων, ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν
 ἄλλων μερῶν κατεξουσιαστοῦ, κυρίου Πέτρου Ἀλεξιά-
 δου, τοῦ κατὰ κνώμα τὸ ἅγιον ἀγκητῶ καὶ περι-
 ποδήτου αὐτῆς· Ἱμπεράτορος, διορισθεῖσαν σύνοδον ἐν
 τῇ Ῥωσικῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ βασιλείᾳ εἶναι καὶ λέγεσθαι·
 Ἡμεῖς ἐν Χριστῷ ἀδελφεῖ, Ἅγια καὶ ἱερὰ σύνο-
 δος παρὰ πάντων τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων χριστιαν-
 ῶν, ἱεραμένων τε καὶ λαϊκῶν, ἀρχόντων καὶ ἀρχο-
 μένων, καὶ ἀπὸ παντὸς προσώπου ἀξιοματικοῦ· καὶ
 ἔχει ἄδειαν ἐπιταλεῖν ὅσα οἱ τίσορες, ἀποστολικοὶ
 ἀγιάτατοι πατριαρχικοὶ θρόνοι· νουθεῖται, παραίνοι
 καὶ ἐπιτάττει, ἵνα διαφυλάττῃ καὶ κρατῇ ἀπαράσφα-
 υτα ἴση καὶ κανόνες τῶν ἱερῶν οἰκουμηνικῶν ἁγίων
 ἐπὶ συνόδων καὶ ἄλλα ὅσα ἡ ἀνατολικὴ ἁγία ἐκκλη-
 σία διακρατεῖ, — καὶ διαμένῃ εἰς αἰῶνα τῶν ἁπαντα
 ἀπαράσφαυτος. Ἡ δὲ τοῦ θεοῦ χάρις· καὶ ἡ εὐχὴ
 καὶ εὐλογία τῆς Ἡμῶν μετριότητος· εἰη μετ' αὐτῆς,
 ψαγ', Σεπτεμβρίου κγ'.

1) Reliquorum patriarcharum titulus non habentur. In
 omni tempore quo ambros illos missos fuerunt, videtur orat
 Alexanandria sedes; Hierosolymitano autem cathedra adveniens
 valedictio gratia loculo affinis erat.

II
EPISTOLAE
 SANCTISSIMORUM PATRIARCHARUM
 ad Sanctissimam Synodum.

1.
 Hieremias divina miseratione archi-
 episcopus Constantinopolitanus ac
 universalis patriarcha.

Mediocritas Nostra, sanctissimi, vivifici, sancti-
 fici spiritus gratia ac potestate, sancit, statuit,
 decernit, ut synodus, a piissimo serenissimoque
 Auctoratore, sancto totius Moscoviae, mino-
 ris et albae Russiae atque cunctarum septentriona-
 lium, orientalium, occidentalium multarumque alia-
 rum partium principe summo, Domino Domino Petro
 Alexiade, dilecto suo secundum spiritum
 sanctum carissimoque Imperatore¹⁾, in sacro
 magnoque Russorum imperio instituta, Nostra in
 Christo seror, sancta sacraque synodus a cunctis
 pio rectoque sentientibus christianis, sive clerici
 sint sive laici, sive principes, sive subditi, aut in
 qualibet dignitate constituti, dicatur et sit, jusque
 habeat faciendi ac perficiendi, quaecunque a
 quatuor apostolicis, sanctissimis, patriarchalibus
 sedibus sunt ac perficiuntur; eam monet, hor-
 tatur, jubet, ut sanctorum sanctorumque septem
 universalium Conciliorum instituta ac decreta
 ceteraque omnia, quae a sancta Orientali Ecclesia
 servantur, inconcussa servet ac retineat, ipsaque
 per aevum omne servetur inconcussa. Gratia
 autem a Deo atque a mediocritate nostra votum
 ac benedictio sit cum illa. 1723, 23 Septembris.

Hieremias, miseratione divina archi-
 episcopus Constantinopolitanus vester-
 que in Christo frater.

2.
 Athanasius misericordia Dei patriarcha
 magnae Theopoleos Antiochiae et totius
 Orientis.

Mediocritas Nostra per gratiam et potestatem
 sanctissimi, vivifici et sanctifici spiritus sancit,
 statuit et decernit synodum a piissimo serenissimo-
 que Auctoratore, sancto rege totius Moscoviae,
 minoris et albae Russiae atque cunctarum septen-
 trionalium, orientalium, occidentalium aliarumque
 partium principe summo, Domino Domino Petro
 Alexiade, dilecto suo carissimoque secundum spiri-
 tum sanctum Imperatore, in sacro magnoque Rus-
 sorum imperio institutam, esse et dici Nostram in
 Christo serorem, sacram sanctamque synodum ab
 omnibus pio rectoque sentientibus christianis, cleri-
 cis et laicis, principibus et subditis, et a quovis in
 dignitate constituto; eamque jus habere, quaecun-
 que a quatuor apostolicis, sanctissimis, patriarcha-
 libus sedibus perficiuntur, perficiendi; illam monet,
 hortatur, jubet, ut inconcussa servet ac teneat
 sanctorum sanctorumque universalium septem con-
 cilliorum instituta et decreta ceteraque omnia, quae
 a sancta Orientali ecclesia retinentur. — ipsaque
 per aevum omne inconcussa perduret. Dei autem
 gratia Nostraeque mediocritatis oratio et benedictio
 sit cum illa. 1723, 23 Septembris.

1) Imperatorem, non solum in Christo Petroque Hieremias
 appellat. Quae vox in altera Athanasii Antiocheni epistola
 motus in locum suum, post verba περιποδήτου αὐτῆς, re-
 jectur.

SYNODUS DIOECESANA POSNANIENSIS, CELEBRATA VARSAVIAE

1720 februarii 27-8.

„1720, synodus dioecisana Posnaniensis, sub Christophoro Szembek, Varaviae, in ecclesia collegiata S. Joannis Baptistae diebus 27 et 28 februarii celebrata.“

[Chodynaki et Likowski], *Decretales summorum pontificum pro regno Poloniae et constitutiones synodorum provincialium et dioecesanarum regni ejusdem*, (Posnaniae et Varaviae, 1893), I, 7.

SYNODUS DIOECESANA SUESSIONENSIS

1720 martii 21.

Synodus dioecisana SueSSIONENSIS, celebrata die 21 mensis martii anni 1720, sub Josepho Languet de Gergy, episcopo SueSSIONENSIS.

Extant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Ordonnances synodales du diocèse de Soissons, publiées au synode tenu le 17 mai 1673, par monseigneur Charles de Bourlon, et au synode tenu le 27 mai 1700 par monseigneur Fabio Brulat de Sillery, imprimées de nouveau par ordre de monseigneur Jean-Joseph Languet de Gergy, puis par ordre de monseigneur François de Fitz-James,

évêque de Soissons. Nouvelle édition, faite par ordre de monseigneur Henry-Joseph-Claude de Bourdelle, avec les avis donnés aux petits synodes par monseigneur Jean-Joseph Languet de Gergy, Charles-François le Febvre de Laubrière et François de Fitz-James. A Soissons, chez Ponce Courtois, imprimeur de monseigneur l'évêque; Pierre Nicolas Waroquier, associé au privilège de mondit seigneur évêque, MDCCLXIX.

In - 12, 370 p. — (Paris, Bibl. nat. B. 40490; Paris, Ste-Geneviève).

CONGREGATIO ARCHIPRESBYTERORUM DIOECESIS ANTVERPIENSIS

1720 mense martio.

Congregatio archipresbyterorum dioecesis Antverpiensis, celebrata mense martio anni 1720, sub Petro Josepho de Franken-Siestorf, episcopo Antverpiensi.

Extant constitutiones in opere cui titulus:

Van de Velde et de Ram, *Novae et absolute collectae synodorum tam provincialium quam dioecesanarum archiepiscopatus Mechliniensis*, (1898), III, 374-5, (ex ms. concilio collato cum exemplari Valdenii).

SYNODUS DIOECESANA GNESNENSIS

1720 augusti 26.

„Synodus dioecisana Gnesnensis sub Stanislawo Szembek, Lovicii, die 26 augusti anno 1720 celebrata.“

[Chodynaki et Likowski], *Decretales summorum pontificum pro regno Poloniae et constitutiones synodorum provincialium et dioecesanarum regni ejusdem*, (Posnaniae et Varaviae, 1893), I, 1.

SYNODUS PROVINCIALIS RUTHENORUM, CELEBRATA ZAMOSCIAE

1720 augusti 26 - septembris 17.

Synodus provincialis Ruthenorum, celebrata in civitate Zamosciae, tribus sessionibus, diebus 26 mensis augusti, 1 et 17 mensis septembris anni 1720, sub Leone Kincka, archiepiscopo, metropolitano Kioviensi, Haliciensi totiusque Russiae, et coram Hieronymo Grimaldo, archiepiscopo Edeosensi, auctore apostolico in regno Poloniae et praesidente synodali.

Bibliographia.

1) Synodus provincialis Ruthenorum habita in civitate Zamosciae, anno MDCCXX. sanctissimo domino nostro Benedicto pp. XIII. dicata. Romae, MDCCXXIV., typis sac. Congregationis de Propaganda fide. Superiorum, permessa. In - 4°, XII - 143 p. — (Roma, Casanatonae; Roma, Propaganda).

CONCIL. GENSUAL. TOMUS XXXVII.

2) Synodus provincialis Ruthenorum, habita in civitate Zamosciae, anno MDCCXX. sanctissimo domino nostro Benedicto pp. XIII. dicata; editio altera. Romae, typis sacrae Congregationis de Propaganda fide. Superiorum permessa, 1838. In - 8°, XXII f. - 178 p. — (Paris, Bibl. nat. B. 23725; Roma, Bocca; Roma, Propaganda; Roma, Vittorio-Ramanzoni).

3) Manz (J. D.), *Sacrorum conciliorum et decretorum collectio nova seu collectio conciliorum a Phil. Labbe et Gab. Cossartii primis editas*

deis emendationis et amplioris operis Nic. Coleti supplementum, (1788), VI.

4) Acta et decreta sacrorum conciliorum recentiorum collectio Laocœna; auctoribus presbyteris S. J. e domo b. V. M. sine labe conceptis ad Laocum, (Eriburgi, 1876), II, 1-74 et 479-84.

5) Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio cujus Joannes Dominicus Mansi et post ipsius mortem Florentinus et Venetus editores ab anno 1758 ad annum 1796, priores triginta unum tomos ediderunt, nunc autem continuata et, Deo favente, absoluta, (1902), XXXV, 1437-538.

Synodo Zamosciae additis, cura R. P. Pettit.

Sanctissimus pontifex Clemens XI jam ab anno MDCCXVI, commiserat nuntio Polonias synodum regere et nomine sedis apostolicæ præsidere sequentibus litteris apostolicis depromptis ex Regesto Vaticano epistolarum ad principes et alios viros, vol. XX, et publici juris jam factis cura ac studio Raphaelis de Martinis, *Juris Pontificii de Propaganda fide parte prima*, vol. II (Romae, 1888), p. 336.

Venerabili fratri archiepiscopo Edessen., nostro et apostolicæ sedis in regno Polonias nuntio

CLEMENS PAPA XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut accepimus, modernus Metropolita Buesias, una cum venerabilibus etiam fratribus episcopis Ruthenis unitis, synodum super rebus ad ejus metropolitanam aliasque ecclesias Ruthenas spectantibus propediem celebrare intendat: nos, synodum hujusmodi recte et feliciter ad Dei gloriam dictarumque ecclesiarum utilitatem celebrari cupientes, te, de cujus prudentia, integritate et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in prædicta synodo nostro et sedis apostolicæ nomine præsentem cum auctoritate, facultatibus,

jurisdictione, honoribus et oneribus similibus præsentibus competentibus et aliis solitis et consuetis, apostolicæ auctoritate tenere præceptum, facimus, constituimus et deputamus, teque in Domino hortamur et monemus, ut synodum hujusmodi fideliter regere ac in illa omnia, quæ ad prosperam ecclesiarum prædictarum regimen et gubernium pertinent, decerni, statui et ordinari curæ et facias; ita tamen, ut ea, quæ in eodem synodo decreta, statuta et ordinata forent, in suspensio remaneant illorumque exequutio, donec a Congregatione venerabilium fratrum nostrorum a. R. e. cardinalium negotiis Propagandæ fidei præposita, examinata et approbata non fuerint, differri debeat: mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ prædictis metropolitæ et episcopis ac dilectis filiis (s) clero in prædicta synodo congregatis aliisque, ad quos pertinet, ut te in ejusdem synodi nostro et prædictæ sedis nomine præsentem révérenter suscipiant, tibi que in omnibus ad præsentis officium pertinentibus pareant, obediant et assistant, tuoque salubria monita et jussa humiliter suscipiant et efficaciter adimplere procurent, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ecclesiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis¹⁾; quibus omnibus et singulis illorum tenore præsentium pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expressè derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die XX. martii MDCCXVI: pontificatus nostri anno XVI.

¹⁾ Fortasse deest: *derogare.*

SYNODUS DIOECESANA BENEVENTANA XXXV

1790.

Synodus dioecæsanæ Beneventanæ XXXV. celebrata anno 1790, sub Vincentio Maria Ursino, archiepiscopo Beneventano.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Synodus dioecæsanæ XXXV. Beneventanæ anni 1790, Beneventi, e typographia archiepiscopali, 1790. In-4°. — Cf. Quéstif et Echard, *Scriptores ordinis Prædicatorum*, (1721), II, 816.

STATUTA DIOECESIS NAMURCENSIS

1790.

Decreta et statuta omnium synodorum dioecæsanarum Namuroensium, cum actis congregationum episcopali moderati selectis usque ad hunc annum MDCCXX, item concilium provinciale Cameracense in oppido Montis Haemonis habitum anno Domini 1586, cum, edicto regio de hujus concilii decretis observandis; editio nova de jussu et mandato illi ac revêri domini Ferdinandi, comitis de Berle, episcopi Namuroensis, etc. Namuræ, ex typographia Caroli Gerardi Albert, sub signo typographiæ, 1790. (*Requiritur alter titulus:*) Concilium provinciale Cameracense in oppido Montis Haemonis habitum anno Domini MDLXXXVI, præsentibus

illis et revêris in Christo patribus et dominis Jo. Francisco Bombenio, episcopo et comite Veralloni, nuntioque apostolico cum potestate legati de lateri, ac Ludovico de Berlaymont, archiepiscopo et duce Cameracensi, ac. Ro. imp. principis, etc.; adjunctas sunt aliquot constitutiones pontificiæ et edictum regium de hujus concilii decretis observandis, additum est etiam concilium provinciale primum Cameracense quod in hoc illius frequens fit mentio. Juxta exemplar impressum Montibus Haemonis, exudebat Carolus Michael, typographus (sic) juratus, MDLXXXVII. Cum privilegio regniæ majestatis.

In-4°, 2 part., 4 f. - 491 p. - 1 f., 4 f. - cxxxix p. — (Gand, Université d'état; Paris, Bibl. nat. B. 2500).

(Pag. 1-40:) „Decreta et statuta synodi dioeceseae Namurcensis, die nona mensis Julij anni millesimi quingentesimi septuagesimi, pontificatus sanctiss. in Christo patris ac domini nostri Pij divina providentia papae V anno quinto inchoatae et die duodecima ejusdem mensis Julij ejusdem anni conclusae.“

(Pag. 41-136:) „Decreta synodi dioeceseae Namurcensis [die 30 mensis octobris] anno Domini MDCIV. in ecclesia cathedrali celebratae, praesidente reverendissimo in Christo patre et domino d. Francisco Buisseret, episcopo Namurcensi.“

(Pag. 137-56:) „Decreta facta per reverendissimum dominum Franciscum Buisseret, episcopum Namurcensem, in capitulari congregatione concilij Geldoniensis in Gallica Brabantia, eodem reverendissimo domino praesente nec non reverendis dominis archidiacono et archipresbytero ecclesiae cathedralis et decanis aliorum conciliorum cum sibi adjunctis pastoribus ab eorum concilio deputatis, die quarta mensis Junij, anno millesimo sexcentesimo duodecimo.“

(Pag. 157-80:) „Ordinata per reverendissimum dominum Joannem Dauvin, episcopum Namurcensem, in congregatione synodali habita die [25 et die] 26 martij 1625.“

(Pag. 181-4:) „Statuta per reverendissimum dominum d. Joannem Dauvin, episcopum Namurcensem, in congregatione synodali habita die octava aprilis anni 1626, decretis et ordinatis in synodo praeteriti anni adjicienda.“

(Pag. 185-91:) „Constitutiones seu ordinationes factae et decretae per reverendissimum d. Joannem Dauvin, episcopum Namurcensem, in synodo dioeceseae Namurci habita et celebrata die [trigesima et] trigesima prima martij anni millesimi sexcentosimi vigesima septimi.“

(Pag. 193-292:) „Decreta synodi dioeceseae Namurcensis anni MDCXXXIX.“

(Pag. 293-368, titulus:) „Decreta et statuta synodi dioeceseae Namurcensis, die quarta maij anno MDCLIX in ecclesia cathedrali sancti Albani tractari inchoatae et die sexta ejusdem mensis et anni a meridie absolutae, praesidente in ea perillustri revmo in Christo patre ac domino d. Joanne a Wachtendenc, episcopo Namurcensi, cum selectis congregationum actis illustrissimis ac reverendissimi domini Ferdinandi, comitis de Berlo de Brus, moderni episcopi Namurcensis. [Insigne.] Namurci, typis Caroli Gerardi Albert, typographi jurati, sub Cygno viridi, MDCUL.“

(Pag. 367-431:) „Acta selecta congregationum sub illustrissimo ac reverendissimo d. Ferdinando, comite de Berlo de Brus, episcopo Namurcensi, ecclesiae cathedralis Leodiensis canonico, in eadem majoris Campaniae archidiacono, etc., in palatio episcopali Namurci habitatum, feria quarta majoris hebdomadae annis 1698, 1699, 1700, 1701, assistentibus rr. admodum dd. de vicariatu nostro et decanis ruralibus...“

(Pag. 431:) mentio habetur congregationis archipresbyterorum dioecesis Namurcensis, celebratae die 30 mensis aprilis anni 1719.

SYNODUS DIOECESANA NICIENSIS

1720.

Statuta synodalia edita in synodo dioeceseae Niciensi, celebrata sub Francisco Martinengo, episcopo Niciensi.

Haec constitutiones habentur in opere cui titulus:

Constitutiones synodales dioecesis Niciensis a perillustri et revmo d. Francisco Martinengo, episcopo Niciensi, loci Drappi comite. Niciens. apud Franciscum Castellum, 1720. In-4° — (Nice, ville. *Ipsae non vidi*).

SYNODUS DIOECESANA PISTORIENSIS

1721 junii 7.

Synodus dioeceseae Pistoriensis et Pratenis, celebrata die 7 mensis Junii anni 1721, sub Columbino Basso, episcopo Pistoriensi et Prateni.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Synodus dioeceseae Pistorien., ab illustriss. et reverendiss. domino d. Columbino Bassi, episcopo Pistorien. et Praten., habita in ecclesia cathedrali Pistorien., nonis Junii anno salutis MDCCXXI. [Insigne.] Pistorii, ex officina Joannis Silvestri Gatti, impressoriae episcopalis. De superiorum facultate.

Sine anno. In-4°, 2 f. - 12 p. (index) - 294 p. — (Paris, Bibl. nat. B. 3372).

Pag. 196-267, habetur appendix documentorum ad hanc synodum attinentium.

De hac synodo cf. etiam opus sequens:

Synodus dioeceseae Pistoriensis et Pratenis, ab illustrissimo et reverendissimo d. d. Marcello Mazzantio, episcopo Pistoriensium et Pratenium, sa. d. n. Leonis pp. XIII. praelato domestico et solio pontificio assistente, habita Pistorii in templo maximo, an. MDCCCXCII. diebus XII., XIII., XIV. octobris. Pistorii, ex typographia episcopali fratrum Braccalium, MDCCCXCIII.

In-8°, 2 f. - XXIV - 308 p. — (Roma, Vittorio Emanuele.)

Pag. I: „ab anno 1721 quo decessor noster Columbianus Bassi duas synodos, alteram pro dioecesi Pistoriensi, alteram pro dioecesi Prateni, nullam legitimam synodum habitam esse.“

SYNODUS DIOECESANA PRATENSIS

1721 circa Junii 7.

Synodus dioeceseae Pratenis, celebrata anno 1721, sub Columbino Basso, episcopo Pistoriensi et Prateni. Vide synodum Pistoriensem 7 Junii anni 1721.

SYNODUS DIOECESANA AUXIMANA

1721 septembris 28-9.

Synodus dioecesis Auximana, celebrata diebus 28 et 29 mensis septembris anni 1721, sub Horatio Philippo cardinali Spada, episcopo Auximano.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Auximana synodus ab eminentissimo et reverendissimo domino Horatio Philippo, msa. div. tit.

S. Onaphrii s. R. c. presbytero cardinali Spada, episcopo Auximano, in cathedrali ecclesia celebrata diebus XXVIII et XXIX. septembris MDCXXI. Lucae, MDCXXII, typis Leonardi Venturini, de superiorum Boecia.

In -4°, XXIV - 318 p. — (Roma, Bocca.)

SYNODUS DIOECESANA AMBIANENSIS

1721 octobris 8.

Synodus dioecesis celebrata Ambiani à Petro de Sabatier, episcopo Ambianensi, die 8 octobris anni 1721.

Exstant constitutiones synodales in: *Actes de l'Eglise d'Amiens*, (1849), II, 209-17.

SYNODUS DIOECESANA DE VICH

1721.

Synodus dioecesis de Vich, celebrata anno 1721, sub Raymundo de Marimon, episcopo de Vich.

Ordinantur constitutiones synodales in opere cui titulus:

Constitutiones sinodales de Vich, 1721, por el obispo d. Raimundo de Marimon. Barcelona, apud Suria. — Cf. La Fuente, *Historia eccl. Esp.*, (1875), VI, 378.

SYNODUS DIOECESANA VIRDUNENSIS

1721.

Synodus dioecesis Viridunensis, celebrata anno 1721, sede episcopali vacante.

De hac synodo confer opus cui titulus:

Statuta généraux du diocèse de Verdun, publiés au synode général tenu au palais épiscopal, le 8 avril 1750, par monseigneur l'illustrissime et excellentissime Charles-François d'Hallencourt, évê-

que et comte de Verdun, prince du saint empire. [*Insigne.*] A Verdun, de l'imprimerie de Nicolas-Hyacinthe Fonart, imprimeur du roi et de s. e. monseigneur l'évêque et comte de Verdun, prince de s. empire, MDCCL.

Parvissimum in -4°, vj - 89 p. — (Paris, St-Sulpice.)

SYNODUS DIOECESANA CIVIPLEBANA

1721 circa.

Synodus dioecesis Civiplebana, celebrata circa annum 1721, sub episcopo Civiplebano.

De hac synodo confer opus cui titulus:

Constitutiones synodi dioecesis, ab illustrissimo et reverendissimo domino fr. Philippo Bechetti, episcopo Civiplebano, habitae in ecclesia cathedrali, diebus 12, 14, 15 septembris anni

MDCCL. Romae, MDCCCL. apud Fulgoqium. Super. permisum.

In -8°, 2 partes, 88 et 157 p. — (Roma, Bocca: Roma, Propaganda.)

Pag. 3: „Octagesimus appetit annus, ex quo nulla hujus dioecesis coacta est synodus.“

SYNODUS DIOECESANA SUESSIONENSIS

1722 martii 27.

Synodus dioecesis SueSSIONENSIS, celebrata die 27 mensis martii anni 1722, sub episcopo SueSSIONENSIS.

De hac synodo confer opus cui titulus:

Ordonnances synodales du diocèse de Soissons, publiées au synode tenu le 17 mai 1673, par monseigneur Charles de Bourbon, et au synode tenu le 27 mai 1700 par monseigneur Fabio Brulat de Sillery, imprimées de nouveau par ordre de monseigneur Jean-Joseph Languet de Gergy, puis par ordre de monseigneur François de Fitz-James, évêque de Soissons. Nouvelle édition faite par

ordre de monseigneur Henry-Joseph-Claude de Bourdeilles, avec les avis donnés aux petits synodes par monseigneur Jean-Joseph Languet de Gergy, Charles-François le Febvre de Laubrière, et François de Fitz-James. A Soissons, chez Ponce Courtois, imprimeur de monseigneur l'évêque; Pierre Nicolas Waroquier, associé au privilège de mondit seigneur évêque, MDCLXIX.

In -12, 370 p. — (Paris, Bibl. nat.; Paris, Ste-Geneviève.)

Pag. 200-2, „statuta synodi SueSSIONENSIS celebrata die 27 mensis martii anni 1722.“

CONCILIUM PROVINCIALE TARRACONENSE

1792 maii 5-30.

Bibliographia.

Acta et decreta sacrorum conciliorum recentiorum collectio Laccensis, (1883), VI, 911-4, et (1870), I, 783-6.

Acta.

Convocavit concilium Tarracensem eique praefuit illius archiepiscopus d. Emmanuel de Samaniego et Jaca; affuerunt vero illi domini d. Simeon de Guinda et Apostegui, episcopus Urgellensis; d. Bartholomaeus Camacho Madueño, episcopus Dertusensis; d. Thomas Broto, episcopus Celsanensis; d. Andreas de Orbe et Larreategui, episcopus Barcinonensis, et procuratores illi domini d. fr. Francisci de Olaso Hypenza, episcopi Illerdensis, et illi domini d. Raymundi de Marymon, episcopi Vicen., cum aliis multis abbatibus, prioribus, syndicis et procuratoribus monasteriorum, conventuum, capitulorum et communitatum provinciae ecclesiasticae.

Undecim sessiones a 5 maji usque ad 30 ejusdem mensis celebratae sunt.

Peroratio archiepiscopi.

Jure optimo, rr. patres, provincia haec nostra Tarracensis inter omnes totius Hispaniae gloriari potest, se spiritum Dei, apostolorum et ecclesiae semper sequutam et fortiter tenuisse, dum in congregandis conciliis, quorum auctoritate erroribus depulsis vera dogmata stabilirentur, et quorum decretis mores hominum salutari disciplina coerciti, vitam redolerent christianam, omnibus hucusque saeculis indefesse laboravit. Id enim verum est, sive antiquiora, sive moderna aevique nostri tempora intueamur. Jam porro si antiquiora, immo antiquissima ipsius aemet nascentis ecclesiae primordia respiciamus, invenimus saeculo sexto, tempore Theodorici regnantis in Italia et Hispania, Hormisda summo pontifice, a patribus Tarracense congregata, memoriam honorificam fieri conciliorum, quae jam dudum hic in nostra provincia congregata fuerunt, et quorum decreta maximo honore in universa ecclesia pro tunc celebrabantur.

Si vero ad tempora nobis recentiora oculos convertamus, ad tempus nimirum sacrosancti concilii Tridentini jubentis, sess. 24 de reformatione cap. 2, concilia provincialia, sicubi omnia, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, triennio saltem renovari, ubi quae, qua totius Hispaniae metropolitana ecclesia, si nostram Tarracensem excipiat, sanctio haec Tridentina, ea qua par est constanti disciplina, observata et obtemperata est? Certe unum vix alterum concilium provinciale Hispanicum post Tridentinum oecumenicum et generale invenire licet; sola haec nostra Tarracensis provincia morem hunc apostolicum firmiter asseruit et religiosissime retinuit. Illi soli inter omnes Hispaniae, illi soli, hic honor, haec laus, haec gloria immortalis debetur, et applauditur, ut primum quippe orbi christiano decretum Tridentinum de congregandis conciliis provincialibus innotuit, exemplo observantissima haec provincia idipsum quod multis retro annis laudabiliter coeperat, laudabiliter et constanter prosequuta est.

Haec autem sancta consuetudine, quid non boni reipublicae christianae allatum? Quibus moribus quamvis deperditis, quamvis depravatis, remedia opportunissima et efficacissima non adhibita? Quae leges, quae sanctiones pro disciplina ecclesiastica, pro

virtutibus christianis stabilendis non promulgatae? Nemo sane qui concilia nostra evolverit, infatigabitur, nihil novi decesse, nihil novi desiderari ad bene beataque vivendum, nihil a majoribus nostris omissum tum ad recte sentiendum in fide, tum ad praecclare agendum in opere; non opus esse novas leges condere, sed promulgatas observare pleno ore fatendum est.

Ecce ad litteram adimpletur in nobis missae nos Dominum metere quod non laboravimus neque seminavimus; alii laboraverunt, et nos in labores eorum introivimus. Ergo absolute non egemus novis conciliis, sufficiunt instituta majorum, nisi dixerimus oportere antiqua instaurare, oblita refricare, imperatis jam reipae parere, injuste inobservata redintegrare. Hoc opus nostrum est, rr. pp., hic scopus, hic finis, hac enim causa, Deo disponente, hic congregati sumus: accingite ergo, patres, et estote robusti et duces imperterriti; Deus cujus gloria convenimus pro nobis est, ergo quis contra nos? Pastor bonus Dominus Jesus illuminabit mentes nostras, ut per viam pacis incedentes, amotis offendiis, inimicorum incursibus superatis, gregem suum a se suo sanguine redemptum et nobis concretum, in portu salutis feliciter collocemus.

Ego certe post Deum, totam spem meam in vobis, rr. patres, reposui, in vobis, inquam, usu et experientia rerum peritissimis, sapientia et sanctitate venerandis: ad me quod attinet, sincere paratus ecce adsum, a quovis vestrum doceri et emendari, quin hoc in me ullum humilitatis testimonium praese ferat, sed confessionem tantum ingenium propriae imbecillitatis; et quis miretur me ita loquentem? Miretur potius magnum patrem Augustinum de se ita demissa sentientem et nos omnes docentem; cum enim episcopus nomine Auxilius vellet peccatum cujusdam patris in filio quoque et in tota familia punire, et Augustinus illi reclamaret, praefatus episcopus gravia acerbaque verba dedit Augustino, cui ille modestissime aequae ac sapientissime, si habes, inquit, de hac re sententiam certis rationibus vel scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris. En adsum: senex a juvene coepiscopo, et episcopus tot annorum a collega novum anniculo paratus sum discere. Caus. 24 q. 3, cap. 1. Si habes. Si ergo Augustinus, ad quem tamquam oraculum sapientiae undique terrarum de dubiis consultari confuebant omnes, si Augustinus senex a juvene coepiscopo, si Augustinus tot annorum episcopus ab episcopo unius anni paratus est discere et doceri, quid ni ego, cui conditiones Auxilii episcopi, non Augustini, conveniant, paratus sim a viris utique doctissimis et prudentissimis doceri et dirigi? Ita sane, ita sane, quinimmo hoc unum mihi in re adeo gravi quam molimur solatium est, vestris opera, consilio, doctrina posse uti. Character vester, rr. pp., sapientia et caritas triplex ille funiculus est difficilis rumpi; ipse concilium inchoavit, ipse dirigit et ipse perficiet Deus; illa, cujus naturae bonitas, vere pius, vere misericors largam benedictionem suam super nos omnes dignetur ex alto largiri, ut cuncta nostra oratio et operatio, concilium quoque nostrum, ab illo semper incipiat et per illum coeptum feliciter finiatur. Amen.

Protestatio archiepiscopi.

Et statim dictus illius et rhus dominus Tarracensis archiepiscopus, Hispaniarum primas, dixit

et exposuit dicto s. e. p. narrativam contentam in dictis et suprainsertis litteris praefati illi et rñi domini commissarii generalis sanctae cruciatae, qua nominat ecclesiam Toletanam Hispaniarum primatem, esse valde praepjudicalem et gravatorem suae illius et rñae dominationi susseque sanctae ecclesiae metropolitanae, eo quia ista, et non illa, nec alia altera est Hispaniarum primas; propter quod, absque animo praepjudicandi suam archiepiscopalem dignitatem Tarraconensem, nec honores et titula illi spectantia, dixit: Quod protestabatur, prout protestatus fuit omni modo meliori et prout de jure requiritur, acceptationem dictarum litterarum memorati illi domini commissarii generalis per suam illam et rñam dominationem et s. e. p. factam, non fuisse nec esse factam animo approbandi dicta verba narrativa primatiae Hispaniarum dictae ecclesiae Toletanae, immo potius expresse declaravit animum suum fuisse et esse contradicendi formiter prout contradixit dictas narrativas, et etiam cum protestatione, quod admissio dictarum litterarum cum dicta narrativa solum est facta animo non procrastinandi cursum hujus sacri concilii provincialis: exponens etiam et petens per dictum sacrum concilium dictam protestationem et declarationem admitti et illi adungi, quia a notario constat, suam archiepiscopalem dignitatem et ecclesiam Tarraconensem et non aliam fuisse et esse Hispaniarum primatem: Et dictum sacrum concilium una voce dicentes approbavit, ratificavit et confirmavit dictam protestationem et declarationem per suam illam dominationem factam, et illi se adjunxit.

De quibus omnibus et singulis dictis illius ac rñus dominus archiepiscopus, quoro approbante concilio, requisivit me notarium et secretarium infra scriptum, hanc protestationem et declarationem in hujusmodi originali processu ingeri et continuari¹⁾, et instrumentum praesentationis supradictarum litterarum et illarum admissionis non extrahi, nec alicui tradi, nisi cum insertione dictae protestationis et declarationis.

Decreta.

1. Cum in sacris conciliis Tarraconensibus omnia ita pie, utiliter sapienterque sancita sint, ut ardentem zelum ecclesiasticae disciplinae, reformationis morum hujusque provinciae optimi regiminis respicerent, hoc sacrum concilium omnes eorum constitutiones ex animo et reverenter amplectens approbat, ratas habet et confirmat, praesertim ea, quae stabilita sunt in conciliis celebratis ab illustrissimis et reverendissimis d. d. Josepho Sanchis et d. Josepho Illinas, archiepiscopis Tarraconensibus bonae memoriae, et in concilio Tarraconensi Gerundae celebrato anno 1717, utpote hiis temporibus utilissima. Quapropter impense commendatur episcopis, ut earum omnium observantiae indefesse invigilent; frustra enim statuuntur, quae executioni non mandantur.

2. Timendum est valde, multos ad primam tonsuram admitti et ad sacros ordines promoveri sine ulla vocatione divina, intentos magis ad sua suorumque commoda quam ad fidelem cultum Dei in ecclesia sua praestandum. Quod quam indignum absurdumque sit, et quae detrimenta divini cultus,

¹⁾ Fortasse: contineri.

ecclesiasticae disciplinae, aedificationis saecularium, immo et scandala parere possit, per se patet. Summo ergo igitur curant episcopi praes oculis semper habere constitutionem XI. memorati concilii Gerundae celebrati et juxta decreta concilii Tridentini sess. XXIII. c. III. et IV. de reform., in illius exactam observantiam incumbere, nullum ad primam tonsuram et sacros ordines admittendo sine diligenti examine de vocatione, vita, moribus et scientia. Sic enim, divina aspirante gratia, maxime florebit ecclesiastica disciplina cum ingenti Dei gloria, ecclesiarum decore et emolumento proximorumque (s. a. e.) aedificatione. Itaque ut hoc, quod tam in praecordiis habere debemus, quantum ex cura et providentia nostra¹⁾, facilius asequatur, s. a. e. injungimus episcopis, summa ope nitantur, ut qui ad sacrum tremendumque sacerdotii ministerium aspirant, recte instituuntur et ecclesiasticis disciplinis optime imbuuntur in seminariis juxta conc. Tridentinum ad hunc finem erectis. Ubi autem seminaria defuerint, destinetur quam primum locus aliquis, prout ordinario expedire videbitur, tam necessariae institutioni et instructioni aptus.

3. Sicut rationi consentaneum esse videtur, ut ii, qui obtinendorum beneficiorum causa Romam aedeunt, litteris testimonialibus a locoforum ordinariis muniantur: sic ad evitandas fraudes et gravia incommoda, quae ex falsis aut parum sinceris immemorarum personarum commendationibus suboriuntur, omnino convenit, ut penes episcopos tantum sit facultas expediendi litteras commendatitias, quae deinceps sint Romam petentibus concedendae. Idcirco s. a. e. injungimus episcopis, ut facultatem illas expediendi sibi reservent, neque ipsi expediant sine praevia et exacta informatione judiciali sive extrajudiciali de personae potentia qualitate, vita, moribus et scientia, ac juxta quae comperta habuerint, unice se gerant; caventes maxime in dictis litteris expediendis aliquid addere aut demere, augere vel minuire, sed omnino intra merita candidati, se contineant.

4. Cum natura humana per peccatum depravata, ni contineatur, sensim semper in malum declinet, dolet s. e. in majorem partem hujus provinciae irrepisse abusum circa debitam festorum observantiam. Negotiatores enim opificesque mechanici publice, apertisque suis officinis, emendo et vendendo ita lucrant instant, et alii quamplurimi ita et siq. scrupulo in mechanicum laborem incumbunt, quasi non dies festi, sed profecti essent. Quare, ut, eradicato penitus tam pernicioso abusu, festi dies ea qua par est, veneratione, reverentia et observantia celebrentur, Christianique fideles in illis, ut debent, orationibus, non negotiationibus, lucris spiritualibus, non temporalibus, intant: stricte prohibemus diebus festis praedictis officinas apertas habere, publice vendere et negotiari, multoque magis laboribus mechanicis vacare sine expressa licentia ordinarii, quae nisi justas ob causas nullatenus concedenda est. Qui tamen secus fecerint, poena decem regalium monetae Barcinonensis, ad arbitrium ordinarii applicandorum, statim mulcentur.

¹⁾ Fortasse addendum est: prout.

SYNODUS DIOECESANA FULGINATENSIS

1722 junii 21-3.

Synodus dioecesis Fulginatensis, celebrata diebus 21, 22 et 23 mensis junii anni 1722, sub

Existant constitutiones synodales in operibus quibus tituli:

1) Dioecesis synodus ab illustris et reverendissimis

readis, domino d. Josephat Baptistello, pridem Ripano, nunc autem Fulginatum episcopo, a sedi apostolicae immediate subjecto, celebrata in cathedrali ecclesia S. Feliciani Fulginae, diebus XXI., XXII., XXIII. et Janii MDCXXII., Innocentio XIII. pont. optim. max. Mutinae, typis Bartholomaei Soriani, impressoris ducalis, MDCXXIV. Superiorum permissa.

Maxim. in - 8^o, 2 part., xvj. 285 p. - 1 f. - 298 p. - 1 f. — (Paria, St-Sulpice; Roma, Bocca.)

Parta secunda continet documenta ad hanc synodum attinentia.

2) Dioecessana synodus r. p. d. Josephat Baptistelli, Fulginatum olim antistitis, Innocentio XIII. pontifice maximo celebrata, typis iterum edita emendatior et notis locupletata utilibus per sodales r. p. l. n. Accedunt acta synodalia r. p. d. Marii Maffei, episcopi meritissimi, habita sedente Benedicto XIV. pont. optim. max. Fulginae.

MDCCLXIII. excudebat Franciscus Fofus, s. l. Umbr. typographus. Sup. facult.

In - 4^o, XXXII - 360 p., cum figg. (Roma, Bocca; Roma, Vittorio-Emmanuele.)

Hoc opus est nova editio synodi Fulginatensis, celebratae anno 1722 et impressae anno 1724. Sequuntur cum titulo quoque speciali:

Acta synodalia... Maffei etc. [abque anno, sed 1741-62].

Ad synodum r. p. d. Josephat Baptistelli, Fulginatum olim antistitis, appendix, apostolicas constitutiones, encyclicas, edicta, decreta, pluraque alia opportune congesta complectens. Editio altera, emendatior et locupletior cui accedunt quae notantur ad acta synodalia r. p. d. Marii Maffei, episcopi vigilantissimi. Fulginae, MDCCLXII. excudebat Franciscus Fofus, soc. l. Umbr. typographus. Super. facult. In - 4^o, 7 f. - 500 p.

SYNODO DIOECESANA AMBIANENSIS

1722.

Synodus dioecessana Ambianensis, celebrata Ambiani anno 1722, sub Petro de Sabatier, episcopo Ambianensi.

Exstant constitutiones synodales in *Actes de l'Eglise d'Amiens*, (1849), II. 218.

CONSTANTINOPOLITANAE SYNODI ADVERSUS CHRISTIANOS PROVINCIAE ANTIOCHENAE

qui ad catholicam unitatem redierant (1722-1724).

Ex quo ecclesia Christi condita est, nihil fere ei accidit, quod eventum gravitate comparari possit cum miseranda illa separatione, quae effecit, ut labentibus saeculis ecclesia Graeca a Latina prorsus deficeret. Cujus separationis causas quaerentem fugere non potest, ex quam multis diacidia et vehementibus certaminibus orta sit, quae minus rectae fidei defendendae causa quam ex nimia apud Graecos gentis suae admiratione atque avito communicque in Latinos odio. Mirandum ergo non est, Latinae ecclesiae impigros conatus ad pristinam consensionem concordiamque revocandam hucusque non prospere cessasse: siquidem obtrectationes et iyruidiae, quae ex stirpe moventur, robustiores esse solent. Id tamen negotii ne habeamus in perditis ac desperatis: fieri enim non potest, ut pax, quam Christus suo adventu mundo impertitus est, cui ecclesia a Christo edocta semper studuit, rursus inter christianos aliquando non affulgeat. Atque nihil sane est in quo vir catholicus cogitationem omnem et operam, laudabilius insumere ac ponere valeat, quam in parandis viis, quibus ad catholicam unitatem redeant, qui misere olim ab ea desciverunt, ut qui sumus uno baptismo abluti, una quoque, ipsis redeuntibus, fide constricti, unanimes honorificemus Deum, sitque populo ad aeternitatem vocato una fides mentium et pietas actionum.

Cui negotio, ut felix exitus contingat, quem optamus, haud parum prodeat, quae singulis aetatibus Graecae inter et Latinos acta sint, ea probe dignoscere ac serpendere. Horum autem actuum ea maxime conducunt, quae in explicandis diversitatibus et proprietatibus utriusque ecclesiae videntur, quorum non paucas non solum ex catholicorum, sed et ex ipsorummet schismaticorum dictis

et concessis hac in causa suppetunt, quae apprime faciunt sive ad ea confirmanda, quae catholicorum opusculis de recta sanaque ecclesiae doctrina disputantur, sive ad ea refellenda, quae novarum rerum cupidi student promovere in dies. Siquidem ecclesia Graeca, sicut magnopere profitetur cuncta se custodire inviolata, quae utpote divina immutabilia accepit, ita in usurpandis doctrinarum rituumque formis nonnunquam concedit novi aliquid vel indulget: plus animadvertitur in ea quam credi possit novitatis, praesertim si facies istius ecclesiae, qualis sub Turcis eo haecenus fuit atque adhuc est, diligentius paulo observetur. Et sane miramur inter Graecos, quos tamen caecothos scribendi omni aevo mirum in modum tenuit, neminem extitisse, qui hanc provinciam in se susciperet, cum qui fecisset, non parvum inde nomen comparare sibi potuisset. Quod cum neglectum ab ipsis sit, eo majori cura atque industria in id incubuimus, ut patriarcharum orientalium acta circa res fidei ac morum in *amplissima* ista conciliorum *collectione* ad manum haberentur; non quidem ea ex causa, quod nos eruditione in rebus graecis altis venditare cuperemus (absit), sed quod utilitatem maximam religioni ac litteris inde provenire posse existimaremus. Nam si hic dicendum, quod res est, Deum immortalem! quae nugae, quae somnia nonnunquam, cum sermo de ecclesia hodierna Orientali incidit, vel hodie audimus a multis etiam eruditis proferri!

Atque haec quidem, quae nobis scribantibus exciderunt pluribus verbis, quam prae loqui ratio, paucioribus, quam causae dignitas postulat, eo animo consilioque conferre cum lectoribus volumus, quo plus emittendum est, ut a Romana ecclesia depellatur invidia illa, qua laborare solet apud

Orientalis, quod nec pacis conciliandae causa quidquam velit audire, nec sibi multum cordi sit, quid Graeci agant, aut quid in ipsorum olim contigerit aut hodie contingat ecclesiae, quasi ipsa Graecorum ecclesiam ejusque ritus aversetur. Non id vitio Latinae ecclesiae verti debet, quod acri aliquot inculli, ipsorum colonorum voluntate, collecti fuerint. Verum ne nimis longa praefatione lectorum detineamus, ad rem causamque jam nobis veniendum est.

Saeculo decimo octavo ineunte, e provincia Antiochena Graecorum haud pauci, advenientes imprimis societatis Jesu missionarii, de redintegranda nobiscum unitate et concordia cogitare coeperunt. Cui conficiendo negotio non parum profuit miserandus illius provinciae status et christianorum conditio, necnon singularis nec satis laudanda operariorum industria et in praedicando Dei verbo opportune, importune, labor indefessus. His adde patriarcharum patriarchis subrogatorum vicissitudines et aemulationes, quibus orthodoxia (ut aiunt) quassata multa amisit praesidia stabilitatis suae. Inde enim a morte Macarii nihil aliud erat solum Antiochenum quam scena competitrix, in qua alter cum altero certamen honoris et dignitatis committebat. Vix ille fato concessit die XII junii 1672, cum Neophytus, Hamae metropolitanus, a magna (hoc sibi semper nomen tribuit curia Constantinopolitana) ecclesia aedis vacantis procurator (τοντορητής) designatur. Quam electionem aegre ferens Cyrillus, qui Macarii ex filio nepos erat, provinciae praefectum adit, a quo haud sine erogata pecunia summam dignitatem adipiscitur. Res pluribus verbis enarratur in relatione quadam arabice eodem anno missa ad magnam ecclesiam. Istud scriptum in vernaculam Graecorum linguam translatum asservatur in codice Constantinopolitano sancti sepulcri 2, e quo pauca desumere juvat. Minus in Cyrilli adversarios intentionis, praefectus ἐπέσειν αὐτὸν μίαν τῶσαν μαρίαν καὶ ἐκίνησαν ἐμπρός του οἱ ἡγουσάδες, καὶ ἀπέκτισον του ἐπαῖνον ἢ μαχητῶν τοῦ παρὰ, καὶ ἦλθεν ἀπὸ τοῦ σαρδί ἕως εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἀρχόμενος εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπρόσταξ να τοῦ φορέσουν τὸν μανδύαν καὶ νὰ φάλου τὸ Ἄξιόν ἐστι, καὶ ἀνέβη εἰς τὸν θρόνον καὶ εὐλόγησεν τοῦ: εὐφρόνους πρὸ τῆς χειροτονίας αἰς πατριάρχης. Μετὰ τοῦτο ἐστραίεν ὁ Κύριλλος, καὶ ἐκάλεσεν τρεῖς μητροπολίτας, καὶ καθὼς ἦλθεν, τὸν ἐχειροτόνησαν εἰς τὰς 8 τοῦ αὐτοῦ μηνός. Mox vero Cyrillus, qui id temporis adolescens decem et septem annorum erat, a Constantinopolitana synodo depositionis poena plectitur, et in ejus locum Neophytus Hamae, quem supra memoravimus, subrogatur mense novembri ejusdem anni 1672. Quem post annos duodecim summa dignitate se abdicantem rursus excipit Cyrillus; quin tamen certamen alterius cum altero conquiescat: imo vero toto biennio acriter inter se contendunt. Utrique autem accidit quod veteri proverbio fertur: *Abique pari certante, vincit fortius*. Namque anno 1686 supervenit Paulus, Damasco oriundus, monasterii sancti Sabbae Hierosolymitani praepositus, ad patriarchalem sedem evohitur, Athanasii nomine sibi assumpto. Nec tamen a pugnando desistit Cyrillus; sed bis intra annos octo amicum patriarchatum tandem recuperat anno 1694 mense octobri, Athanasio Alepi metropolitana ecclesia donato. Rem omnem narrat Athanasius ipse in Catalogo a se collecto Antiochenorum patriarcharum, qui in bibliotheca Vindobonensi asservatur¹⁾. Tum Cyrillus postquam

2. Pentru popi, care s'au proștit într'alte țări streine în alenul³⁾ (încontra) poruncii Pravilei, pe cum spune la canoanele sfinților Apostoli, listu (pagina) 436. Într'această chip: Nu ce cade a hirotoni peste hotar; iară de va face fără de știrea Episcopului, a cui este Eparhia, acela să fie nehirotonit cu cela ci-au hirotonit. Și iară tâlcuște așa: Nu-i volnic vreunul de Episcopi să hirotoniască pre cine-va afară de hotărâle Eparhii lui, iară cine va face aciasta fără de știrea Episcopului, a căruia este Eparhia, să i-se ia darul și lui și aceluia, ce l-au hirotonit pre el. Dece pentru uni ca aceste, dacă nice pe urmă n'au venit să-și ia blagoslovenie dela arhierul său și al nostru, ci s'au lăpădat de Săbor, având vreme destulă să-și ia blagoslovenia, pentru aceia Săborul mare încă se lăpădat de dinși: să facă de aici încolo ce vor ști, că Săborul de grije mai mult nu le va purta nice la o nevoe.

3. Pentru nește călugări, cari se află pe la unele Mănăstiri, de nice se ști sânt proști adevărați și au alobozenie a sluji sfințele taine beserecești au ba, și blagoslovenie, de unde (pag. 380) se cuvine, luat-au n'au luat, și totuși înblă celuindu⁴⁾ (amăgind) oamenii de-și lasă mulți pe popi de sat cel adevărați și mergu la nește călugări ca, aceia, să le slujască liturghie și alte slujbe beserecești, de aciastă tocmială încă fu socotela Săborului, așa cum uni călugări fără de ispravă ca aceia să jasă din țară și să n'albă a vedé pe la mănăstiri nice cum: iară mirénul, carele-și va cuteza duce jârta la vre-un călugăr amăgitoriu, ca acele, lăsându-și preotul de sat cel vrednic, omului aceluia nice la o trebă a lui să nu-l slujască popa mai mult.

¹⁾ Rectius, rumenice et latine: Procurator.

²⁾ In archetypo, rumeno, apud Maior l. c., necnon apud Nilles et Moldovan, numerus 1, i. e. articulus primus, nonnisi hic ponitur. Sed quoniam paulo ante verbum „intâiă”, „primo”, occurrit, mendose numerus 1 ab illo verbo seunctus videtur. Ratio quæque id suadet. Nam quæ titulum sequuntur, nequeunt esse index omnium decretorum; e contrario, tota phrasia, usque ad numerum 2, unum efficit contextum, quia procurator, a Synodo propositus, procul dubio munere suo præcipue coram officialibus ab imperatore specialiter deputatis fungi debebat. Titulus iteratus in archetypo etiam menda videtur, et verbum: „primo”, superfluum evadit, posito numero 1. Correctius igitur legendam erit, ut supra positum est. In archetypo textus est sequens: „Anul 1795, luna lui Fevruarie, zile 26. Socotela Săborului mare, intâiă pentru rându Dăncilor ... și plata lui.

1. Având Săborul mare ... Latine: „Anno 1795, mense Februario, die 26. Magnæ Synodi decreta primo, pro officialibus ... e jusque mercede.

1. Cum Synodus magna ...

²⁾ Ab hungarico: alien, contra.

³⁾ Ab hungarico: castui, fallere.

4) Intelligendum videtur de clericis singillatim.

1) Quærelæ episcopi Klein, quarum mentio facta est nota 6, col. 256, testantur, sacerdotes unitos immunitate ab imperatore decreta nullo modo gavisos esse, nam officiales et nobiles eos comprehendebant et puniebant.

2) Intellige: imperiales, in oppositum officialium transilvanorum.

3) Scilicet episcopum.

4) Quæ desumpta sunt verbotenus ex Pravila, ed. c. p. 314, ubi canon 25 Apostolorum cum sua glossa. Idem sensus est capituli 18 Pravilæ, ed. c. p. 146, quod citat Nilles, p. 487, nota 1, cum textu græco.

5) Id est: ab Ecclesia unita. Tempore hujus synodi jam plures ab unione defecerant archiepiscopatibus, imprimis in comitatu Brassoviensi et Fogarasiensi. Hic enim incolæ et ecclesiæ plurima ex limitropis Valachia trahabant emolumenta, quæ ne perderent, ad schisma mox redierunt. Eorum exemplum secutæ sunt aliæ quoque parocciæ, instigantibus præcipue metropolitæ serbo et valacho eorumque emissariis, qui inter unitos morabantur absque benedictione episcopi uniti. (Fr. de his egregiam dissertationem Dr. A. Bunca, Episcopi Petru Paul Aron și Dionisie Novacovici, Blag 1908, p. 40 ss.

6) Mitior videtur hic tractandi modus cum clericis intrinsecis et rebellibus. At cum ipsi quoque, utpote Rumeni, a nobilibus opprimerentur, neque libertatem nisi per unionem consequi possent, decretum Synodi circumstantiis optime congruebat.

4. Iară pentru nește cărțibăi, carele să eșit acuma de curând din țara rumânească din Râmnic, și se chiamă învățătură beserecească de cele 7 taine, încă socoti Săborul, că oare-unde se vor găsi în țara Ardealului, fie la mireni, fie la popă, dela toți să se ia, și să nu fie alobod a tiné nimărui, că să învățătură multe ca acele, carele sânt în alenul (încontra) legi Crăstinești, și a sântelor Săboare; pe cum se vede numai de acolo, unde nice, că se sfințește agnețul cu aceste cuvinte: Adică fă pâniia aiaasta cinstit trupul Hristosului tău iproci (și celelalte); măcar că toată sfînta scriptură, Clucul, liturgia și alte cărți ale legii pravoslavnice grecești așa ne arată și ne spune, că nu cu acele, ci cu aceste cuvinte se sfințește: Luați, mâncați, aceasta este trupul mieu al legii iproci; și potirul iară: Beți dintr'acesta toți iproci. Drept aceia se opresc acele cărțile, că să tocmele înprova învătăturilor acestor adevărate¹⁾.

5. Și pentru popi care merg la cărămă și suduesc (înjură) sau blastămă să grăesc cuvinte de hulă (ocară), pe cum nu se cade popilor, încă socoti²⁾, ca să se dea poruncă întru toate eparhiile și să oprescă toți Protopopi pe preoți săi, cum de acuma înainte să nu cutează a face nice unile de acele, iară care cine va gre- (pag. 381) și întru unile ca aceste să-l albă a-l globi Protopopul cum va socoti sufletece după greutate păcatului. Iară de se va oblici (afia), că nu l-au globit, ci l-au ertat fără de oară³⁾ (pricină), atunci el protopopul singur să fie globit cu gloaba Săborului mare 66 de florinți. Și să umble popi ales în sfînta Besereca cu tichia (potcap), iară nu ca căciula sau cu cumănac; halnele încă să fie lungi popești, adecate port să albă ca acela, cu carele să se cunoască de alți oameni mireni și să se deschiliniască⁴⁾ (deosebescă).

6. Așa socoti⁵⁾ și de sfînta slujbă, adecă de liturgie, cum să fie datori preoții în toate Duminecile și sărbători mari a face liturgie pe la toate beserecele; unde sânt popi mai mulți⁶⁾, pe rându, unul într'o duminică, altul într'alta. Iară mireni încă să marga tot de una la sfînta liturgie, în toate Dumineci și sărbători mari. Și care nu vor merge să fie pedepșiți întâiu cu trei lopăți, adoară

¹⁾ Verbum „iproci” „et caetera”, quum hic, ubi in archetypo invenitur, nullum sensum habeat, post verba autem „al legii” „legis” desideretur, mendose hinc avulsam atque posterius rejectam videtur.

²⁾ Adde: Săborul, Synodus.

³⁾ Ab hungarico: ok, causa.

⁴⁾ Ab hungarico: kílón, diversus.

⁵⁾ Adde: Săborul, Synodus.

⁶⁾ Adde: Să slujescă, celebrent.

4. Circa quosdam liberos nuper Rimnicii in Valachia editos, quorum titulus: *Doctrina ecclesiastica super septem sacramenta*¹⁾, Synodus etiam censuit eos, ubicumque in Transilvania inventi fuerint, sive apud laicos, sive apud sacerdotes, auferendos esse nec permittendum, ut ab aliquo detineantur; continent etenim multas doctrinas adversantes legi christianae et sacris conciliis, uti inde liquet, ubi dicitur, hostiam consecrari his verbis: *Fac istum panem venerabile corpus Christi tui* etc., quamvis universa sacra Scriptura, Clavis²⁾, Liturgia et alii libri fidei orthodoxae graecae ostendant et dicant, quod non illis verbis, sed istis consecratur³⁾: *Accipite, manducate, hoc est corpus meum, legis* etc.; et calix iterum: *Bibite ex eo omnes* etc. Propterea illi libereculi prohibentur, quia continent dispositiones contrarias doctrinis veris⁴⁾.

5. Et intuitu sacerdotum, qui visitant popinas, et conviciantur, aut blasphemant, vel verba maledictionis proferunt, prout sacerdotes dedecet, etiam statuit, ut promulgetur in omnibus eparchiis mandatum, tenore cuius archipresbyteri amodo sacerdotibus suis prohibeant, ne in posterum tale quid patrare audeant; si tamen acciderit, quod horum reus existat aliquis, archipresbyter illum muletet, secundum quod in conscientia gravitatem peccati dijudicaverit⁵⁾. Si vero constiterit, quod huiusmodi reo condonans nullam injungeret poenam, ipse archipresbyter puniendus est amenda a magna Synodo praescripta, nempe 66 florenorum. Et sacerdotes, praecipue in ecclesia, gestent oportet pileum, non vero cucullam aut galerum; vestes quoque linguae sacerdotales sint, id est talia, quibus discriminentur a laicis.

6. Sic decrevit et intuitu sacrae liturgiae, quod sacerdotes obligati sint omnibus diebus dominicis et festis peragere s. liturgiam; et quidem secundum ordinem, ubi plures sunt sacerdotes, unus in una die dominica, et alter in altera. Et laici praesentes sint oportet omnibus diebus dominicis et festis occasione celebrationis s. liturgiae. Quodsi neglexerint, muletandi sunt primo tribus,

¹⁾ Recole dicta in prooemio.

²⁾ Est liber slavonice „Cluciu” nominatus, rumenice vero „cheia inteligentului”, „clavis intelligentiae”, impressus Bistritini anno 1678. Continet 18 sermones, ex quibus secundus Epiphaniae huc spectat, prout dicitur in „Flocculo veritatis”, edito Romae 1693, pp. 5 et 22. Ibidem recte notatur, quod et in Pravila, cap. 56 (ed. c. p. 160), celebris sententia divi Chrysostomi citatur, secundum quam transubstantiatio fit verbis Christi.

³⁾ Scilicet panis.

⁴⁾ Sententia libro „Septe taine” exposita communis fere evasit tunc temporis inter Graecos. Synodus igitur, illum impugnans, non levem in eorum theologiae latinae prodit auctoritatem. Et hic animadvertendum est, virtute diplomatis secundi Leopoldiani, episcopo unito adjectum fuisse theologum latini ritus, velut „canoniarum generalem auditorem”, ab archiepiscopo Strigoniensi nominandum. Tempore Synodi ille theologus erat P. Georgius Regai S. J. Nilles op. c. p. 306, nota 6.

⁵⁾ Pravila, ed. c. p. 173, majorem poenam dicit: „Iară preotul, care va blăstăma și va huli pre Dumnezeu săi pe sfinți, acela să fie lipsit de preoția lui un an, și să ia și alți canon, post și metanii, și altele asemene, cum va socoti Archiepiscopul; iară de va blăstăma și va huli și a doi oară, și vor mărturisii mărturisii credințioase, atunci fără de nici o ertăctune i-se ia darul.” „Presbyter, qui blasphemabit et Deo atque sanctis maledicet, sacerdotio privetur uno anno, eique insuper alia poenitentia imponatur, uti jejunium et orationes et alia similia, ad beneplacitum sui episcopi; si vero secunda vice blasphemabit et maledicet, tunc ab eo venia suspendatur.” Quaedam convicia cfr. capita 106 et m. ejusdem Pravilae. Frequentationem consporum prohibent capitul 91 et canon Apostolorum 54, ed. c. pp. 170 et 315.

(a doua oară) cu 6. Peste aceste toate, pe la sfintele Paști tot omul mai mare de 7 ani să se ispoveduiască și să se cuminece; iară carele nu va face porunca aciastă, dacă i-se va tâmpla unnia ca acelaia moarte, preotul nice să-l providească (prohodască), nice să-l îngroape în țintirim. Pentru aceste toate veni în pravilă cum nice, listu (pagina 629, cap. 77.¹) Că se cade să se păzască sfânta Besereca și de preoți și de mireni.

7. Preoții sfânta Cuminecătură supt globă de 12 florinți să nu o cutesc țină în casa lor, ci cu bună socoteală în răcluțe frumoase curate, pușe iară în săculețuri de giolgiu, sau de pânză curată, în beserecă să o ție, și de acolo să o ia când vor merge la bolnavi, și iară să o ducă în loc, înapoi de unde o-au luat cu cinele să o pușe. Iară unde se vor găsi preoți ca aceia, carele nu va asculta de porunca aciastă, de una să-l globească protopopul cumu-l scria mai sus, și cu banii aceia să facă în besere (pag. 382) rocă loc iscusit și vrednic, ca acela, unde să se ție sfânta Cuminecătură în toată vremea.

8. Bolnavii sau betegii cei de moarte nice cum popii să nu-l cuminece fără de ispovedanie înainte, carii vor pute grăi; iară cărora li-se va lega graiul, pentru aceia să învețe protopopii pe preoți, cum să facă cu unii ca aceia, și cum să deslege au să nu-l deslege.

9. Care om nu se va ispovedui până la paști, adevă în Săptămâna mare, și nu se va pricestui, acelaia nice cum să nu i-se diia pașca.

10. Afându-se unii ca aceia, carii în loc de paști iau de mână mugur sau alte erbi, și se lapădă de obiceiul și de porunca besericii, de aceia se lapădă și besereca, oare până cându nu se vor pocăi și nu se vor întoarce cu umilință și cu ascultare cătră beserecă.

11. Preoții încă să fie datori pe la săptămâna mare a se ispovedui în tot anul; iară cartele se va găsi după paști neispoveduit, întâiu să fie globit cu 12 florinți, adooara (a doua oară) cu 24, a tris oară să i-se ia darul. Protopopii pentru una ca acelaia întâiu cu 24 de florinți să se globească, apoi cu 66, a treia oară să fie lipsiți de dregătorie.

12. Posturile trespatur, ce sânt într'un an, după obiceiul sfintei besericii noastre să se ție cu socoteală bună, aa și până acum, de toți oamenii; iară de se va tâmpla, să fie cine-va foarte lipsit, unul ca acela să-și aște duhovnicul numai în vreme de lipsă mare.

¹) Mendose ponitur in archetypo caput 807. En ejus tenorem (ed. c. p. 388): „Carole fără de nevoc se va lipsi de beserică trei săptămâni, acela să fie nepriocuit. Tăc: Carole fără de grea nevoc sau o nelisnire ôre cum se va lipsi de beserică trei săptămâni, de va fi cleric, să i-se ia darul, iară mirénul să se așurisască”. „Qui sine necessitate per tres hebdomadas in ecclesia deerit, illi denegetur communicatio. (Hocsa: Quicumque absque gravi necessitate vel difficultate quovis modo per tres hebdomadas in ecclesia deerit, si est clericus, suspendatur, si laicus, excommunicetur”. De actate requisita pro confessione sic sonat caput 291 Pravitae (ed. c. p. 382): „Sfântul Ioan Chitral poruncoste, că copii partea bărbătească după 14 ani să se ispovedească... iară partea muertescă după 12”. „Sanctus Joannes episcopus Cytri jubet infantes masculos post 14 annos confiteri... feminas vero post 12 annos”. Locis hic adductis non reperitur, si bene legitur, in Responsis Joannis Cytri (Patr. Gr. CXIX, 960-966), apud quem actas tantum definitur ad sponsalia contrahenda requisita. Sed haec per errorem forte dicta sunt ex opinione quadam in Orientalium vulgus satis evagata, qua obligatio peccata confitendi existere non videtur ante initum matrimonium. Synodus igitur decernens, missam singulis dominicis et festis diebus celebrandam eoque assistendum esse, necnon quovis a septimo anno expleto ad confessionem et communionem teneri, iterum salutarem effectum theologiae latinae praeferit.

secundo sex palli²). Praeterea generatim in festa paschali quiesque, qui jam septimum annum complevit, peragat oportet et poenitentiam et communionem; si quis autem hoc omiserit, et contigerit ei mori, sacerdos talem non comitetur ad sepulturam, nec in coemeterio eum inhumet. De his omnibus vide Pravitam, pagina 629, caput 77. Decet enim sacerdotes et laicos frequentatio ecclesiae.

7. Sacerdotes sacram synaxim sub amenda 12 florenorum non audeant in propriis aedibus aservare, sed magna solertia in capsula pura reverenter collocatam, in sacculis linteis obvolutam in ecclesia aservent, et inde illam deferant ad aegrotos, et revertentes iterum debita reverentia ibidem collocent. Sacerdotes hoc mandatum transgredientes per archipresbyterum amenda superius indicata puniantur, qui ex illa pecunia curabit perfici locum dignum in ecclesia, quo dein aservabitur sacra synaxis omni tempore.

8. Sacerdotes tales moribundos, qui adhuc loqui possunt, nullo modo vistico provideant, omissa sacramento poenitentiae; cum talibus autem, qui jam loqui non possunt, sacerdotes ab archipresbyteris instruendi sunt, quomodo sit agendum: an absolventi sint nec ne.

9. Si quis usque ad festum paschale s. confessionem et communionem non peregerit, tali deneganda est Pascha³.

10. Cum inveniantur nonnulli, qui pro Pascha manducare soleant gemmas arboris, vel alias herbas, et consuetudinem mandatumque ecclesiae non observent, illos ecclesia quoque ignorat, quousque non respiciant et non convertantur ad ecclesiam.

11. Sacerdotes quoque se usque ad magnam hebdomadam omni anno obligatos esse sciant s. confessionem peragere; quodsi aliquis eorum post festum paschale impaenitens reperitur, primo mulctetur amenda 12 florenorum, secundo 24, tertio sacerdotio privetur. Archipresbyteri eadem ex causa primo mulctentur amenda 24 florenorum, secundo 66, tertio officio priventur.

12. Quatuor jejunia annua solita, secundum consuetudinem ecclesiae nostrae, omni pietate observentur ab omnibus, prout hucusque servata fuere; si vero contigerit, quod quis coactus sit (illa frangere), is adeat suum, confessorium, qui talem solummodo in casu magnae necessitatis absolvet.

²) Nilles op. c. p. 471 verba: trei lopăți, latine reddit: tribus palae plagis. Verum potius intelligenda videtur hic quaedam mulcta, verbi gratia, tribus pallis framenti. Diploma enim saepius citatum episcopo jus quidem confert mulctandi, at non corporaliter castigandi.

³) Circa hoc „Pascha” recole dicta in prooemio.

13. Pentru lucrul despărțirii cauză de veni în pravilă, cum spune sfântul Săbor dela Cartaghen, glava (cap.) 100, unde așa grăiește: Cine se vor despărți de împreunare, de nu se vor împăca, ei să (pag. 383) fie așa; iară de nu, să se îndemne către pocănie. Tăle: Plăcu Săborului acostuia, după a Evanghelii și Apostolului învățătură, să nu-și despărță neștine mueria și să o scoată pentru fie-ce; iară de se va tâmpla, din bărbat sau din muere să se deslege împreunare, și nu vor vre să se împacă, și să se împreune iară, să fie așa lăsați și nedespărțiți, și să nu se mai atingă de altă nunta, după cuvântul Domnului, că cine, zice, va lua lăsați, acela precurvește; iară de se va împreuna bărbatul alții femeii, sau muere altul bărbat, atunci către pocănie să se aducă, și să li-se dé canon, ca și precurvarilor. Caută de acia la canonul 84 a șasului Săbor dela trulla, și la canonul marelui Vasilie 9, 31, 35, 48 și la 76.¹⁾ Pentru acia toate despărțiriile la oprește și al nostru Săbor supt gloaba pierării derogătorii, oare-cine va cuteza face lucru ca acela.

14. Afându-se alocuri unii duhovnici ca acia, carii, dacă merg oamenii la dâncii să se ispoveduiască, nu-i deslegă, până nu-și vor plini canonul, și le caută a se duce așa nedeslegați, și până-și pot plini canonul, iară cad într'alte păcate, căce că unile canoane nu se pot plini în multă vreme; deci unii nu vor mai fi deslegați, că tot mai pot căde într'alte păcate, până și-or umple canonul. Pentru acia, ca nu cumva să piară vre-un suflet nedeslegat, trebuie să deslege și să pricestuiască duhovnicii pe toți, carii cum se vor ispovedui, și să-i învețe după acia, cum vor pute mai curând să-și pliniască canonul; căce că pocăința nu stă numai întru plinire canonului, ci mai vărtos în durerea de păcate și inima eia înfrântă a păcătoșului, pecum zice însu-și Domnul, că în ce clas se va întoarce cu toată inima sa omul păcătoș către sfinția sa, într'acela clas îl va erta; pentru acia așa trebuie să facă și duhovnicii.

Aceste toate am socotit și am tocmit cu voia noastră, ce deplin ca să fie pe loc, și stăitoare pentru mai mare tărie și credință, puind iscălitura și pecetia noastră. Scriu-i în Sămbăta de jos, Mța (luna), Anul și zilele, cumu-i scris mai sus²⁾.

Încă s'au mai socotit și alte lucruri, carele acuma nu le-am putut da afară; iară când le va veni vremea, vei ave și tire Frăția ta.

Însă aceste toate le poruncim să se fie și să se ispreviască cu socoteală bună, pecum sânt scrișe, și pentru acia le întărim cu iscălitura noastră.

Vlădiea Ioanu m. p.

¹⁾ Ipsissima sunt haec verba Pravilae ed. c. p. 386-7. Additum est canon 81 a. Basilii et canon 806 monacho positus est pro 76.

²⁾ In archetypo, apud Major, non fit, sicut in editione Moldovae et Nilles, distinctio diversis typis inter epistolam episcopi Patrali et decreta Synodi. Jamvero ultima phrasae documenti attentis considerando, nota synodalia non videntur finire cum articulo 14, prout habent Moldovae et Nilles, sed comprehendere adhuc phrasin sequentem, ubi firmam sermo est de subscriptione et sigillis non solum episcopi, sed omnium Synodi membrorum. Si enim illa phrasa ad epistolam pertinet, tunc episcopus bis declararet, se eam cum subscriptione firmasse. Nec obstat verbum „scripsit“, „scriptus“, ut habent Moldovae et Nilles, quia in archetypo legitur: „scripsit“, probabilis: „scripsit“, vel „scripsit“, scriptum est.

Stante hoc ratiocinio, jam certum est, Synodum celebratam

§ 13. Quod attinet separationem, vide in Pravila ad a. Synodi Carthaginensis canonem 100, qui ita sonat: *Qui separantur ab invicem, si inter illos non intervenit pax, manent sic; et adhortandi sunt ad reconciliationem.* Glossa: *Placuit Synodo haec secundum Evangelium et Apostoli doctrinam (decernere), nemini licere unum suum quorunque de causa dimittere; si separatio laeva fit ex causa vel mariti vel uxoris, et nolunt reconciliari, ut iterum cohabitent, tunc manent separati, et non licet illis necum inire matrimonium secundum mandatum Domini: Si quis duxerit dimissam, moechatur; si vero maritus cum alia femina, vel mulier cum alio viro commercium carnale iniret, ad poenitentiam adigendi sunt, et illis applicandi sunt canones, qui respiciunt moechos.* Vide haec ad canonem 84 sextae Synodi Trullanae, et canones 9, 31, 35, 48 et 76 s. Basilii Magni. Ergo et nostra Synodus omnes matrimonii dissolutiones sub poena amissionis officii interdicat, quicumque hoc facere praesumpserit¹⁾.

14. Quum nonnullis in locis et tales confessarii existant, qui, si confitentes nondum satisfecerint pro peccatis proxime confessis, non absolunt, quousque non satisfecerint, et hoc modo confitentes absque absolutione recedunt, et, antequam satisfecerint, novis peccatis se maculant, quia nonnullae poenitentiae longiori tempore indigent; ideo aliqui amplius non absolventur, quia usque ad satisfactionem expletam novis peccatis se maculare possunt. Quomobrem, ne anima quaedam ex causa denegatae absolutionis pereat, confessarii debent absolvere et sacrae synaxis participes facere confitentes, adhortando illos, ut quam primum fieri poterit pro peccatis satisfaciant; caeterum poenitentia non consistit unice in satisfactione pro peccatis, sed et in peccatoris corde contrito et humiliato, prout ipse Dominus dicit, quod *quocumque hora peccator ex toto corde a peccatis suis conversus fuerit, eadem hora remittentur ei peccata*; ergo et confessarii haec prae oculis habeant oportet.

Haec omnia decrevimus et constituimus plena nostra voluntate, et, ut in vigore existant, et authenticam habeant, subscripsimus et sigillo nostro munivimus. Scriptum est in Sămbăta de jos, mense, anno et die, ut supra notatum est.

Præter haec et alia decreta sunt, quae hac occasione promulgare non potui; quando autem erit tempus et publicandi, certiorum reddemus Fraternalitatem Tuam.

Haec omnia mandamus, quatenus religiose executioni mandentur, prout scripta sunt, et ideo confirmamus nostra subscriptione.

Ioannes Episcopus m. p.

¹⁾ Omnes textus citati inveniantur in Pravila, ed. c. p. 388, 400, 406, 408 et 407. Quamvis isti canones, aliunde etiam noti, longe severiores sint legibus civilibus in eadem Pravila insertis, attamen facile praxim reddebant laxiorem, praesertim propter adulterium admissum ut causa sufficiens pro dissolutione vinculi. Synodus, hanc controversiam neglegens, et archiepiscopis prohibens, quominus divortia decernerent, abusi potius modici poterat. Immerito igitur Petrus Major op. c. p. 388, Synodum hac in agenda ratione vituperat.

CONCILIIUM ROMANO-LATERANENSE

1725 aprilis 15 - maii 29.

Concilium Romanum celebratum in basilica Lateranensi a Benedicto papa XIII., diebus 15, 22 et 29 mensis aprilis, 6, 13, 22, 27 et 29 mensis maii anni 1725,

Bibliographia.

1) Elenchus archiepiscoporum et episcoporum qui in Romanum concilium nuper a s. d. n. Benedicto pp. XIII. pro dominica in albis futura anni iubilaei 1725 indictum convenire tenentur. [*In fine:*] Romae, typis reverendae camerae apostolicae, 1724.

In fol. plano, 1 f. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 1262.)

2) Decretum concilii Romani, praesidente s. p. n. Benedicto papa XIII., depromptum ex sessione habita in basilica S. Petri, V. idus maii M.DCC.XXV. Decret du concile Romain, présidé par n. s. p. le pape Benoist XIII, extrait de la session tenuë à S. Pierre, le 11. mai 1725.

S. l. n. a. (1725). In - 4°, 2 p. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2503.)

3) Concilium Romanum in sacrosancta basilica Lateranensi celebratum, anno universalis iubilaei MDCCXXV, a sanctissimo patre, et domino nostro Benedicto papa XIII., pontificatus sui anno I. Romae, ex typographia Rocchi Bernabò, anno MDCCXXV, sumptibus Francisci Gjannini, suae sanctitatis bibliopulae. Cum privilegio summi pontificis.

In - 4°, 10 f. - 317 p. - 8 f. (index), 1 fig. — (Carpentras, ville; Douai, ville; Le Mans, ville; Lyon, ville; Nice, ville; Paris, Arsenal; Paris, St-Sulpice; Piacenza, communale; Roma, Casanatese; Roma, Propaganda; Roma, Vittorio-Emmanuele.)

4) Concilium Romanum in sacrosancta basilica Lateranensi celebratum anno universalis iubilaei MDCCXXV, a sanctissimo patre, et domino nostro Benedicto papa XIII., pontificatus sui anno I. Romae, typis Bernabò, anno MDCCXXV, sumptibus Francisci Gjannini, bibliopulae suae sanctitatis. Cum privilegio summi pontificis.

In - 8°, 18 f. - 464 p. - 11 f. (index), cum fig. — (Aix, ville; Avignon, ville; Lyon, ville; Nice, ville; Paris, Arsenal; Paris, Mazarine; Piacenza, communale; Roma, St. Louis-des-Français; Roma, Vittorio-Emmanuele.)

5) Concilium Romanum in sacrosancta basilica Lateranensi celebratum anno universalis iubilaei MDCCXXV, a sanctis. patre et domino nostro Benedicto papa XIII., pontif. sui anno I. Romae et Lucae, tip. Salv. et Jo. Dom. Maroscand., 1725.

In - 8°, XXIV - 387 p. - 19 f. — (Roma, Vittorio-Emmanuele. — *Ipsae non vidi.*)

6) Concilium Romanum in sacrosancta basilica Lateranensi celebratum, anno universalis iubilaei MDCCXXV, a sanctissimo patre et domino nostro Benedicto papa XIII., pontificatus sui anno primo. Avensione, apud Carolum Giroud, excell. dom. archiepiscopi typographum, MDCCXXVI.

In - 8°, 8 f. - 106 (*corrige 116*) - 52 p. — (Avignon, séminaire; Lyon, ville; Paris, St-Sulpice; Toulouse, ville.)

7) Concilium Romanum, in sacrosancta Lateranensi basilica celebratum, anno universalis iubilaei MDCCXXV, a sanctissimo patre et domino nostro Benedicto papa XIII., pontificatus sui anno primo. [*Insigne.*] Bruxellis, typis Francisci Foppens, M. DCCXXVI. Cum privilegio caesareo.

In - 8°, 11 f. - 428 p. - 13 f. (index), 1 fig. — (Lyon, séminaire; Paris, Arsenal; Paris, Bibl. nat. inv. B. 6811.)

In hac editione inest quaedam differentia in ultimo tituli verbo cum alia editione ejusdem anni.

8) Concilium Romanum, in sacrosancta basilica Lateranensi celebratum anno universalis iubilaei MDCCXXV, a sanctissimo patre et domino nostro Benedicto pp. XIII., pontificatus sui anno I. Romae, ex typographia Rocchi Bernabò, anno MDCCXXV, sumptibus Francisci Gjannini, suae sanctitatis bibliopulae. Cum privilegio summi pontificis. Editio prima in Germania, ubi omnia, quae ibidem italico idiomate continentur, in latinum versa, e latere apposita inveniuntur. Monachij, sumptibus Joannis Jacobi Remy, bibliopulae, 1726, typis Mariae Magdalenae Riedlin viduae.

In - 4°, 10 f. - 284 p. - 6 f. (index). — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2489.)

9) Coleti (N.), Sacrosancta concilia ad regiam editionem exacta, quae olim quarte parte proditit auctior studio Philip. Labbei et Gabr. Cosartii, Soc. Jesu presbyterorum, nunc vero integre insertis Stephani Baluzii et Joannis Harduini additamentis, plurimis praeterea undecunque quaesitis monumentis, notis insuper ac observationibus firmiori fundamento conciliorum epochas praecipue fulciantibus longe locupletior et emendatior, (1733), XXI, 1845-908.

10) Concilium Romanum in s. s. basilica Lateranensi anno 1725 a Benedicto papa XIII. Romae, 1751.

In - 4°. — (Roma, libr. Bocca; Toulouse, ville. — *Ipsae non vidi.*)

11) Concilium Romanum in sacrosancta basilica Lateranensi celebratum anno universalis iubilaei MDCCXXV, a Benedicto papa XIII. nunc denuo recensum, regnante sanctiss. d. n. Clemente XIII, p. m. Romae, H. H. Laur. Barbiellini, 1764.

In - 4°, XII - 193 p. — (Roma, Vittorio-Emmanuele. — *Ipsae non vidi.*)

12) Acta et decreta sacrorum conciliorum recentiorum collectio Lacensis, auctoribus presbyteris S. J. e domo b. V. M. sine labe conceptae ad Lacum, (Friburgi, 1870), I, 349-466.

13) Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio cujus Joannes Dominicus Mansi et, post ipsius mortem, Florentinus et Venetus editores ab anno 1758 ad annum 1798, priores triginta unum tomoe ediderunt, nunc autem continuata et, Deo favente, absoluta, (1902), XXXIV, 1845-908.

Hujus concilii textum vide in nostra editione Mansi supra citata t. XXXIV, col. 1845-908.

SYNODUS DIOECESANA MONSPESSULANA

1725 maii 15.

Synodus dioecesana Monspeessulana, celebrata die 15 mensis maii anni 1725, sub Carolo Joachimo Colbert de Crisay, episcopo Monspeessulano.

De hac synodo confer opus cui titulus:

Statuta et ordonnances synodales du diocèse de Montpellier, imprimées par ordre de monseigneur Charles Joachim Colbert, évêque de Montpellier. A Montpellier, chez la veuve d'Honoré Pech, im-

primeur ordinaire du roy, de messeigneurs des états, de monseigneur l'évêque, du clergé, de l'université, et de la ville, M. DCC. XXV.

In-4°, XXXII-112 p. - 2 f. — (Avignon, ville).

Pag. 1-39: „Statuts et réglemens ecclésiastiques publiés au synode du diocèse de Montpellier tenu par monseigneur Charles Joachim Colbert, évêque de Montpellier, le 17 mars 1700, et confirmés dans celui du 15 mai 1725.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

ad confirmandam libertatem monasterii S. Eliae, in insula Samo (1725 mense maio).

Monasterium Sancti Eliae, in insula Samo, ad australem partem civitatis Carlovassiorum situm, primus aedificavit Nicolaus Jacomou dictus, qui anno 1626 in insula Chio degens illud in clientelam monasterio sanctae Mariae, dicti Neamone, dicavit, ad quod etiamnum pertinere fertur. Hanc aevritatem anno 1725 mense maio confirmavit synodus Constantinopolitana missa epistola, cujus prima verba haec sunt: Τῆς θαυμάσιης καὶ συντηρηθείσης τῶν ἐν τῇ μετὰ σάματος τῆδε βίῃ πραγμάτων λόγον δὲ πλείστον ποιούμενοι. Ei vero una cum Hieremia

patriarcha subscripserunt Callinicus Heracleensis, Palaius Nicomediensis, Nicodemus Chalcedonensis, Gerasimus Cretensis, Callinicus Anchiolensis, Gregorius Monembasiensis, Daniel Veterum Patrum, Nicodemus Dereensis, Constantius Pheralensis, Daniel Chius. Edita exstat tum apud Constantinum N. Canellacem, Νέα καὶ Ἀνδάλουσα, in-8°, Athenis, 1890, p. 583-588, tum apud Epam. J. Stamatidom, Σαμιακά ἔργοι ἱστορίας τῆς νήσου Σάμου, in-8°, Sami, 1891, t. IV, p. 334-338.

CONCILIIUM PROVINCIALE AVENIONENSE,

a Francisco Mauricio de Gouteris, archiepiscopo metropolitano celebratum,
28 octobris 1725.*

BREVE PONTIFICIUM BENEDICTI

divinae providentiae papae XIII,

quo probatur consilium convocandae synodi provincialis Avenionensis.

Venerabili fratri archiepiscopo Avenionensi
BENEDICTUS pp. XIII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Ex litteris fraternitatis tuae laetitiam hausimus plane singularem, cum te ad celebrandum istius provinciae concilium pro vigilantiae pastoralis officio paratissimum esse intelleximus et, quod proposito hujus sanctae Romanae ecclesiae exemplo, urgere in caeteris provinciis nitimur, a seculitate tua jam pene representatam esse perpeximus. Quae sane consolatio adventus tui desiderium lenivit et uberi gaudio compensavit. Immo vero, qui omnium ecclesiarum necessitatibus apostolica sollicitudine adesse debemus, fraternitatem tuam, curis nostris tua etiam studia sociantem, minime a nobis abesse reputamus. Adit autem operantis suis coelectis pater-familias, ut vineae florentes, ipso dante benignitatem, dent fructum suum. Ac fraternitati tuae apostolicam benedictionem peramantor impertimur:

Datum Romae, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die octava maji MDCCXXV, pontificatus nostri anno primo.

C. archiepiscopus Avenionensis.

INDICTIO

Concilii provincialis Avenionensis.

FRANCISCUS MAURITIUS

Dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Avenionensis ac metropolitans.

Praemonstrante nobis beatissimo patre et supremo pontifice nostro Benedicto XIII, qua studii in dies impensioris assiduitate, quae sollicitudinis opera conceditis ovibus prodere simul ac praeesse debeamus, nihil tum sacro muneri nostro magis concutendum duximus, tum dignitati pallii nobis, licet immeritis, traditi, congruum magis, quam ut ad tanti exemplaris formam nosmetipsos fingeremus, votique ipsius in duplici apostolica pagina ad nos demissa benigniter expressis debitum praestantes obsequium, ceteri concilii provincialis indictione responderemus, majorumque itidem nostrorum caduca ac pene abolita vestigia renovantes, pergratum sanctae Avenionensis ecclesiae ad fidelium aedificationem in unum congregatae spectaculum praebereamus.

* Hujus concilii decreta Avenione typis mandata sunt opere cui titulus:

Concilium provinciale Avenionense, a Francisco Mauricio de Gouteris, archiepiscopo metropolitano, habitum, anno M. DCC. XXV. Avenione, apud Charolam Giroud, Bibliopolum et typographum ordinarium Illustrissimi et reverendissimi archiepiscopi, sub signo bibulorum curcorum. S. a. In-4°, xij-264-78 p. (appendix) - 2 f. — (Avignon, seminario; Avignon, ville; Carpentras, ville; Le Mas, ville; Lyon, ville; Nice, ville; Paris, St-Sulpice; Roma, Vittorio-Emmanuel; Toulouse, ville.

Et sane, cum ea summorum pontificum et generalium conciliorum mens ab initio fuerit, ut quolibet triennio ageretur in unaquaque metropoli episcoporum conventus, in quo et perfecta ipsorum consensione et totius cleri unanimi conspiratione revivisceret sacrorum canonum observantia, cogmentaretur magis magisque in probatis fidei ac disciplinae regulis concordia, tandemque, uno afflante spiritu, una nobis fides esset mentium et pietas actionum.

Hinc est, quod tanti momenti officio satisfacere flagrantissime cupientes, triplici jam quidem pastoralis visitatione ac una dioecesana synodo comitorum id genus defectum supplere pro nostra virium tenuitate studuimus: at, obstante non semel rerum temporumque calamitate, tanta nobis exsequi ac perficere non licuit, quanta, sollicitante agri dominici zelo, animo conceperamus.

Reddita tandem nobis incolunitate publica et privata, statim ac longam nostri valetudinem excepit pristinus animi corporisque vigor, unum hoc nos consilium, unum propositum incessit, ut, datis ad unumquemque comprovincialium episcoporum litteris, eos de cogenda conciliari synodo prae-moneremus, indeque conducta die in monasterium sancti Martialis de Gentilino singuli conveniremus, ibi scilicet, collatis simul, in commune provinciae bonum, ante habitis conciliis, cogitati operis quasi fundamenta jacturi: At, quam in simili negotio agendi methodum quaerebamus, eam ex praesynodalibus concilii Romani, nuperrime absoluti, foliis decumendam fore censuimus. Ex iis enim tam manifeste proditur pontificia mens, ut et ipsam sequi debere nos et discutiendarum rerum servatam distributionem facilius imitari posse crediderimus. Selecta nihilo tamen minus ex archiepiscopali scrinio veterum conciliorum et Avenionensium synodorum decreta pervolvimus, ut suae quisque dioeceseos potiora vicissim in medium afferret documenta, quorum ope ac praesidio in congregationibus examine instructi, quidquid ad fidei et doctrinae integritatem servandam, ad instaurandam ecclesiasticam disciplinam compositionemque morum seu reformationem inducendam profuturum arbitraremur, id omne provida circumspeditione sibi vindicaret ventura synodus, et novo unitae virtutis robore firmaret conciliaris auctoritas.

Quoniam autem boni ecclesiasticae praesertim provinciae animarumque rectoris sit, non tam novis legibus ac decretis subditam sibi plebem obruere quam sapienter olim condita restituere et quasi intermortua suscitare: Nos, qui in synodis tum provincialibus tum dioecesanis, quas habuerunt praeclaras memoriae praedecessores nostri, comperimus multa jam opportune laudabiliterque fuisse sancita, ex iis praestantiora et utiliora a tenebris oblivionis ad memoriam usumque revocare conabimur.

Jam vero, cum omne bonum descendat a patre luminum, ad eum vota primum nostra ferantur necesse est, ut publicis privatisque precibus infra notandis in suscepti hujus negotii regimen adductus, ea nobis ab alte subditorum commoda suppeditat, quibus freti juxta atque roborati, alicrius dehinc et securiori animo ad praesentis publicae indictionis petiti exitum procedere valeamus.

Quapropter, ne tam necessarium tamque vehementer optatum a praesentate summo pontifice archiepiscopalis nostri ministerii opus ulterius protrahatur, praemonitis iterum per epistolam reverendissimis episcopis comprovincialibus nostris, eos etiam praesenti nostrae edicto ad diem vigesimum

octavam mensis octobris anni 1725, festum ss. Simonis et Judae, in hanc sanctam Avenionensem metropolitanam ecclesiam, auctoritate metropolitanae, convocamus. Ut autem et reliqua, qui de jure vel consuetudine hujusmodi provinciali synodo interesse tenentur, ejus celebratio plenius innotescat, neve eorum quis ignorantiae excusationem praetendere vel se neglectum dicere possit: universis et singulis abbatibus commendataris, capitulis cathedralium ac collegiatarum et cujuscumque dignitatis et gradus clericis, quorum quacumque de causa intererit, etiam exemptis, intra tamen fines provinciae nostrae positis, significamus, indicimus ac denuntiamus provincialis nostri concilii celebrationem, sub poenis et censuris ecclesiasticis a sacris canonibus adversus non accedentes latis atque decretis. Si qui vero (praeter eos, ad quos ex officio interesse spectaverit) sive ex reliquis clericis, sive ex laicis quibuscumque, pro justitia consequenda, si forte quacumque de causa esse laesos extimaverint, accedere ad concilium vel procuratores mittere voluerint, id sibi licitum esse sciunt. Quare his quoque, nec non civitatum et oppidorum quorumcumque consulis, locorum piorum ac sodalitorum rectoribus et administris caeterisque provinciae nostrae, qui sua quomodolibet interesse putaverint, praefati concilii celebrationem pariter significamus hortamurque, ut, donec indictus synodi dies advenerit, assiduis interim precibus aliisque christianae pietatis officiis ea nobis caelestia dona impetrare nitantur, quibus consultationum nostrarum ac deliberationum fructus et salubriores et fecundiores evadant.

Quamobrem praesens edictum ad valvas nostrae metropolitanae ecclesiae aliarumque cathedralium, collegiatarum similiumque insigniorum ecclesiarum, etiam exemptarum, affigendum promulgandumque mandamus, cujus affixio et promulgatio ita omnes et singulos, qui in eo comprehenduntur, afficiat et adstringat, ac si nominatim illis et personaliter intimaretur. In quorum fidem hoc ipsum edictum conficiendum, per nos et per secretarium nostrum subscribendum nostrique sigilli impressione munendum decrevimus.

Datum Avenione, ex palatio nostro archiepiscopali, die prima septembris anni 1725.

† F. M., archiep. Aven. metrop.

Philip., secret.

PRECES PUBLICAE.

I. Addatur quotidie in missa collecta de Spiritu sancto, et de eodem solennis missa habeatur qualibet quinta hebdomadae feris, a die intimati edicti usque ad concilii solutionem.

II. Tribus proximis dominicis ante concilium, in omnibus parochiis populus monetur et excitetur, ut iteratis orationibus et frequentiori sacramentorum usu, felicem concilii provincialis exitum impetrare contendat.

CONCIO

ad synodum provincialem.

Quo animo, qua mente vos omnes in hanc urbem metropolim sacramque basilicam adunari et congregari tam vehementer optaverimus, sat ex publica indictione provincialis hujusce synodi vobis innotuit. Scilicet intellexistis, eo nos tantum colineare, ut et propositum nuper ab optime nostro pontifice scopum attingeremus, ejusque praedecessorum ac Tridentini concilii patrum vota et monita non longiori interruptione dilaberentur, sed ad debitam executionem reviviscerent: et ut, quanta

esse in hanc primariam provinciae Avenionensis cathedram totius sui cleri devotio sanctorumque suorum antistitem cum suo metropolita perfecta in fide ac disciplina consensus atque communio, late pateret: utque inde, plaudentibus etiam hujus ecclesiae angelis tutelaribus, quaedam sanctae unitatis, qua apostolicas sedi propius inhaeremus, nova quidem, sed gratissima species exhiberetur: ut tandem cum studio caelestis disciplinae refloresceret ac vegetior fieret in dies antiqua et recta ecclesiae disciplina, sanctorumque scientiae sanae etiam doctrinae praecepta jungerentur.

Et nos inspirante divino numine, per quod mysticum ecclesiae corpus sanctificatur ac regitur, in hanc adducti fuimus sententiam: eo duce ac comite, ausa haec quaecumque nostra finem in votis habitum assequuntur; et quem concilii nostri auctorem solemnem supplicatione mox invocavimus, eum sic operis perfectorem habituros esse confidimus, ut habuimus inceptorem.

Tanto siquidem obfirmati praesidio, tantaque felicitatis spe erecti, expectatione stimulati, laborem hunc, quantumvis arduum ac difficilem, fidenter aggredimur: grande profecto et grave opus. Quotquot enim episcopi sumus, divinam hic Christi ac ecclesiae procuracionem, in nostra consecratione susceptam, agimus et, tanquam supremi numinis actores, ipsius jura sarta tecta pro viribus servare contendimus.

At id nobis feliciter accidit, quod eo in agro conducti ac constituti sumus, in quem olim ab ecclesiae nascentis infantia sanctos eosque peritissimos colonos Christus immiserat, qui opimia vegetata sudoribus germina propriisque, ut ita dicam, manibus insita nobis reliquere. Tamque opportuna fuit, quam rudi novoque solo culturam adhibuerunt, ut uberrimam inde segetem fructusque, quemcumque laborem operamque nostram exsuperantes, nobis colligere datum fuerit.

Nec mirum: habuit namque dilecta haec Deo Avenionensis provincia praecoones ab ipso veritatis auctore eruditos, Martham scilicet Christi hospitio claram Rufumque tanti magistri discipulum. Hinc primum aeternae sapientiae fluentia, puris immisae canalibus, in felicissimam regionem istam permanserunt. Hinc habuimus Justum, Donatum, Maximum, Magnum et Agricolum, hujusce civitatis patronum; habuit Carpentoracte suum Siffredum, Oruntium et Antonium, Veranum Cabellio, Vasio Quindium: omnes mira sanctitate colendos, sacerorum dogmatum magistros, fidei ac disciplinae vigilantissimos assertores. Nec defuere, sequentibus saeculis, varia

ac perutilia ex praeclearis nostrorum proxime praedecessorum gestis scriptisque subsidia.

Quid igitur ex tot tantisque praesaggiis huius nostrae provinciae auspiciari non liceat? Quid ex tot ad optima quaeque majorum nostrorum invitamentis inferendam restat, nisi quod ad tenuitatem nostram respicientes, ea fere omnia, quae tam provide, tam sancte ad clericalis ordinis splendorem statuta jam usque firmata comperimus, ea, inquam, sanctis praedecessoribus nostris debere humiliter fateamur? Ita tamen, ut ad illorum exemplum indefesse atque viriliter in hoc intendamus, ut nempe a clero fidelibusque, nobis in fide ac devotione subditis, dociliter ac studiosae excipiantur et religiose serventur, quaecumque a nobis, prout traditioni tantorum patrum addictis, in hac provinciali synodo statuantur.

Quod vero potissimum majorem nobis spem ingerit perfectioris vitae normam facile inducendi, illud est, in quod mentium oculi, urgente fama, flectuntur: datum nempe caelitus et nobis et orbi catholico numeris omnibus absolutissimum exemplar, Benedictus XIII., in quo uno pontifice, gregis universi formam, qua perfectior praestantiorque exorbitari vix possit, duximus proponendam: sic enim monstratam nobis ab optimo duce viam graviter sequentes, et synodum hanc nostram, ad stipulantibus comprovincialibus nostris, ac conspirantibus in commune provinciae bonum cleri populi que votis et animis, Deo favente, celebrabimus, et pari studio parique exitu, ut speramus, ad eum, quem sanctissimus noster in terris legislator et doctor finem assequi voluit, propius accedemus. Sicut enim in alta ecclesiae specula a Deo positus, novit ipse, quanta utilitatis quamque necessaria sint episcoporum comitia, ut canones, quibus ecclesiastica disciplina nititur, ad memoriam revocentur, ut, qui irroperere, corrigantur abusus, comprimantur excessus, orta inter fratres compeccatur omnis contentio: ita nobis prospiciendum est, ne ab antiquis conciliorum provincialium praefinitis regulis limitibusque digrediamur, qui in hoc praecipue consistunt, ut in iis potissimum rebus immoremur, quae universae provinciae conveniant et accommodari possint ac in ea concorditer et uniformiter servari et executione vigere.

Rebus itaque omnibus in praesynodali congregationum serie perattente discussis, servatis iis, quae juxta catholicam traditionem conciliorumque provincialium usum servari assolent, ac implorato prius supremo numine, angelorumque tutelarium auxilio precibus publicis expetito, jam ad decreta, prout res poscet, sancienda procedamus.

CONSTITUTIONES CONCILII PROVINCIALIS AVENIONENSIS

Anni MDCCXXV.

Franciscus Mauritius, Dei et apostolicae sedis gratia sanctae Avenionensis ecclesiae archiepiscopus metropolita,
de reverendissimorum d. d. coepiscoporum nostrorum, qui in provincialem hanc synodum convenerunt, concilio et assensione statuimus:

TITULUS I.

De fide catholica et ejusdem professione.

Prooemium.

Proordinata ab aeterno ecclesiae Christi fundatio divinique fundatoris mens atque consilium adumbratur.

Cum sacrosanctae catholicae ecclesiae mos ille fuerit ab initio, ut modo geniti infantes nuntiis per fidei petitionem beatas regenerationis ad-

ipiscerentur jura, eisque pateret in veri Dei templum ingressus: sic omnino congruum est, ut nos omnes, quibus secretiora templi penetrare sanctae vocationis privilegio datum est, fidem, quam excipimus, ipsi astruamus et, quam ex corde profiteamur, ore etiam et opere confiteamur¹⁾. Hoc enim

¹⁾ Fides a nobis excipit duplex officium, cordis et linguae: nec sibi esse peccatum, nisi fidem ore profiteamur, quam corde gerimus. August. lib. de fide et symb. [c. 1. ubi tamen sententia haec paulo uberius explicata reperitur. (Opp. s. August. ed. Benedict. VI, 151. A.)]

potissimum in causa fuit, cur generalia seu provincialia concilia a fidei professione initium sumerent, prout majores nostri provide sapienterque statuerant.

Nos itaque laudabili patrum instituto, quam maxime possumus, inhaerentes, acta provincialis hujus synodi sanctissimae Trinitatis sanctaeque fidei catholicae nomine inscribi et quodammodo consecrari curavimus.

Cum autem nostri sacerdotalis officii sit, ut, ubi de fide agitur, volvatur obscurum nihil, sed evangelica veritas in sua simplicitate eniteat et clarescat: cumque sanctae synodo cura esse debeat, ut hujus provinciae clerus et populus in fide et fidei principiis sint omnino concordēs: quaedam, quae notione speciali ac majori animadversione digna visa sunt, quae simul fidelibus, quos cura nostra complectitur, prodesse valeant, eadem sancta synodus hic praemittenda et inquirenda censuit. Cui nempe credamus? Cui credendum sit? Quae fidei magistra? Quis ipsius mysteriorum interpres? Quocirca priusquam res ad fidei tutelam defensionemque spectantes distinctis pertractentur capitibus, utque liberi animo ac mente sinceriori profitendae fidei publicum sacramentum enuntietur: haec, quae sequuntur, praelibare duxit opportunum, ut, tantae artis magistra ex caelestibus suis institutionibus cognita, firmiter ac fidentius ejus doctrinae principia teneantur, quo fiat, ut juxta d. Gregorii magni praescriptum in vera fide persistamus, et vitam nostram in petra ecclesiae, hoc est, in confessione beati Petri, apostolorum principia, solidemus.

Noeant itaque, quicumque sacrarum litterarum eruditione praediti sunt aeternaeque veritati assentiuntur, quod ecclesia catholica, ab aeterno in mente Dei concepta, in plenitudine temporum genita, haec illa nobis magistra a Deo data est, cujus primaria et princeps cathedra apostolica sedes est, cujus doctrina verbum verbi, seu in sacris paginis scriptum seu apostolica traditione ad nos transmissum. Ex quo, quanta fides atque fiducia tam egregio doctore haberi debeat, facile intelligit, quisquis ad ejus antiquitatem originis, ad magisterii dignitatem, ad divinitatis tandem consortium serio attendit.

Hoc enim non humanae, sed divinae sapientiae sacrum, grande ac spectabile lyceum, ad addiscendam scientiam sanctorum et ad veri Dei cultum ab increata sapientia ante saecula praedestinatum, totque saeculis insumptis saeculorumque consiliis perfectum, exhibuit tandem omnipotens artifex Christus, ut rationalis creatura omnia, tanti forma spectaculi allecta tantoque rapta mirabilium compendio, ad contemplationem mysteriorum evangelicae fidei efficacius simul ac suavius traheretur.

Licet enim homo, ad Dei imaginem efformatus ac fictus, potiora Dei creatoris attributa magnifice exprimere videatur: immortale tamen fidei ac religionis templum, quod sibi aedificavit Christus, longe majora nobis exhibet beneficae Deitatis argumenta per omnipotentem simul ac immensam ipsius misericordiae largitatem.

Ad divinam autem providentiam spectabat, ut, sicut omnium temporum ac nationum ea fuit semper seu vera seu vana religio, ut naturae auctori delubra aedificarentur ac templa; ita, ubi divinitas ipsa, revelato nostrae reconciliationis sacramento per incarnationis mysterium, se prope totam mortalium oculis exhibuerat, auctori etiam gratiae templum dicaretur, non quidem manu hominis factum, sed Dei omnipotentis dextera constructum, cui nec temporum nec rerum vicissitudines nec potestates tenebrarum nocere unquam possent, et

in quo ritu sanctiori incrementa sacrificia et oblationes mundas Deo suo immortalis offerret gens sancta, populus electus.

Nec minus exinde necessarium erat ac condecens, huic sancto templo sacerdotem magnum praefici, cui sacrarum praecipua incumberet cura: cui in sancta sanctorum, hoc est, in profundum mysteriorum Dei seu in altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, pateret aditus: qui novae legis doctor ac interpres a Deo constitutus, et obscura interpretaretur et ligata dissolveret; qui subolescentia, latentibus surculis, errorum germina evelleret ac eradicaret statim, ne in damnum agri evangelici remedii tarditate succrescerent; qui pariter subortas vel excitandas ex causis majoribus et ex fratrum contentione interminabiles quaestiones ac controversias, jure summae et ultimae cognitionis, irreformabili suo ex cathedra prolato judicio dirimeret.

Tanto autem ac tam necessario ministerio insignitum fuisse constat Petrum, apostolorum principem, qui primus ad apostolatam vocatus, primatum, quem vivente ac volente Christo gesserat, ad successores transmittendum praesignaret, cujus ex novi nominis sacramento praedestinatio ad supremum pontificium praemonstraretur, ut societate quadam nominis cum ipso angulari lapide Christo Jesu quaedam etiam societas potestatis innueretur. Nec cogitata haec sua quibusvis arcani involucri et quasi velis obtendi voluit Christus, qui ex paritate tributi pro se et Petro solvendi collegam sibi in regendo ecclesiastico imperio, praecipuo Vicarii nomine, demonstravit: qui trina petitione ejus erga se amoris a Petro pignus expetivit, pasceudique agnos et oves suas curam suscipi, pro pignore exoptavit; qui Petrum in monte Tabor cum Elia et Moyse tanquam potiore legis evangelicae, quae caeterarum complementum eam, testem adhibuit, ut paternae vocis fidelis esset auditor, et Filii unigeniti dictis, ex ore Petri prodeuntibus, fides omnis imposterum a fidelibus haberetur, fierentque Petri dogmata oracula orbis terrarum.

Si qua inde superabundantia gratiarum dona consequutus est Petrus, his non invidit sacrum apostolorum collegium, quippe cui perspectum erat, revelata fuisse Petro secreta caelestia et reserata divinitatis arcana, ex quo inenarrabilem Christi generationem aperte confessus pro tota ecclesia primam fidei professionem, non expetito fratrum voto, nec expectato consensu, solus emiserat per haec divina verba, in ipsius ore a patre caelesti posita: *Tu es Christus, filius Dei vivi.*

Quot autem et quanta Petro ajusque successoribus ad perfectum ecclesiae regimen eam ob confessionem privilegia divinitus fuerint concessa, sat ex sacris constat ubique paginis: cum non semel perspicimus in sacro evangeliorum libro, pro ejus dogmatum indefectibili veritate orasse Christum, datamque confirmandi fratres in fide praecellentem virtutem: summam item salutis nostrae aditusque ad beatam aeternitatem expediendi curam caeli clavium traditione ipsi commissam, concessamque fortitudinem, ne portae inferi praevalerent unquam adversus firmam hanc petram, quam Christus ipse selegerat, ut in ea, tanquam in incoercuato ac indefectibili fundamento, ecclesiam supraedificaret suam.

Quis itaque, accurata his omnibus lance perpena, ponderatoque hoc toto, hoc vero, quod non humana ratio excogitavit, nec ulla forensis opinio adinvenire praesumpsit, sed quod scriptura sacra testatur, quod venerabilis antiquitas se profteri gloriata est, quod apostolica traditio docuit, quod

sanctorum patrum, hac de re inter se nunquam dissentient, sententia firmavit; quia, inquam, non utatur divi Ambrosii verbis? *Si de trinitate non creditis sacerdotum, creditur oraculis Christi*¹⁾. Quis non incuset fuisse et legendam nostrorum temporum conditionem, quibus, cum tam vasta terrarum spatia, vanis gentium superstitionibus ac haereticorum sectis et sectatorum erroribus pateant, vix tutam stationem inveniat Petri navis, vix terrae angulus verae religioni remaneat, in quo pacata ac tranquilla quiescere possit? Eam enim in Oriente profugam, in Occidente pluribus etiam regnis novimus extorrem, undequaque turbatam ac laceratam, in suo etiam centro vexatam perpicimus. Addam, quis tam infaustam catholice fidei vicem, non doleat, ecclesiam non lamentetur, dum in ipso materno sinu filios, per evangelium genitos, caelestium veritatum lacte enutritos, tam inter se discordes atque divisos videre cogitur?

Sunt etenim qui zelo, ut ajunt, veteris disciplinae et antiquae doctrinae beatum illud semitarum justitiae ac sapientiae medium deserentes, nec attendentes ad vocem prudentiae, *stantis supra viam in medio semitis*²⁾, novas sibi sternunt vias, nova evulgant dogmata, linguis loquuntur novis. Alii siquidem, congestis hinc inde, eorumdam auctorum seu indubitatae seu incertae fama opinionibus, multiplices dissertationum editione vel inextricabili quaestionum ambagibus, lectorum mentem confundunt potius quam erudiant; feliciores sane ac laudabiliores, si, dum sapientiam antiquorum, ut sapientes videantur, exquirunt, proprio sensui iudicioque minus indulgerent, recentiorumque novatorum fallacis faverent minus; si, saniorum sanctorumque ecclesiae scriptorum revolutis libris, eorum etiam more Deum, qui dat spiritum intelligentiae, consulere, sicque tanta luce perfusi tantaque auctoritate suffulti, gravi inde argumentorum pondere suborta dissidia composescent vel saltem composescere velle, non asperare viderentur.

Censores alii seu critici tanto propugnandi depugnandique pruritu aguntur, ut hostes quandoque, si desint, ipsi sibi effingant. Hi autem, si intra fines academicarum exercitationum suos impetus continerent, philosophos, rhetores, poetas lacerarent, devotam sibi litterariam rem-publicam haberent totque debitores, quot amatores bonarum artium. Sed nostra hac aetate ita scribendi furor exaestuat, ut mediocriter etiam eruditi, sanctorum scrutantes scrutinio ac secretiora ecclesiarum scrinia ayide perlustrantes, quaecumque ipsorum mentis aciem excedunt, aut se captui ad evidentiam non praebent, saepe authenticae validitatis convictionem ac pene demonstrationem non ingerunt, arbitraria decisione in dubium revocare non vereantur. Quo fit, ut antiquiora quandoque apostolicae traditionis monumenta tanquam apocrypha vel saltem dubia declarantes, canonicis etiam scripturae libris fidem demere vel imminuere audaci calamo praesumant. Siquae sanctorum retro saeculorum dogmata ad injuriosam problematis sortem redigere studentes, tantum apost. ut inquirendae illustrandaeque veritatis propositam, quod essentia specie sibi astruunt, assequantur, ut haereticorum potius ac schismaticorum contumaciae faventes, orthodoxorum mentes, injectis dubietatibus, magno cum salutis periculo et religionis damno saepe vacillare compellant.

Sunt et alii, qui sanctorum patrum scripta a nativo sanctorum idiomate, ecclesiae menti consono et accommodato, ad vernaculas loquendi rationes traducant, eo spiritu ducti, quod pariter asserunt, ut quisque possit de suae religionis et fidei principiis facilius imbui et erudiri, quasi deficiant ad rudiorum instructionem catechismi rudimenta ac symboli, quod est credendorum compendium, vernaculae etiam explicationes, quibus nitide ac simpliciter exposita selecta fidei dogmata patent omnibus. Advertant autem illi mysteriorum explanatores, catholicam nostram religionem habere arcana quaedam, quorum intelligentiam sibi ipsa iisque, qui ad interpretandi ministerium designati sunt, provido consilio reservavit. Quod quidem sanctissime ac providentissime constitutum est, ne mysticae fidei veritates, de quibus credere reverentius est quam curiose scrutari, ubi ad rudes indoctosque lectores pervenerint, nimis arbitraria explicatione vilescant et tanquam communis admodum et vulgaris merx publico exponantur in foro, neve publicanorum, quod fere fit, telonia in superbas ac temerarias dogmatum cathedras erigantur.

Alii tandem, religionis praestantiae eloquentissimis scriptis magnifice plaudentes, parce tamen ac haesitant de indefectibili sedentium in Petri cathedra summorum pontificum fide atque doctrina loquuntur et scribunt. De his autem hominibus, dum sacrosanctae ecclesiae aedificium, affectata unitatis professione, elogiis extollunt suis, si ad nimiam tamen veri reticentiam attenderis, jure credas, eos ecclesiae fundamentum, licet in petra manu summi Dei robusta mole positum, subtracto infallibilitatis caemento, circum effodere velle ac inde, nutante basi ipsa, molem totam convellere et praecipitem funditus agere in ruinam; tanta tamen soliditate munita est Petri sedes ac fides, ut eam neque novatorum malitia, schismaticorum perfidia, neque haereticorum pravitas quater unquam vel corrumpere valeat³⁾. Unde illud Hieronymi grave consilium, ubi de orientalium scissuris agebatur, adaptari potest: *Ideo mihi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui commendandam*⁴⁾.

Sed illud sane dolendum magis, quod nempe tam cito e sapientum memoria dilapsa sint ac effluxerint saecula illa, pari sanctitate ac doctrina aeternitatem ipsam illustrantia, quarum fausta serie ac gloriosissima epochis constat, quo veritatis zelo, quo spiritu ducti sanctissimi doctissimique patres, in rebus quoquo modo ad universalis ecclesiae tranquillitatem spectantibus, non sibi ulro fidentes, Petri successorem consulere ambiebant⁵⁾, ut, quae in sola episcoporum auctoritate atque consensione nitebantur, apostolico Petri robore firmarentur, et, quae ab ore pastoris universalis prodire contingeret ad omnes Christi fideles, qui sub caelo sunt, ea pro fidei regula tenerentur et publicam transirent in legem. Dolendum, quod viri, doctrinae nomine ac ipsa etiam doctrina praestantes, aut ignorent aut ignorare se fingant, quo humili et sincero cultu, qua veneratione pontificiae decretales ac Vaticani oracula uti fidei symbolum ipsum olim

¹⁾ Divus Leo, serm. 5 (ad 2) in Anniv. assumpt. saec. c. 3, Opp. a Leonis, edit. Ballerini, t. I, col. 13.

²⁾ Hieron. epist. 57, n. 1, ad Damasum papam. (Constans, Ep. Rom. pontif., col. 545, B.)

³⁾ Arbitraver, adjuvante misericordia Domini Dei nostri Jesu Christi, qui te et regere consulente et orante exaudire dignatus, auctoritate sanctitatis tuae, de sanctorum scripturarum auctoritate depremissa, fideles eos, qui tam perversa et perniciosa sentiant, esse censes. August. epist. 92. (n. 3, Constant. Ep. Rom. pontif., col. 576, D.)

⁴⁾ D. Amb. ad Siricum pap. epist. 21. [n. 4. Constant. Epist. Roman. pontif. et quo ad eos scriptae sunt, col. 671, A.]

⁵⁾ Fauch. Salom. VIII, 2.

excipiebantur¹⁾. Tunc siquidem sancti antistites, dum se ab orientalium erroribus immunes ac Romanae fidei concordos esse laetabantur, Petrum in Leone loquentem audire sibi gratulabantur ad invicem, *tantumque apud eos vigebat erga supremum antistitem cultus et observantia, ut ab ipsis decretis vel tenui linea declinare ducerent esse sacrilegum atque impium et a veritate omnino deficere²⁾*.

Si tamen ad tot tantoque, Leoni ipsi tum apostolico robore tum sacra eloquentia non impares, advertamus, quorum clara nomina in recentioribus etiam ecclesiae fastis magnifice praedicantur, non est, cur illorum saeculorum gloriae invidiamus, sed nostrorum potius temporum celebremus sortem, quibus permulti, adnumerantur divi Leonis, Gregorii magni aliorumque id genus hominum digni haeredes, a Petri stipite nunquam degeneres; quidam in albo sanctorum, urgente heroicae virtutis merito et miraculorum copia, publico cultu venerandi: quidam, vel ex cathedra Romana vel per legatos vicaria papae auctoritate munitos occumenicis conciliis praesidentes, haeresum omnium omniumque Christiani nominis hostium habentur profigatores: plures tandem jurium ac libertatum universalis ecclesiae acerrimi defensores intrepidique vindices memorantur.

Quo fit, ut verae sapientiae tenaces assertores, omnem fidem fiduciamque suam reponentes in Christi promissis, pretiosissimo ejus sanguine conscriptis, verbo ejus nunquam transituro obfirmatis ac valido testamento roboratis, ad seriem etiam Petri successorum a saeculis non interruptam attendentes, Romanamque Petri sedem, ejus totque pontificum confessione sanctificatam, tot doctorum fama illustratam, tot tandem oraculis, quot decretalibus, Christianum orbem in fide ac disciplina erudientem, demirantes, fateri non erubescant, Romam istam, antiquitate, dignitate, sanctitate conspiciendam, aliud nihil esse quam novam illam Jerusalem, a coelo descendentem ac Dei claritatem habentem, de qua ob mirabile fidelium communionis foedus merito dici possit: *Participatio ejus in idipsum³⁾*.

Quis enim tam excors, tam a vero alienus, qui ecclesiam Dei, eadem potenti dextera conditam, qua coelum terraque regitur, adeo improvide constitutum credat, ut Deus ipse, cujus virtute firmatur orbis, fulciendae ac roborandae ecclesiae suae potentissimi brachii sui opem auxiliumque donegaverit? Quis vero eam, in urbe illa sacerdotali ac regia tam bene recteque compositam, ibique sub visibili venerandoque capite conjuncta ad Christi compaginem membra, apostolatium unum constituentia, suspiciens non agnoscat, pontificis auctoritatem ac primatum vere significari specie illa diadematis summi sacerdotis, in quo *sculpta erat Dei magnificentia, in cujus veste poderis totus erat orbis terrarum, et parentum magnalia sculpta videbantur⁴⁾*. Imo vero quis tam elegantem divini operis formam, Christi videlicet sponsam eamque sine macula, sine ruga hucusque servatam, considerans, ipsam nostris hinc temporibus senescere, ut aiunt novatores, vel alicui vicissitudini esse posse obnoxiam suspicetur?

¹⁾ Quae apostolatus vestri scripta, ita ut symbolum fidei, quiaque redemptionis sacramenta non negligit, tabulis cordis acriscript.

²⁾ Baron. ad ann. 449, num. 46, in Epist. Corot. Salon. et Veron. episc. Galliae ad Loca. pap.

³⁾ Psalm. CXXI, 3.

⁴⁾ Sup. XVIII, 24.

Quis tandem tam rationis expertus, qui excelsae ecclesiae throno, id est Petri cathedrae, hoc denegat veracitatis ac infallibilitatis donum, quod Moyse cathedrae, doctibus scribis ac pharisaeis, a Christo¹⁾ ipso legitur attributum²⁾? Quin potius, hujus supremae sedis imperturbata majestate percussus, eam stantem semper ac erectam post tot persecutionum impetus medias inter Christiani orbis ruinas admirando, Romanam fidem esse non asserat, quae jure quodam haereditario ab apostolorum principe transit ad supremos sanctosque nostrorum temporum Romanos pontifices, in quibus manet adhuc dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverat³⁾: in quibus vivunt ac vigent adhuc heroicae praedecessorum vires atque virtutes: quibus demum pinguisimae haereditatis, fidei nempe atque traditionis, depositum tanquam fidissimis religionis sanctae tutoribus ad custodiam datum esse conspicimus?

Adeamus itaque cum fiducia novam hanc speciosamque Jerusalem, et ambas manus tendentes ad aram verae fidei, appropinquare nitamur apostolicae Sedi, quae centrum unitatis est et ideo unitatis, quia veritatis. Ibi enim plurimis argumentis facile suaderi poterit vacillantibus in fide, quam in hoc dogmate veterum recentiorumque orthodoxorum patrum concors fuerit et constans sententia. Extant siquidem in Romanae ecclesiae fastis praecleara adhuc monumenta, ex quibus evidentiissime constat, quod, etsi in remotis longaeque disitis ac disjunctis Romani olim imperii provinciis, patres ad fidei catholicae defensionem heroico proorsu animo decertassent, debellatae tamen haeresis spolia Romam statim deferri curabant, ut in fidei capitulo catholicae veritati triumphalis honor decerneretur, ibique tanquam in Dei immortalis templo reportatae ubicunque terrarum victoriae servarentur insignia. Ibi non minoris momenti documenta patebunt: scilicet, revolutis vaticani codicibus, plura occurrunt elogium, quibus offerebantur vigilantissimi speculatores, qui haereticorum insidias, quocumque laterent loco, bellum indicabant, donec, vel profligatis vel ecclesiastica charitate reconciliatis fidei hostibus, inita pacis atque concordiae acta piscatorio Petri annulo obsignanda atque firmanda Romam deferrentur. Ubi enim pontificis decretales tum ad convocanda tum ad confirmanda concilia prodibant, statim, tanquam personante toto terrarum orbe apostolica Petri voce, haeresum omnium perturbabant auctores, victrixque errorum ac triumphans veritas effulgebat.

¹⁾ Matth. XXIII, 2, 3.

²⁾ [Nota Collectionis Lavenis.] Synodus hic Bossuetum spectare videtur, qui Christi vicario, in Petri cathedra sedenti, hoc denegat veracitatis ac infallibilitatis donum, quod synagoga et Moyse cathedrae, super quam sedebant scribae et pharisaei, attribuit: *Les docteurs de la loi et les pharisiens sont assis sur la chaire de Moïse (Matth. XXIII, 2). Mais pour enseigner, ils en ont l'autorité. Sur la chaire de Moïse. Il n'y avait rien de plus grand pour l'ancien peuple que d'être assis sur la chaire du législateur, de celui que Dieu avait établi alors pour être le médiateur entre lui et son peuple. . . . Après avoir établi leur autorité sur celle de Moïse, il conclut: Gardez donc et faites tout ce qu'ils vous diront (Matth. XXIII, 3). Il attribue clairement à la synagogue une vérité infallible* (Bossuet, Médiet. sur l'évangile, LIII jour). Aliis quoque concilium hinc in tractatione, quam de sa. pontifice instituit, quam Galliarum tum Bossueti rationem habet. Itemque et homines reprehendit, qui sacrosanctae ecclesiae aedificium, affectata unitatis professione, elogio extollunt ovis, quae tamen fundamentum, in Petri passum, subtrahit infallibilitatis commentum, circum effodere velle volentibus: dubium esse non potest, quin Molleis orationem, de ecclesiae unitate in comitiis cleri Galliarum habitam, aperte significet.

³⁾ S. Leo, Sermo 3 (al. 2), c. 3. Opp. I, 12.

Quicunque itaque in hac provincia orthodoxi vocamur et sumus, non caeca, ut aiunt, obedientia, sed rationabili obsequio, non ut ancillae filii, sed ut liberae, quae ex Petri cathedra emanant dogmata, non ut unius hominis aut humanae vocis sonum, sed ut divini Spiritus, qui in ea sede praesidet semper, germana oracula reverenter excipere gloriamur; unde, cum apostolo asserere nobis liceat, quod nempe *scimus, cui credimus, et certi sumus.*

Hic tandem ad sane et rite credendum, ad fidelium nostrorum eruditionem sic opportune praemissis, ut feliciter incepta feliciter prosequamur, nunc ad ea progredimur, quae de nostra deque fidelium nobis concreditorum fide atque doctrina certos nos reddere valeant et a nobis atque ab ipsis omnem etiam novitatum suspicionem amoveant.

Mandat ideo sancta synodus, ut, ex antiqua conciliorum provincialium laudabili praxi atque consuetudine, post emissam a nobis publicam catholicae fidei professionem, juxta formam a fel. rec. Pio IV. traditam, eadem ab omnibus ad concilium vocatis et in eo astantibus publice etiam emittatur ac sacramento firmetur.

Hic emissa est publica fidei professio a patribus concilii et convocatis omnibus, habita ratione dignitatis et ordinis.

TITULUS II.

CAP. UNICUM.

Constitutionis UNIGENITUS Clementis pp. XI. observantia atque obedientia commendatur.

Emissa jam ad praescriptum etiam sacri concilii Tridentini publica fidei professione, nunc instantibus ejusdem fidei necessitatibus occurrere ac providere vult provincialis haec synodus. Itaque, quamvis nos a die publicationis bullae, quae incipit: *Unigenitus*, omnem curam diligentiamque una cum comprovincialibus episcopis adhibuerimus, ut debitum et omnimodum ei, tanquam regulae fidei, praestaretur obsequium; opportunum tamen illa censuit novum hic et solemne antiquae nostrae obedientiae testimonium edendi occasionem non praetermittere. Quod eo libentius exsequimur, quo magis excitati sanctissimi domini nostri Benedicti XIII. pontificiae vocis oraculo, in *naperrima*¹⁾ synodo Lateranensi emisso, ad sedulam et integram praefatae bullae observantiam accendimur. Hinc, quae sequuntur, statuere arbitrati sumus:

I. Nempe, quod bulla, quae incipit *Unigenitus*, Clementis papae XI., cui ab alto datum erat magnifice (ut ait scriptura) tractare sapientiam, per extensum annectatur in calce praesentis concilii, ut a cleri nostri memoria non dilabatur unquam, et inter alias fidei regulas mente et corde ab omnibus teneatur.

II. Quod omni majori diligentia et sedulitate a nobis nostrisque coepiscopis serio invigiletur, ne quis ex provinciae clero, tam saeculari quam regulari, vel quoquo modo exterius ad ordines sacros, ad beneficia, maxime curam animarum habentia, et ad sacrorum quorumcumque dispensationem admittatur, quin de ejus sincera supradictae bullae *Unigenitus* acceptatione, de debita et omnimoda obedientia legitimis pro episcoporum conscientia et judicio constiterit argumentis.

¹⁾ *Quae Rom. sub Bula XIII. tit. I. cap. 6.*

TITULUS III.

Fidei professio quando et a quibus sit emittenda extra synodales conventus.

CAP. I.

Eodem inde, quo supra, consilio curandam esse censuit sancta synodus, ut non solum ab iis, qui ecclesiae indulgentia ac largitate beneficia providentur, orthodoxae etiam doctrinae experimenta sumamus, sed multo fortiori titulo ab iis omnibus, qui ad praecellens praedicandi munus ex toto clero seliguntur. Quapropter, sacri concilii¹⁾ Tridentini summorumque pontificum auctoritate suffragante, statutum est, ne quisquam deinceps ullius ecclesiastici beneficii possessionem adeat, nisi prius coram provinciae ordinariis seu de eorum licentia coram eorum vicariis generalibus sanctae fidei professionem emisit, juxta bullam felicitis recordationis Pii IV. et juxta formularium Alexandri VII., in hac synodo jam propositum.

CAP. II.

Id autem servare etiam debent provisores a Romano pontifice vel a prolegatis²⁾: Provisores vero de dignitatibus, personatibus, canonicatibus, tam in nostra metropolitana ecclesia tum in provinciae cathedralibus, non solum coram episcopis suis seu eorum vicariis³⁾ generalibus, ut supra, sed etiam in capitulo, idem praestare teneantur; alioquin praedicti illi fructus suos non faciant, nec eis possessio suffragetur.

CAP. III.

Cum pariter alleviando praedicationis apostolicae jugo, quod episcopis speciali titulo incumbit, quodam de clero, tam saeculari quam regulari, in partem pastoralis nostrae sollicitudinis advocare contingat, qui Christi legatione fungantur, temporibus maxime ab ecclesia designatis, quadragesimae nempe et adventus: hinc est, quod, licet ex ipsorum propenso in salutem animarum studio de iis non nisi bene augurari ac sentire posse videamur, hoc tamen decreto providendum statuit sancta synodus, ne quis exterius, seu de alia regione ac dioecesi, admittatur in posterum ad id apostolici ministerii genus et exercitium, nisi exhibito documento a propriis ordinariis aut praelatis subscripto, quo constet de sana doctrina, morum probitate ac sufficienti ad praedicandum idoneitate: ne tandem his etiam munitis documentis huic ministerio se accingat⁴⁾, nisi obtento localis episcopi mandato gratis dando, fidei professione emissa, ac benedictione pastoralis recepta: *Quomodo enim praedicabunt, nisi mittantur?*⁵⁾

CAP. IV.

Quod de praedicatoribus, ut supra, statutum est, afficit pariter sacerdotes illos, qui ideo missionarii dicuntur, quia in plateas et vicus civitatis, in vias et sepes mittantur, ut assiduo et ferventi zelo evangelizent, semperque expediti et accincti reperiantur, ut compellant intrare, et impleatur domus Domini: ex eorum siquidem cooperatione in procuranda fidelium nostrorum salute plurimos colligi fructus, communi omnium judicio comperitum est.

¹⁾ Trid. sess. 24, de ref. cap. 12. Bull. Pii IV. Conc. Rom. tit. I. cap. 1. Conc. Aven. sub Taurasio, tit. 6 de fid. profess. a. 1564.

²⁾ Idem Rom. ibid. Idem Aven. ibid.

³⁾ Trid. sess. 24, cap. 12 de ref. Idem Aven. ibid.

⁴⁾ Idem Rom. ibid. § 6. Idem Aven. ibid.

⁵⁾ Pauli ad Rom. X. 14.

CAP. V.

Regulares vero se monitos sciant, eos nec in suorum ordinum ecclesiis concionarium officium posse licite exercere, nisi petita a loci ordinario benedictione¹⁾, nec in alienis, nisi facultate habita, seu mandato ejusdem ordinarii in scriptis obtento: quo deficiente, nullus rectorum, in hac provincia quoquo modo ecclesiis praepositorum, regulares concionari permittat.

TITULUS IV.

De universitate et collegiis.

Expenditur universitatis et collegiorum utilitas, et ne quid in his sanae doctrinae adversetur, fidei professio a professoribus ac laureandis exquiritur.

Prooemium.

Cum non minora damna intulerit fidei inflata olim cleri orientalis scientia quam occidentalium mox elapsis retro saeculis ignorantia et in instruendis fidelibus damnabilis incuria, locum inde spatiumque praebendo haereticorum fallacia, prout infelici prope modum experientia dignoscitur: numquam etiam satis laudanda fuit summorum pontificum ac religiosissimorum principum cura ac sollicitudo, qua novas universitates atque collegia erigi curarunt, vel jam erecta redditibus ac privilegiis augeri. Hinc sacri antistites omnes, quibus sana doctrina ad fidei integritatem, tam a supremis ipsis pontificibus quam a catholicis principibus enixe adeo commendatur, omni studio praecavere debent, ut a talium collegiorum professoribus nihil unquam contra fidem ac bonos mores in publicis lectionibus doceatur.

Cum itaque in hac civitate ex pontificum munificentia erectae jam ab antiquo ac etiam regum privilegiis decoratae universitatis beneficio fruamur, ut proinde veterum antecessorum famae novus semper a successoribus per sanae doctrinae professionem splendor accrescat, utque provinciae nostrae adulescentes in omnium scientiarum artiumque facultatibus bonis principiis imbuantur: ad mentem Pii papae IV. et Alexandri VII. sancta synodus decernendum duxit:

CAP. UNICUM.

I. Quod publici²⁾ professores tam in jure civili quam canonico, ad mentem memoratorum pontificum, fidei profitendae constantem usum servant omnino, eademque lege teneantur regentes, qui philosophiam, artem medicam caeterasque liberales disciplinas edocent: quae fidei professio, singulis annis, initio studiorum iteretur juxta decretum ultimi concilii provincialis Francisci Mariae Taurasii, tunc temporis archiepiscopi.

II. Qui autem sacrae theologiae edocendae³⁾ tam publice in universitate seu collegiis quam privatim dant operam, censet sancta synodus, ut ad hoc exercitium in provincia nostra non admittantur, nisi prius catholicam fidem, ut supra, professi fuerint: qui usus singulis annis initio pariter studiorum servetur, et de quibus actis documenta tradantur episcoporum secretariis, qui ea in libro notata asservent.

III. Adversent item theologiae professores, ne quid in thesibus publice defendendis inseratur, quod directe vel indirecte favent opinionibus novatorum vel quomodocunque offendat debitam sedi

apostolicam reverentiam ac obedientiam; cum enim certaminibus haece litteraria, ad discipulorum exercitationem instituta, adeit plerumque rudium virorum frequentia, qui ex objectis ac responsis perverae intellectus adduci possunt ad erroneas opiniones parum caute imbibendas: illud prudenti professorum consilio vitandum omnino videtur.

IV. Laurea item doctoratus⁴⁾ juxta laudabilem ac observandum morem nulli in hac universitate conferatur, nisi prius emissa in nostris seu pro-cancellarii nostri manibus fidei professione, de qua in privilegio doctoratus specialis mentio fiat, sub poena nullitatis alisque in bulla Pii IV. propositis.

V. Hoc tandem summopere mandat simul et optat sancta synodus, ut in scholis, tam publicis quam privatis, intra provinciae nostrae fines constitutis, sana semper et sincera sacrosanctae fidei apostolicae doctrina tradatur, quatenus fideles nobis concediti, sicut uno baptismate in spem vivam regenerati unum colunt Deum, sic una jungantur fide in terris, ut fidei mercedem consequi mereantur in coelis.

TITULUS V.

De ludimagistris.

Qualitates ac requisita praesciendorum ad hoc munus ab ordinariis diligenter inquirenda.

Prooemium.

Cum prima litterarum elementa grammatae doceant, ut pueros aetate et intelligentia crescentes ad collegia scholae publicae deinceps ad studia praestantiora disponant; cumque ipsis pariter incumbat onus quaedam fidei rudimenta scholaribus tradendi: ideo pauca, sed utilia de ludimagistris decernere statutum est.

CAP. I.

Prohibet expresse, sancta synodus, ne tales professores, ubi aere publico conducuntur, ad possessionem seu scholae exercitium in posterum admittantur, nisi prius coram episcopo dioeceseo fidei professionem emisserint, ac nisi de eorum sufficienti peritis bonisque moribus legitimis documentis constet.

CAP. II.

Hanc ergo sanctae synodi mentem curent parochi oppidorum consulibus manifestare, ut, quos ad tale magisterium eligere intendunt, eorum quemlibet suo primum ordinario praesentari faciant ad effectum supradictum. Curent insuper ac invigilent, ut ii, ad quos electio pertinet, semper prae oculis habeant rectam ac sanam puerorum institutionem. Quodsi aliquid scandalum vel parum sanae doctrinae in ipsis ludimagistris, etiam per nos vel locorum ordinarios approbata, detexerint, statim praelato suo dioeceseo revelent, ut opportuna interdictione aliisque juris remediis, bono animarum publico consulatur.

CAP. III.

Quoniam autem multa oriri possunt scandala in juventutis perniciem, si pueri et puellae promiscue vel in eadem schola domove erudiantur, stricte prohibet sancta synodus, ne magistri puellas apud se aut edoceant aut edoceri faciant, sub poena inhabilitatis: mandatque, ut nunquam nisi magistrae, a metropolitano respectivo et ab episcopis comprovincialibus approbandae, eaeque integris moribus conspiciendae, de puellis instituendis satagant; quod ut fiat, parochorum curae praecipue commendatur.

¹⁾ Trid. sess. 5 de ref., cap. 2.

²⁾ Idem Rom. Ibid., § 3. Idem Aven., tit. 6 de prof. sed.

³⁾ Idem Rom. Ibid. Idem Aven. Ibid.

Consuet. avinion. annis MCCCXXV.

⁴⁾ Idem Aven. Ibid.

CAP. IV.

Insuper teneantur ludimagistri, qui clerici sunt vel in sacris ordinibus constituti, missae parochiali divinisque officiis, saltem diebus dominicis et festis, interesse, ibique scholares suos in debita modestia continere.

TITULUS VI.

De catechismo.

Christianae institutiones quam utiles et necessariae, et quantum in eis edocendis incumbere debeant parochi caeterique de clero ad id muneris deputati.

Prooemium.

Sicut omnia humana scientia ad sui perfectam intelligentiam bonis indiget institutionibus, sic salutis aeternae scientia, quae a fide catholica initium sumit, quae debet habere prima elementa, quibus ab adolescentiae fideles imbuantur, ut inde mystica religionis arcana, quadam licet caligine obvoluta, maturescente aetate, faciliora intellectu et ad memoriam accomodatiore fiant. Quod ut perfici possit, requiritur etiam et certa quaedam methodus et magistri cum sedulitate tum solertia, quibus puerorum voluntas ad ultro ediscenda sanae doctrinae praecepta promptius commodiusque flectatur.

CAP. I.

Invigilare itaque debent episcopi¹⁾, ne potissima illa dominici gregis pars, quae Christianam exigit a pastoribus simul ac piis parentibus educationem, ullo unquam errorum seu novitatum pravo semine contaminetur. Ideoque perutile sanctae synodo visum est ad rudimentorum fidei uniformitatem induendam quosdam deputare probatae doctrinae viros, in sacra theologia magistros et ex unaquaque dioecesi seligendos, qui ex concilii Tridentini catechismo aliisque ab ecclesia jam approbatis primaria rerum credendarum eruant elementa, primaque artis artium, quae fides est, initia ordine disponant: eaque compilata et apte digesta, prout adolescentum captus exigit, ad gallicum idioma traducant, ut postea metropolitani et episcoporum comprovincialium submissa iudicio, ad juventutis usum publicentur.

CAP. II.

Dum tamen hoc mediatum opus ad optatum perducat exitum, curare ac invigilare debent metropolitanus respective et comprovinciales, ut non nisi per ipsos examinatis ac approbatis catechismi libris utantur parochi aliique de clero, qui ex hujus provinciae capitulis, collegiatis ac seminariis ad sanctum catechistae ministerium deliguntur. Summopere item in hoc insistendum, ne ad erudiendas de fidei principiis puellas alii quam probatissimae virtutis et modestiae clerici adhibeantur, atque iis interdum praesideat sacerdos, cui catechizantium praecipua demandata sit cura.

TITULUS VII.

De bibliopola et impressoribus.

Ne libri quomodocumque exitiosi spargantur in vulgus legantur, episcoporum vigilantia exercitatur.

Prooemium.

Ad integritatem²⁾ fidei servandam librorum ac eorum maxime, qui de religione utonque tractant, praecipua inspectio episcoporum est. Quapropter,

¹⁾ Idem Aven., tit. 8 de fidei rudimentis.

²⁾ Trid. sess. 4. §. Sed et impressoribus. Idem sess. 18. Idem Aven. hoc titulo 7.

cum eo processerit quorundam scriptorum audacia, ut in sanctae religionis contemptum plures a suspectis auctoribus divulgentur libri, speciosa sanae doctrinae aive severioris disciplinae aut sanctarum precum aliaque id genus nomina praeferentes, in quibus tamen inimicus homo in morum fidei corruptelam supereminavit sisanis: ne talium sive quoquomodo noxiorum librorum contagio hujus ecclesiasticae provinciae fidelium animi pervertantur, sic statuit sancta synodus:

I. Librorum omnium haeticorum aut alia a sede apostolica damnatorum lectionem ac retentionem omnibus, qui ad id debitam licentiam non obtinuerint, prohibet.

II. Unusquisque bibliopola penes se habet indicem omnium librorum prohibitorum omnibus patentem.

III. Nullus quemcunque librum, quamvis alibi impressum, iterum imprimere ac manuscripta typis mandare audeat, nisi prius per ordinarios eorumque vicarios generales et inquisitorem diligenter examinentur et approbentur.

IV. Nulli liceat imprimere vel imprimendos dare quosvis libros de rebus sacris tractantes, nisi apposite auctoris nomine: neque illos in futurum vendere aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probatique in scriptis fuerint a metropolitano respective et comprovincialibus.

V. Eorum officinas seu bibliothecas episcopi, prout ipsis expedire videbitur, vel visitabunt vel per suos deputatos visitari curabunt, ne quid contra haec decreta fiat, neve se a poenis incurrendis semper immunes credant librarii.

VI. Talmudicos libros et nefaria hujusmodi Rabbiorum scripta legi, vendi, emi, teneri omnino prohibet sancta synodus, sub poenis quae constitutionibus apostolicis continentur.

VII. Cum ex novatorum artificio et contra sacri concilii Tridentini sanctorumque pontificum mentem impressi fuerint quidam libri sacrarum precum, in quibus vulgari lingua inserti sunt ordo et canon missae contra decretum Innocentii XII., 17 septembris anno 1695: missale item Romanum gallico idiomate vulgatum contra decretum Alexandri VII., 12 januarii 1661: item horae Jansenianae sub titulo: *Prères pour faire en commun dans les familles chrétiennes*, damnatae ex decreto praefati pontificis 4 januarii 1661: item aliae quaecumque id genus horae, in quibus tituli superstitiosi orationibus apponuntur, ne in posterum similes libros venales apud se habeant hujus provinciae librarii, curabunt metropolitanus et episcopi eos opportuno decreto monere, ut juxta praescriptum ab ultimo concilio Avenionensi, sub F. M. Taurusio, ubi ad eos pervenerint librorum capsae, eas non aperiant, nisi vocato deputato ab episcopis hac in re specialiter praeposito vel inquisitore. Item libros omnes, libellos seu folia quaelibet, vulgo *Fides fugitives*, impugnantes quomodocumque bullam, quae incipit *Unigenitus*, Clementis XI., quae pro damnatis sancta synodus habet, eadem imprimi, vendi ac retineri prohibet.

VIII. Invigilent tandem parochi in partibus provinciae, Occitaniae et Delphinatus positi, ne ab eis, qui venales circumferunt libros, libri ulli seu libelli vendantur, in quibus aliquid compererint vel contra bonos mores vel in religionis contemptum, quales sunt cantiones obscenae, fabulosa miraculorum commenta et in genus similia: impleturque etiam, quatenus opus sit, juxta usum provinciae, brachii specularis ministerium. Haec autem vigilantia multo majori titulo pertinet ad parochos hujusmodi status ecclesiastici, quoadquidem et fact-

lius et minus multis cautionibus supradicto abusu moderari possunt.

TITULUS VIII.

De Judaeis.

Concilli Avenionensis, sub Taurasio habiti, renovantur decreta, quibus varia a Judaeis, a fidelibus hujus provinciae varia circa Judaeos exiguantur.

Prooemium.

Quo sanctissimorum pontificum mentem, quae ad Judaeorum conversionem¹⁾ unice tendit, dum eos in hac ecclesiastica ditione tolerat, fideliter haec sancta synodus assequatur: ubi hebraicae linguae peritos²⁾ ac professores reperiri contigerit, curent metropolitanus et episcopi lectionem publicam instituire, quae semel saltem quolibet mense in loco designato fiat ad eorum illuminationem, qui in tenebris sedent. Nec aliud in ea lectione argumentum tractetur, quam quo christianae fidei veritatis obduratis hominum cordibus ex sacrae scripturae, veteris nempe testamenti et prophetarum oraculis, dilucide demonstretur. Ubi vero derit, qui hebraicam linguam calleat, gallico aut vernaculo idiomate ad fidem catholicam morumque ipsorum rectam institutionem interdum erudiantur.

CAP. UNICUM.

Ut autem abusus, si qui irrepserint ex eorum nimia familiaritate et consuetudine, penitus obsolescant, censet sancta synodus hic inserenda esse decreta super hac re edita in ultimo concilio provinciali Avenionensi.

I. Omnibus prohibet sancta synodus cibum sumere cum Judaeis, carnes aut azyma ab illis porrecta manducare, in una ac eadem domo cum iisdem versari, ludere, societatem inire, praesertim improbum foenus exercendi causa.

II. Medicus Judaeus a nemine, quantumvis gravi morbo laboret, vocetur: caveant omnes, ne eorum diebus festis aut nuptiis intersint: ne qua mulier christiana³⁾ Judaeis parientibus praesto sit: nulla item mulier Judaeorum infantes nutriet, nec contra: nemo sub poena excommunicationis Judaeis inseruiat.

III. Judaei in diversis civitatum partibus ne maneat, sed in una tantum vicinia simul habitent.

IV. In die parasceves et sabbati sancti lateant Judaei, ipsorum⁴⁾ portis ac fenestris clausis toto eo tempore manentibus: diebus vero festis, dum celebrantur divina officia, nullus eorum ex vico, quem inhabitant, egrediatur, exceptis patribus familias, ut victum emere possint.

V. Sub excommunicationis poena ne domus seu praedia et cujusvis generis bona ecclesiastica, tam mobilia quam immobilia, ullo modo Judaeis vendantur pariter vel oppignorentur.

VI. Stricto pariter eis prohibitum esse sancta synodus intendit, ne in diebus festis nostris quid servilis operis in publico faciant, nec commercii causa quid contractent vel vendant vel venale exponant vel circumferant; sub poena confiscationis mercium contractarum et alius nostro arbitrio imponendis; firmis item et in suo robore permanentibus quibuscumque praedecessorum nostrorum ordinationibus de hac re tractantibus.

¹⁾ Cap. Cum sibi. 18 [?, fortasse c. Quam sibi. 10] de Judaeis.

²⁾ Idem concil. Aven., tit. 62 de Judaeis.

³⁾ De Judaeis c. Ad Aser. 2.

⁴⁾ Ibidem c. Quis super. 4.

VII. Cum autem varia edicta de mandato sacrae congregationis sancti officii divulgata fuerint ac publicari de novo possint, concernentia Judaeos in ista ditione pontificia commorantes eorumque vivendi et agendi modum: stricto praecipit et mandat sancta synodus, ut omnino fideliter peragatur, quidquid in iis fuerit vel erit constitutum.

VIII. Hoc tandem moneri debent Christiani omnes, ne licitum sibi esse credant ex Hebraeorum cordis duritie, eos quibuscunque contumeliis afficere, quando Christus ipse nos docuit pro illis orare: tunc enim, quia nesciebant, quid facerent, nunc vero multo potiori christianae commiserationis titulo, quia nova et densiori caligine involuti ac circumfusi in poenam deicidii, nec scire volunt, quae Christi sunt, nec quid facere debeant, edoceri.

TITULUS IX.

De haeresi et haereticis.

Ab haeresi abhorrendum: vitandi haeretici, quorum tamen ad matrem ecclesiam regressio et expetenda precibus et exemplis suscipienda. Adversus doctrinae novitates adhibendum in primis theologiae scholasticae praesidium.

Prooemium.

Detestanda praesertim haeresis, quam parit ac fovet superbia, quae verbum Dei nefarie attentat, sanctae matris ecclesiae appetit jura, charitatis vincula dissolvit, debitam ac necessariam, qua inferiores e superioribus pendent, ordinationem invertit et solutidri plerumque favet libidini. Fugiendus itaque, quisquis a catholica fide dissideat: hoc enim verae nostrae debetur religioni, ut discadamus ab ipsius infensissimis hostibus, et in erroris familiaritatem nunquam veniamus: hoc nobis ipsi debemus, ne, si tetigerimus picam, inquinemur ab ea¹⁾.

Summo equidem Dei beneficio ac deiparae semper Virginis praesidio pontificia haec provincia nostra ab omni haeresum labe hucusque fuit praeservata, quamvis non longe a suis confiniis per occultos meatus serpat adhuc veneficus torrens. At, ne hujus damnosae fluentis aggeres episcoporum vigilantia oppositi subedantur ac diruantur unquam, neve oves nostrae nimia haereticorum vicinia et consuetudine tamque foeda contagione miserrime corrumpantur, meminisse juvat oraculi, quondam a regio propheta editi: *Commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum*²⁾. Ex illo autem effato edocti ac eruditi monentur omnes fideles, ut ab infidelium ac haereticorum consortio extra necessitatis vel debitae comitatus casum abstineant. Sed quis in vestimentis ovium quandoque latent aut lupi rapaces aut effugiendae semper nec satis unquam vitandae vulpeculae, quae hoc saeculo nequam demoliri vineas nobis conceditas student: quaedam praemissis hisce admonitionibus addenda censuit sancta synodus, quae ad gregis, cui nos praefecit Spiritus sanctus, regimen ac tutelam hac in re conducibilia esse possint.

CAP. I.

Provinciali hoc itaque decreto stricto inhibetur, ne quis deinceps exterum ullum cujuscumque regionis, aetatis et sexus seu in famulatum seu in artium mechanicarum societatem sumere praesumat, vel ei domum locare; quin prius certior factus sit aut per schedulam baptismatis aut per catholicos fide dignos, talem exterum esse vere catholicum. Quodsi dubium insurgat seu suspicio de ejus vera

¹⁾ Eccl. XIII, 1.

²⁾ Psal. CV, 32.

fectave religione, ad triduum tantum retineri liceat, statimque metropolitano vel episcopo respective vel parochio loci denuntiatur, ut inquiratur sedulo, quid rei sit. Parochorum autem cura erit casum, ubi receiverint, praelato suo per epistolas diligenter exponendi.

CAP. II.

Ut autem haec sanctae synodi mens neminem lateat, universis ac singulis hujus provinciae parochiis praecipitur, ut, mora nulla interposita, in dominicalibus suis concionibus, vulgo *predes*, decretum hoc palam annuntient ac publicent, intimantes praecipue, quod, si quis in eo contenta neglexerit vel fraudulenter exteros de haeresi suspectos seu notorie haereticos ultra triduum in domo celaverit vel contubernales habuerit, canonicis eum poenis, a competenti iudice infligendis, coerceri, metropolitano respective et episcopi curabunt pro modo culpae.

CAP. III.

Vult insuper ac in virtute sanctae obedientiae praecipit sancta synodus, ut, bis saltem in anno, hujus provinciae parochi, tam urbani quam foranei, diligenter visitent suas parochias; et si quos repererint exteros, qui domicilium vel jam ibi fixerint vel figendi animum habeant, ab iis schedulam seu baptismatis fidem sibi exhiberi faciant: si autem in forma matrimonii vivunt, curent, tam ad eruendam religionis, quam profitentur, notitiam, quam ad vitanda concubinatus, adulterii seu polygamiae scandala, etiam contracti matrimonii documenta sibi proferri, revelantes: statim episcopo suo quidquid super his compertum fuerit. Quodsi facere neglexerint, et Deo rationem tantae incuriae reddituros se meminierint et praelato suo, qui a Deo positum se novit ad indiligentium ac refractorum canonicam correctionem.

CAP. IV.

Quoniam vero in quibusdam hujus provinciae parochiis, extra pontificiae ditionis confinia positae, admixti adhuc antiquis catholicis reperiuntur quidam homines, vulgato nomine *apostatae rursus*, qui plerumque dubium ingerunt, an ex artis politicae mundanaeque prudentiae legibus potius quam vero et sincero animo haereticam pravitatem ejurarent, quandoquidem nec sanctae nostrae religionis praeceptis parent, nec ulla novae regenerationis per fidem probabiliter saltem praebent argumenta: ideo sancta synodus, quae occultam tamen ac internam pravitatem Deo judicandam relinquit, eorum majorem curam habendam esse censet, ita nempe, ut, si qui sint minus fortes in fide aut a debita persuasione prostrati alieni, salutaribus lenimentis alliciantur, aut sanis roborentur consiliis, non minis asperis ac immoderatis objurgationibus terreamur. Nunquam enim de obduratis et contumacibus sic desperandum est, ut a charitate, ubi reconciliatio agitur, deflectere liceat. Quapropter episcoporum ac parochorum hujus provinciae studium impensum hoc sit, non amaro solo, sed placido, ferventi ac perseveranti animo tales quocumque homines paternis hortationibus ac blandis verbis adducere, ut ad promerendam Dei gratiam, ecclesiae communionem et principia benevolentiam verbum Dei, ex quo omnis catholica veritas defluit, assidue audiant, divina frequentent officia, catechismo cum suis filiis interint, sermoque tam sanctis documentis adesse cogant: quibus saltem institutionibus et boni cives et fideles subditi et una omnes vere catholici esse doceant: ut tandem non in errorem protrahant veras fidei professio-

nem veram; sacris enim scripturis, quibus potissimum insistant ac inanti se flagant, edocentur, quod Deus non irridetur: nec ignorare possunt, quo fidelitatis sacramento in Deum praepositoque a Deo pastores et temporales etiam dominos obstringantur¹⁾.

CAP. V.

Praeterea, cum nolit Deus mortem peccatoris, sed velit potius, ut convertatur et vivat: cum Christus pro suis legisque suae persecutoribus oraverit, ecclesiaeque ipsae certas quasdam adhibeat preces, ut *errantium corda respiciant et ad veritatis redeant imitatem*²⁾: clerum plebemque hujus provinciae hortatur sancta synodus, ut enixe et assidue divinam implorent misericordiam pro haereticorum ac schismaticorum sincera ad verae fidei semitam sanctaeque matris ecclesiae sinum reversione. At probis tamen moribus summaque vitae integritate ipsae religionis catholicae sanctitas et excellentia comprobanda est: exemplo enim potissimum ducuntur homines, quodsi bonum sit, a malo, si malum, a bono facile avocantur.

CAP. VI.

Repetat, ut, quoniam hac potissimum aetate fortis bene multos cecidisse vidimus in Israël ob immodicum novitatis amorem, tam noxiae pesti opportuno hic decreto remedium aliquod afferatur. Monitos ideo vult sancta synodus eos omnes, qui theologicis studiis dant operam, ne vanam sibi affectatae eruditionis suppellectilem comparent, sanae theologiae scholasticae principia negligentes; rudimenta enim haec si minus noriant, mox parum tuti novatorum ludibrium fient, tum variis aestuabunt dubitationibus, recedent paulatim a fidei obsequio, tandemque in insipientium errorem imprudenter adducti, nihil praeter religionis catholicae, quod abest, nomen ac speciem retinebunt.

TITULUS X.

De blasphemis.

In blasphemos, a Deo in sacris codicibus, dein conciliorum decretis ac principum legibus damnatos, animadvertitur, indulgentiaque a Leone X. concessis eorum id genus delatores ac iudices stimulantur.

Prooemium.

Sic rebus circa haereticos ac Judaeos in domino dispositis, prout magis locorum seu temporum opportunitati congruere visum est, jam non minorem credit sancta synodus conferendam esse operam ad reprehensionem et emendationem ecclesiarum quorundam hominum, qui, licet in albo christianorum inscripti sint, gentium tamen mores palam ostentant et sacrilegas paganorum expromunt voces: de blasphemis agitur, qui, contumeliosis verbis perniciose praebentes exempla nequitiae, et suum supremi numinis contemptum aperte declarant, et ipsam illius tremendam majestatem in omnium despectum adducere velle videntur. Hi autem cum nec severius puniri possint nec longius ablegari, de quibus³⁾ *locutus est Dominus ad Moysen, dicens: homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum; et qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis sive peregrinus fuerit.* Quod sequenti capite statuitur, imprimis observandum est.

¹⁾ Ad Hebr. XIII, 17.

²⁾ Orat. str. VI in Parasceve.

³⁾ Levit. XXIV, vs. 14, 16.

CAP. UNICUM.

Ut igitur in tam execrandis malis radicibus evellendis et ab isthac provincia penitus deturbandis non inutile studium ponat sancta synodus, et ne talium scelerum foeditate diutius tempora nostra maculentur, utque vitentur in posterum perditissimorum hominum periculosa contagia, qui nefaria tanti sceleris consuetudine polluti in divinam usque majestatem superbe se erigunt: metropolitanus et comprovinciales episcopi, sacrorum canonum jure et sanctorum conciliorum auctoritate innixi, crimen hoc, principum etiam legibus sanctionibusque damnatum, ubi in quacunque dioecesium suarum parte intra pontificiam ditionem posita revelatum sibi fuerit vel denuntiatum, severioribus poenis atque censuris a canone impositis coerceri atque puniri curabunt. Quodsi a parte regni Galliae, Dei aut sanctorum obtretratores denuntiabuntur, metropolitanus et comprovinciales episcopi suis respective officialibus foraneis stricto injungunt, ut ad debitam punitionem viriliter procedatur. Praeterea, cum tam gravis delicti testes ad laudabilem reorum delationem praemiis etiam spiritualibus excitandi sint, curent parochi omnes juxta mentem hujus sanctae synodi evulgare quandoque indulgentias, quas Leo X., in Lateranensi concilio, alique summi pontifices tam judicibus quam delatoribus largiti sunt. Invigilent pariter omni maxima diligentia, ne in suis parochiis blasphemiae scelus, quod ad haeresim, quae summa blasphemiae est, proxime accedit, diutius impunitatis spe toleretur; moneantque parochianos suos, teneri quemcumque ad deferendum episcopo vel cui de jure, eum, qui blasphemias haereticas impie protulerit. Quid autem sit id genus blasphemiae, hoc ab ipsis caute et opportune edoceatur.

TITULUS XI.

De episcopis.

Hic aggreditur sancta synodus, quae ad domum Dei pertinet; ideoque ab episcopis initium sumendum esse censuit, ut illi de se prius judicent, quam de aliis statuunt.

Prooemium.

Cum ad quandam similitudinem domus patris sui, in qua mansiones multae sunt, catholicam ecclesiam sic instituerit Christus Dominus, ut in ea plures etiam mansiones hierarchico ordine apte dispositas esse voluerit, electis a se ab initio sacrorum ministris, secundum mensuram gratiae ipsis concessae: hinc episcoporum potior cura esse debet praecavendi, ne mirabilis ille ordo invertatur unquam, sed ad tranquillam ecclesiae statum fideliter religioseque servetur. Hoc autem ut juxta Christi sic ordinantis mentem placitumque fiat, sancta synodus provide sapienterque statuit, ut, qui inter caeteros de clero primarias in ecclesia sedes occupant et in sacerdotii gradibus praee aliis eminent, ii ordinis sui decus, prout decet, tueantur et, ubi de domo Domini agendum est, ipsi se primum in judicium vocent, ne illos tanquam sibi parentes alieno, ut olim pharisaeos, iudicio damnari contingat.

CAP. I.

De episcoporum munis in genere.

Quapropter, serio ad invicem cogitantibus nobis, quae et quanta in nostra consecratione uno evangeliorum libro onera, angelis ipsis etiam formidanda, fuerint humeris nostris imposita; haec statim examinanda ac severiori calculo discutienda nos et comprovinciales episcopi duximus: ad quid nempe ex episcopali teneamur officio? Quae con-

finia nobis traditae potestatis? Quae tandem a nobis gesta sint vel ad nostrae cujusque dioeceseos utilitatem agenda remaneant? Ut conscius sibi quisque nostrum tenuitatis suae, ea humili oratione a Deo postulet, quae sua virtute operari ac exsequi posse non praesumit.

CAP. II.

De visitatione et praedicatione pastoralis.

Perpenis deinde evangelicis Christi verbis, quibus ipse prima apostolicae praedicationis quasi fundamenta jecit mandatumque nostrae procuratoris aperte expressisse videtur: *entes in univrsam mundum, praedicato evangelium omni creaturae*¹⁾, duo nobis agenda potius quam meditata esse facile colligitur: paucis siquidem ex verbis illis innuitur nobis et visitandi et praedicandi munus, ad quod digne sustinendum tam frequenter et exempla regnantis summi pontificis nos provocant²⁾ et consilia quaeque nos invitant. Congruum enim est ac omnino necessarium, ut oves aspectu³⁾ pastoris quandoque recreentur, utque ejus verba audiant, et amicae vocis sono assuescant. Paterno autem potius eloquio quam phalerato et ambizioso dicendi modo fidelium aures mulceri debent, ut salutis monita, quae ex parentis ore procedunt, audientium cordibus altius impressa remaneant ad uberrimum optatumque animarum lucrum atque proventum.

CAP. III.

Non verbis tantum, sed exemplis praedicent episcopi.

Duplex autem praedicandi genus, aliud verbo, exemplo aliud. Dum adolecebat adhuc Christi ecclesia, praedicatione miraculis ob legis novitatem fovenda erat ac quodammodo fulcienda; nunc vero adultae jam et ad virilitatem feliciter perductae non prodigiis, sed evangelisantium claris exemplis opus est: enervatur enim ac obtunditur sermo Dei, licet penetrabilior omni gladio, si, quae plebi nostrae facienda proponimus, operibus non comprobemus; nec unquam ad suadendum esse potest efficacior sermo noster, quam cum ea facimus, quae dicimus, et ea portare videmur onera, quae aliis ducimus imponenda.

CAP. IV.

In visitatione pastoralis laboris sui adjutores et administratores sibi seligant episcopi.

Non ad Christi verba tantum, sed etiam ad gesta suam in regenda dioecesi agendi rationem dirigere debent sacri antistites. De divino autem illo nec satis unquam imitando magistro legimus, quod sacram sibi a patre demandatam peregrinationem aggressurus binos ante se discipulos⁴⁾ mittere consuevit, qui adventantis domini pacificam simul ac beneficam mentem exprimerent et, tanquam novae publicandae legis praecoena, prima evangelii spargerent semina, quae Christi praedicatione fovenda ac foecundanda opimam fructuum segetem populis colligendam promitterent. Quid haec vero nobis innuant, facile arguet, quisquis cogitaverit, exemplo nobis esse Christum, ut, quemadmodum fecit, ita et nos faciamus. Monemur, siquidem episcopi, selectos ex omni clero nostro cooperatores et administratores, instante visitationis tempore, vel praemittendos esse vel nobis comites habendos, qui de utilitate sacrae visitationis ple-

¹⁾ Marci XVI, 15.

²⁾ Idem Conc. Rom., tit. 1, cap. 8.

³⁾ Conc. Trid., sess. 24, cap. 3 et 4. Idem Conc. Aven., hoc tit. 1.

⁴⁾ Luc. X, 1.

bem instruant, qui dispensanda a pastore sacramenta praesunt, qui in unaquaque parochia de cleri moribus ac doctrina caute percontentur, familiarum discordias rescire studeant, quinamve pravi habitus seu affectus praevalcant in populo: ut, rebus dehinc consulte perpensa, ea medicinalia remedia, eae reprehensiones a visitantibus adhibeantur episcopis, quae ipsorum prudentiae atque discretioni congruere videbuntur.

CAP. V.

Fida episcoporum adhaesio summo pontifici sedisque Romanae praecellenti auctoritati, optimam episcopalis ordinis ac dignitatis firmitatem.

Quoniam vero eos nobis coepiscopos, Deo et apostolica sede in simul conspirantibus, habere contingat, qui ex praecellenti perfectionis statu, in quo positi sunt, satis norunt, quantum sibi dominibusque suis debeant esse bene praepositi¹⁾, quidve a sacris conciliis, Tridentino et nuperrimo Lateranensi²⁾, aliisque pontificum decretis statutum injunctumque sit circa visitationis pastoralis modum, comitatum frugalemque victum; quos etiam et ab assidue in suis dioecibus praesentiae necessitate non refugere et ad evangelicae praedicationis munus implendum constat esse paratos; de episcopalis munus non fuisse lateque, sed obiter dicendum censuit sancta synodus. Duo tamen, in quibus maximum momentum est, non ita raptim perstringenda existimat. Primum nempe, quod, cum ex communione nostra cum Romano pontifice orthodoxiae nomen ac fama pendeat, ita unitate spiritus cum ipso coalescere et quodammodo conglutinari debemus, ut in eo quasi inesse videamur. Pro hoc enim Christus oravit patrem, ut apostoli unum essent inter se, non unitate loci seu personae, sed ea, qua ipse ac pater³⁾ unum sunt, amoris nimirum, consensionis ac participationis ad intra et sicut personas divinas inter se unum esse catholica veritate edocemur, ita unum simus in Christo per fidem, unum in ecclesia per obedientiam, reverentiam, devotionem ac subordinationem membrorum ad caput, filiorum ad patremfamilias, partium integritatum ad totum, quod est Petri apostolatus; ut tandem hierarchicus ordo nostra ad unitatem conspiratione servetur, sicque Dei ordinationi non resistentes, nec Deo resistere incusemur. Secundum autem, non minoris ponderis ac momenti, illud est, quod nunquam melius causam episcopatus agimus, quam cum Petri apostolatum, ejus clypeo protecti, pro viribus defendamus: summa enim est inter utrumque connexio iurium et, fas sit dicere, commixtio. Quodsi ultra recti justique mensuram, a Deo praefinitam, iudiciorum paritate praesumpta, contendatur: timendum, ne in ipsius religionis damnum eveniat, ut, dum immodice extolluntur episcopi, episcopatus simul cum Petri apostolatu deprimatur.

CAP. VI.

Continuatio capituli proxime praecedentis. Explicatur, quid sentiendum sit de pristino more, quo episcopales cathedrae ipso sedis apostolice nomine appellabantur.

Licet enim eo tempore, quo primus fervebat adhuc religionis amor cultusque vigeat, episcopalis quibusdam cathedris apostolicae sedis nomen fuerit attributum; non aliam tamen ob causam sanctissimi praesules ea se appellatione condecorari patiebantur, nisi quia ipsi, cum unum ex evangelico unitatis praeecepto episcopatum agnos-

cerent (singulis scilicet cathedris Romanae sedi catholicae communionis adherentibus unamque cum ea sedem apostolicam constituentibus), singulares etiam cathedras in partem honorum primariae ecclesiae debitorum venire posse existimabant. Caeterum sanctissimi illi antistites ex tam gloriosa nominis ac dignitatis quasi consortione non superbiebant, non ambitiose de se sentiebant. Certis quippe monumentis apparet, eos nihilominus fateri, palam solitos fuisse, Romani antistitis proprium hoc esse ac praecipuum, ut, non secus ac caput prae caeteris membris celsissimum in corpore locum occupat, sic ille prae caeteris episcopis praestantissimam pro suo jure obtineat sedem. Unde, qui debitam ei obedientiam ac reverentiam non praestat, tanquam a capite¹⁾ sejunctus, Acephalorum deliramentis agitur, quodque magis est, totum perveritate sua lacescit episcopatum. Nam, ut sapienter advertit Avitus, Viennensis episcopus²⁾, si papa Urbis vocatur in dubium, episcopatus jam, non episcopus vacillare videbitur.

CAP. VII.

In regenda dioecesi, dd. Petri ac Pauli monitis animum advertant episcopi.

Ut tandem ab antiquis patrum monitis ad antiquiora mentem attollamus, vult sancta synodus, episcopos saepe memores esse eorum, quae Tito et Timotheo dicta sunt ab apostolo Paulo, nec unquam desincant a provido illo divi Petri consilio³⁾: *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, providentes non coacte, sed spontaneae secundum Deum, neque ut dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.*

TITULUS XII.

De capitulis et canonicis.

Prooemium.

Ut caeteris de clero canonicis praestant dignitate ordinis, sic doctrina et sanctitate praestare debent.

Ad episcopalem cathedram propius accedunt canonicorum subaellia, in quibus distinctis gradibus dispositi variisque nominibus et titulis insigniti ad diversa etiam officia ab ecclesia destinantur. Quocirca, cum pars illa cleri proximitate cathedrae caeteris praeminet ac muneris dignitate, ita doctrina et sanctitate praecellere debet, eoque majori zelo decorem domus Dei augere tenetur exemplo suo, quo frequentius ac solemnius adhibet suum in sacris peragendis ministerium.

CAP. I.

Canonici angelorum more se gerant in domo Domini.

Noverint itaque sacerdotes omnes, diaconi et subdiaconi, in dignitatibus aut personatibus constituti, caeterique canonici et praebendati, qui primariis aliisque nostrae provinciae ecclesiis addicti sunt, quod⁴⁾, sicut invisibilis angelorum chorus tabernaculo adstat pronus adorans Deum vivum et verum, cui complacuit sedem ibi suam collocare, ita ipsi tanquam visibiles angeli in choro et ecclesiis versari debent, non ut mercenarii seu venales adoratores, sed ut liberi ac ferventes sapienter⁵⁾ ac dili-

¹⁾ Isidori, episc. Hispal., Epist. ad Eugen., episc. Tolet. 697. (Opp. a. Isidori, ed. Migne, Patr. lat. LXXXIII, 908, C.)

²⁾ Aviti, episc. Vienn., epist. 31. (Opp. Sirmond., ed. Venet., 1738, II, 46, B.)

³⁾ I Petr. V, 2-3.

⁴⁾ Trid. sess. 24, cap. 12. Ibid. vera. Omnes vero. Conc. Aven. sub Turra, hoc tit. 28.

⁵⁾ Paulin. XLVI, 6.

¹⁾ I ad Tim. III, 4.

²⁾ Trid. sess. 24, cap. 2. Conc. Rom., tit. 8, cap. 1.

³⁾ Joann. XVII, 11.

genter ministrantes acceptissimum Deo sacrificium laudis. Nec satis esse sibi credant, quod canonicis horis interfuerint, nisi praesentiae corporali cordis affectio animique meditatio responderint. Et quandoquidem incidimus in ea, quae ad chorum pertinent, in ejus aut tuenda aut restituenda disciplina immorandum esse opinet sancta synodus.

CAP. II.

Non praecipitauer, non perfunctorie, non viliis lucri causa psallant horae canonicae, sed compositae, sed sedulo, sed propter aeternam retributionem.

De choro itaque et horis canonicis ex patrum concilii placito primo tractatur, ut, quisquis quotidiano ecclesiae seu chori servitio tenetur ratione beneficii, ipse non de onere ac labore, non de caduco seu temporali stipendio, sed de mercede spirituali¹⁾ et aeterna sollicitus sit, psallendo nempe et canendo non praecipiti, sed lento et gravi modo, non perfunctorie et oscitanter, sed accurate, ne populo ansa praebatur objurgationis ac conviciorum in ecclesiae ministros, quasi si taedio affecti longa nimis ea temporis spatia crederent, quae in celebrandis Dei beneficentissimi laudibus impenduntur.

CAP. III.

Sic caeremoniae ritusque observentur in ecclesia metropolitana, ut aliis ecclesiis exemplo esse possit ac disciplinae.

Quae in genere de omnibus choro inservientibus proponuntur, specialiter efficiunt capitulum sanctae hujus metropolitanae ecclesiae, in qua eo major debet esse cura, ut caeremoniae et ritus missarum pontificalium aliarumque solemnium diligenter ac religiose serventur, quod ad ipsa exemplum sumere debeant caeterae cathedrales et collegiatae eundemque celebrandi ac psallendi modum servare, quem in metropolitana sede cognoverint usitatum²⁾. Hoc enim antiqua etiam concilia decrevere, ut inde unaquaeque provinciae ecclesia hauriret agendi regulas, ubi ratione praecminentiae et magisterii securior norma viget et antiquior.

CAP. IV.

Edicatur cantus Gregorianus.

Admonet igitur sancta synodus et enixe obtentur omnes, qui in capitulis et collegiis canonicorum locum obtinent, ut cantum Gregorianum ediscant³⁾, et antiquam chori disciplinam diligenter observantes, nullam ejus partem aut exiguam aut minoris esse momenti existiment, cum ab ecclesia instituta sit, et ideo instituta, ut cultus Deo debitus exhibeatur.

CAP. V.

Qui tuendae chori disciplinae praefecti sunt, ab officio ne discedant.

Chori itaque disciplinae tum praepositi decanive tum praecentores diligenter invigilent, ut quisque munere suo bene fungatur, praecaventes, ne ex nimia indulgentia gravent conscientiam suam⁴⁾. Punctuator vero fideliter officium exerceat suum, nullo habito humano respectu. Liber punctuatorum in loco tuto asservetur, ita ut solis punctuatoribus pateat extra necessitatis casum.

CAP. VI.

Palam in choro proponatur tabella, unde officiorum ac missarum ratio decumatur.

Curet praecentor, ut omnia in choro fiant juxta rubricas tam breviarii Romani quam missalis et

¹⁾ Psalm. CXVIII, 112. Inclinari cor meum ad faciendas justificationes tuas... propter retributionem. Vide Bellarm. in hunc psalm.

²⁾ Conc. Bonavent. a. 1698, tit. 25, cap. 6.

³⁾ Conc. Bonavent. tit. 21, cap. 7.

⁴⁾ Conc. Avon. sub Taur., tit. 25, de censuris.

caeremonialis. Divina autem officia semper ex ordine calendarii et ecclesiae institutio celebrentur: nec ea ratio sine justa causa, et nisi consulto episcopo, immutetur unquam. Ideoque a praecentore edatur cum omni cura ac diligentia parvula tabella, exponenda in loco apto, quae singulis diebus missarum et officii ordo praescribatur.

CAP. VII.

Praecipitur, ut in qualibet provinciae Avenionensis dioecesi instituantur congregationes, in quibus periti sacerdotes de sacris caeremoniis ac ritibus palam discant.

Cum autem caeremoniae sacrae, si sedulo ac modeste serventur, fidelium etiam laicorum animis pietatem ingerunt et sacerdotalis ordinis aestimationem, si vero negligentur vel incomptae et tumultuarie fiant, scandalo sunt: ideo praecipit sancta synodus¹⁾, ut in unaquaque nostrum dioecesi instituantur congregationes, in quibus periti sacerdotes, ab episcopo selecti ac deputati, conducti die, de re omni ad ritus ac caeremonias spectante disserant et, si quid dubium aut intricatius agatur, ordinario consulto, resolvant, ut sic in melius semper ecclesiastica disciplina promoveatur ac invalescat.

CAP. VIII.

Ne quid in musicis concertibus, ad solemniorum divinarum officiorum celebrationem adhiberi solitis, profanum sit, caveatur.

Ut musicae numeri, ad pios animi affectus inter sacra solemnia excitandos instituti, ab ecclesiae mente non discedant: serio hic caveatur, ne quid in posterum ad modulos profanarum cantionum concinatur, Cantica vero, quae vulgo dicuntur *motets*²⁾, non verbis constant auctorum arbitrio concinnata, sed ex aliquo tantum hymno ecclesiae noto psalmo decerptis. Carmina pariter tempore natalium Domini vernacula lingua componi solita, gallice *noëls*, et hucusque tolerata, jam prohibenda esse sancta synodus credit, eo quod intenta sacri mysterii explicatio admixtione risibilium eventuum multoque vaniloquio et scurrili verborum lusu depravabatur.

CAP. IX.

Idem agitur ac in praecedenti capite, nova tamen statuuntur circa instrumenta musica.

Moneantur itaque musicorum concentuum moderatores et magistri, ne, in solemnissimis etiam ecclesiae festis, praescripta modo canendi norma immutetur minuse accurate servetur. Cumque a sacris³⁾ solemnibus arceri omnino debet, quidquid ab illorum dignitate alienum videtur: caveant praeterea supradicti musici, ne ex suo vel audientium placito, praeter solita illa, etiam adhibeant instrumenta bellica, vulgo *timbales* et *tambours*, quae convenire sancta synodus non credit iis, qui militant in castris Domini: tuba tamen excipitur, quae animum ad judicii universalis cogitationem metumque suo potest excitare clangore.

CAP. X.

Proludatur ad decreta subsequenda de recto vivendi modo in claustris domibusque canonicalibus.

Ordinatis hucusque rebus singulis, quae ad sacrarum caeremoniarum observationem debitamque divinarum officiorum celebrationem pertinent, non minori diligentia providendum est recto sanctoque vivendi et agendi modo in claustris aedibusque canonicalibus, prout ecclesiae proxime adhaerentibus. Ad hoc igitur, quae sequuntur, statuta collineant.

¹⁾ Conc. Rom., tit. 15, cap. 9.

²⁾ Conc. Avon., tit. 25, de cantu eccles.

³⁾ Conc. Rom., eodem tit., cap. 6.

CAP. XI.

Varia circa rectam vivendi rationem in claustris, agendi in capitularibus conventibus, bona ecclesiastica administrandi, pias fundationes ac statuta exsequendi, pueros chorales educandi, ac nonnulla etiam circa chori disciplinam statuuntur.

Quoniam ex indulgentia summorum pontificum quaedam hujus provinciae canonicorum collegia fuerint a regulari disciplinae legibus benigniter soluta, non inde tamen existiment id genus canonici, se ab omni religioso ~~congregandi~~ agendique modo esse prorsus expeditos. Non enim in habitu tantum nec in mensa communi summa regularitatis consistit, sed in aliis multo gravioribus, quae ad canonicos etiam pertinent: scilicet, charitate fraterna, frequenti statutorum lectione ac meditatione, laudabili singularium conspiratione ad utilitatem tum capituli tum ecclesiae, sincera tandem votorum communiione ac societate bonorum operum. Quod cum ita se habeat, statuit sancta synodus, ut infra.

I. Capitulares conventus (quod ex antiquo usu factum hactenus fuisse ~~conjectamus~~) semel saltem in hebdomada, data die praevioque campanae sonitu, convocentur: nunquam tamen tempore divinatorum officiorum et conventualis seu solemnioris missae, nisi gravis necessitas urgeat. Inter negotia in capitulo tractanda primario loco sint ea, quorum major et antiquior in animis cura esse debet, res nempe spirituales et ad Dei cultum spectantes: cum de iis disseratur, quae ad rectam administrationem iurium ac bonorum pertinent. Quidquid autem fuerit capitulariter constitutum, dignioris, qui praesidet, et secretarii capitularis chirographo subnotetur. Si quid vero ex adverso opponatur, tunc contrariae sententiae intercessio, quatenus fiat in re gravi, ab ipso opponente scribatur et ipsius firmetur subscripto nomine.

II. Servetur omnino in dictis capitulis ea, quae decet sanctos, modestia et animorum concordia: rebusque a digniore seu antiquiore propositis, vitatisque inutilibus digressionibus, suffragia ferantur a canonicis ordinate, non promiscue, incipiendo a senioribus. Quod si contigerit, aliquam esse sententiarum discrepantiam, tunc facultate habita ab eo qui praesidet, quisque poterit contradicere, suaviter tamen in modo, ut sublata opinionum dissidentia, rebus scilicet novo examine ponderatis, ad conciliationem animorum optimumque capitularis deliberationis exitum deveniri possit.

III. In administratione bonorum ecclesiasticorum duo potissimum advertenda censuit provincialis haec synodus: quae sit nempe natura rei beneficiariae administrandae, et quo pacto jus administrandi tradatur ab ecclesia, ad quam ratione oeconomiae generalis recta proventuum ecclesiasticorum dispensatio pertinet. Quoniam itaque pinguiores praebendae, de quarum proventibus dotatae reperiuntur ecclesiae dignitate insigniores, ex pontificum seu principum largitate proveniant: ideo sollicite pensandum atque curandum est ab omnibus, tum canonicis tum quocumque alio titulo beneficiariis, quod, cum nullum nec a sanguine nec a lege jus fuerit ipsis quaesitum ante beneficiorum ademptionem, cavere debent, ne ea, quibus tanquam altarium servitio dediti fruuntur, collata beneficia sic administrent, quasi haereditario vel proprietaria jure possiderent. Quapropter pleraque concilia generalia synodique¹⁾, seu provinciales seu dioecesanæ, explicite et distincte statuerant, ut in quolibet capitulo conficeretur generale inventarium bonorum omnium mobilium et immobilium, cujus ope facilius ac nitidius rectae vel malae admini-

strationis ratio, quoties ab episcopis exigeretur, reddi posset. Cum autem plurimum pendeat a diligenti inventarii confectione expeditior computorum redditio, et apertius etiam innotescere possit ordinario proventuum capitularium ac mensae canonicae status: operae idcirco pretium est, ut praepositi, decani alique, qui dictis collegiis, quomodocumque praefecti sunt, ad tam necessarij negotij perfectionem animum appellent, ne se gravis incuriae obstringant crimine, neve ecclesiae patrimonium in pejus, ruat magisque ac magis deteratur.

IV. Cum pariter ex munificentia pontificia ad cathedralium et collegiatarum erectionem ac sustentationem addita mensis capitularibus fuerint plura beneficia, sive simplicia sive curam animarum habentia: ita fructus inde procedentes colligi debent ac dispensari, ut juxta mentem sanctorum pontificum nihil tanquam desit neque parochiis neque parochiis a mensa capitulari sic pendentibus. Parochorum autem portio, quam congruam appellant, non modo assidue ac tempore solvatur, sed nulla etiam praebatur ipsis occasio conquirendi ex eo, quod parcius suppeditentur aut denegentur prorsus vasa et ornamenta sacra, quae praebere debent a prioribus decimatoribus, tum saecularibus tum regularibus. Dictum idem sit de quibusdam minutis expensis ac reparationibus presbyterii seu sanctuarii, servato regionum et provinciarum more. Quoniam vero haec inspectio ad visitationem pastorem potius pertinet quam ad synodum provincialem: nihilo tamen minus haec sancta synodus, quae litibus ac jurgiis occurrere summopere cupit, propositum scopum attingendi spe ducta, suggerendum hoc consilium censet, nimirum ut quolibet anno a capitulis metropolitanae, cathedralium, collegiatarum ac etiam ex monasteriis demandetur aliquis, qui parochias, de quibus supra, visitet inspiciatque, quoniam in statu sanctuariorum et sacrorum reperiantur, ut statim de iis, quae ad decentiam domus Dei sunt necessaria, provideatur, consulta potius conscientia quam oeconomia, cujus quandoque nomen avaritia ipsa facum factura sibi vindicat.

V. Praeter solitam administrationis sive syndicati rationem quotannis reddendam, ratio etiam anniversariorum et piorum legatorum absque ulla cunctatione reddatur coram auditoribus a capitulo delegatis, ut rescire promptius et certius possit episcopus, an celebrata illa fuerint, haec vero executioni mandata.

VI. Servetur omni cum sedulitate laudabilis usus legendi statuta in capitulo publico, cui intersint omnes a statuto designati, ut quisque corde recogitans advertere possit numquid fiat quod praescriptis regulis adversetur, cognoscantque singuli, ea se lege teneri, ne in perjurium cadant. His autem, qui dicto capitulo intersunt, liceat de propriis juribus aut querimoniarum causis dicere, modeste tamen, ut unicuique ex aequo et bono post accuratam rei considerationem sanumque ac rectum iudicium satisfiat.

VII. Statuta si fideliter serventur nec arbitraria vitentur interpretatione, non erit querimoniarum locus: ipsius enim datae legis ope contentiones, si forte oriantur, defini possunt, facillimeque est praeterea ad ordinarium recursus in casu dubio vel obmisso. De statutorum autem executione litterali solliciti debent esse canonici capitulares, ne, qui de ecclesiae gremio sunt, licet non de capitulo, compellantur quandoque pulsare episcoporum aures molestis conquestionibus, quae facile vitarentur, si canonicus quisque in suo se ordine contineret respiceretque caeteros praebendatos tanquam consecratos, in

eadem secum ecclesiae ad Dei servitium consociatos ejusdemque matris enutritos uberibus, quanquam dispari gradu positos.

VIII. Quoniam vero ad servandam concordiam plurimum conferunt reciprocae simul cohabitantium urbanitas et comitas, quibus scilicet charitas fraternitas fovetur ac etiam augetur; in hoc omnem curam adhiberi studeant digniores senioresque capituli. Sic enim semota omni discordia, tranquilles undeque animis, paceque mutuo officiorum adminiculo firmiter coagmentata, facilius et efficacius rerum tam spiritualium quam temporalium bonae administrationi vacari poterit.

IX. Inter praecepta, quibus Paulus apostolus Timotheum ac Titum informavit, illud praecipue tam ab episcopis quam a caeteris de clero, qui in collegiis seu capitulis quoquomodo locum obtinent, memorandum est, quo monemur¹⁾ nullatenus esse litigiosi nec cupidi: nihil enim magis indecorum est clericali ordini quam damnanda cupiditas ac ipsa etiam necessitas judiciaria tribunalia adeundi, clamorosaeque fori contentiones insectandi occasione litium, quae plerumque sine controversa, sine molestia, sine dispendio componi possunt. Quocirca plurimum satagere debent, qui praesunt collegiis et capitulis, ne unquam moveantur lites, nisi tentatis prius earum praeventendi aut dirimendi viis, vel saltem consulto actore capituli alisque, quatenus opus sit, jurisprudentiae peritis. Ubi autem de suscipienda lite agendum erit, decernit sancta synodus, ut de more convocetur capitulum in quo saltem intersit canonicorum numerus super medietatem, utque suffragia adstantium quoque medietatem superent, ad deliberationis validitatem.

X. Ne occasione optionis aedium claustralium excitentur discordiae, in ingressu novi canonici vel beneficiarii in acta referatur status talium aedium, sicut constat, quidquid in melius mutatum additumve fuerit, vel saltem appareat, utrum aliquid detrimenti illatum fuerit ab ultimis possessoribus, ut eo titulo innixus canonicus seu beneficiarius successor debitam ac congruam ab haeredibus defuncti reparationem repetere possit. Canonicorum item consanguinei in primo et secundo gradu a conductione seu locatione bonorum capitularium abstineant omnino in posterum, sub poena nullitatis factarum pactionum.

XI. Dies vacationum et pausa vulgo dictae, quae in statutis praefinitae non sunt, si aliquatenus adversentur concilio²⁾ Tridentino et ex solius consuetudinis instituto sint, arbitrio episcopi moderentur, nec, nisi eo consulto, etiam praetextu rerum capituli gerendarum legitimae absentiae tempus protrahatur.

XII. Invigilent delegati a capitulo ad regimen puerorum choralium, ut hi non solum musicam cantumve Gregorianum discant, sed et fidei ac grammaticae rudimenta doceantur bonisque inficiantur moribus; quod ut bene laudabiliterque succedat, idoneos ac probatae vitae magistros habeant. Id curandum insuper, ut nempe sacramentis pro sua aetate frequenter utantur. Haec autem omnia eo diligentius fieri optat sancta synodus, quod pueri choro inservientes, si ex praescripta superius norma educantur, spem majorem facient, se, ubi aetatem proveciorem attigerint, dignos futuros, qui ea beneficia consequantur, ad quae vi statutorum quorundam prae caeteris omnibus competitoribus sunt vocati, et jure sane ac merito; aequum enim est, eos, qui a primoribus annis

ecclesiae alicujus servitio addicti ac quasi mancipati fuerunt, sic bene meritos aliquando ab eadem ecclesia nutririque certaque tandem laborum suorum mercede donari. Onerat itaque sancta synodus conscientiam eorum, qui pueris id genus instituentibus ac informantibus praefecti sunt, censeatque, supra dictos delegatos extra culpam esse non posse, si nimio parcimoniae studio vel indigentia tanti momenti munus ab ipsis negligatur.

XIII. Cognoscant demum ac meminerint omnes dignitates et canonici, impositam esse, sibi necessitatem quamdam caeteris de clero praelucendi tam verbo quam exemplo, in iis praecertim, quae ad sacerdotii dignitatem pertinent.

TITULUS XIII.

De lectione sacrae scripturae.

In metropolitana et cathedralibus ecclesiis canonicus ex officio theologus institutam sacrae scripturae lectionem seu explanationem non omittat: huic vero lectioni intersint canonici ac beneficiati, sub punctuationis poena.

Prooemium.

Cum lectio sacrae scripturae per erectionem unius praebendae, quam theologalem nuncupant, in insignioribus ecclesiis instituta, episcopis omnibus a concilio Tridentino tantopere commendata fuerit¹⁾; hinc inhaerens provincialis haec synodus tam providae menti Tridentinorum patrum et nuperrimi Lateranensis concilii decreto morem gerens²⁾, mandat et praecipit, ut muneris sibi commissi conditiones omnes studiose ac sollicitè impleat tam in metropolitana ecclesia quam in caeteris provinciae cathedralibus canonicus ex officio theologus.

CAP. UNICUM.

Ne quid autem in re tanta praetermittatur in posterum, et quoniam mysteriorum fidei cognitio plurimum confert tum ad plebis nobis concreditaе utilitatem tum ad cleri decus, quem decet sacrorum voluminum arcanorumque caelestium scientia esse instructum: ideo, quamvis calamitas temporum aliaque dein oborta impedimenta fecerint, ut supra dicta sacrae scripturae lectione aliquandiu supersederetur, jam vult sancta synodus, pristinum theologi usum revocari et servari qualibet die dominica, adstantibus canonicis ac beneficiatis, sub poena punctuationis unius horae canonicae.

TITULUS XIV.

De sacro ecclesiae aedificio ejusque structura.

In prooemio nonnulla dicuntur de loci dignitate: tum sacrarum aedium, sacellorum ac oratoriorum decanti statui providetur decretis opportunis.

Prooemium.

*Domus mea domus orationis vocabitur*³⁾, ait Dominus. Quantum ergo pietatis ingerere, quantum reverentiam cuivis injicere debeat nomen hoc, quo fidelium ecclesiae insigniuntur, facile erit intelligere, si serio ac in fide cogitamus, quam tremendus sit locus ille, quem Deus non in condemo neque caligine circumfusis inhabitat, sed sua reali et augusta praesentia ac tota suae divinitatis maiestate dignatur implere. Cum itaque omnis pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituatur in iis, quae sunt ad Deum⁴⁾; ideo sancta syno-

¹⁾ Trid. sess. 5, cap. 1 de reform.

²⁾ Conc. Rom., tit. 1, cap. 6.

³⁾ Matth. XXI, 18.

⁴⁾ Hebr. V, 1.

¹⁾ Epist. 1 ad Tim. III, 8 et ad tit. 3, cap. 2.

²⁾ Trid. sess. 24, cap. 12, vers. praeterea, etc.

299
 dus, ad decreta sacri concilii Tridentini, a prae-
 decessoribus nostris jam adoptata, de reverentia
 ecclesiae debita atque praestanda se accomodans,
 duo potissimum duxit advertenda: primum nempe,
 quod pertinet ad structuram atque decentiam loci,
 alterum, quod spectat ad modum, quo fideles om-
 nium ordinum in eo se gerere debeant. Cum enim
 templum omne in ecclesia catholica corpus quod-
 dam mysticum sit, ex materialibus ac spiritualibus
 partibus constans, iis omnibus ut consulatur solli-
 cite ac provideatur, pastorale officium requirit.

CAP. I.

Quod ad primam inspectionem pertinet, nobis
 ipsis haud temere gratulari possumus de metro-
 politano hoc templo omnibusque ecclesiis catho-
 dralibus, in amplam venustamque formam edictis
 atque constructis, deque aliis tum collegiatis hujus
 provinciae tum parochialibus plerisque. Eo vero
 major nobis inde laetitiae causa est, quod spem
 haud dubiam faciant episcoporum vigilantia fidelium-
 que pia munificentia, fore, ut aedes sacrae magis
 ac magis in dies ornentur ac nitescant. Si quae
 tamen parochiales aut rurales ecclesiae, si qua
 oratoria aut sacella reparationibus forte indigent,
 pastoralis erit sollicitudinis, ut rectorum, communi-
 tatum, consulum ceterorumve, ad quos de jure
 spectat, excitetur sedulitas, et quae ruinosae sunt
 vel inconditae, pro dignitate loci resarciantur quam-
 primum ac restituantur.

CAP. II.

Ut autem, quae inter visitationem pastora-
 lem a nobis tum ab hujus provinciae coepiscopis
 super hac re decreta sunt, suam habeant execu-
 tionem, neve rectorum aliorumque, de quibus supra,
 vel incuria vel contumacia negligantur: officialium,
 tam generalium quam foraneorum, ac promotorum
 cura sit omnia juris adjuncta ac ipsam etiam
 fructuum sequestrationem adhibendi, quibus re-
 fractarii ad obsequium redigantur, omni humano
 respectu posthabito, omnique vitata conniventia.
 Vult praeterea sancta synodus, provinciae nostrae
 parochos omni maxima diligentia percontari funda-
 tionum instrumenta et de sacellorum et oratoriorum
 erectione inquirere, ut episcopi, quorum intererit,
 talibus documentis aliisque, quae colligi potuerint,
 instructi, supradictos curiae ecclesiasticae officiales
 et promotores opera sua atque consilio adjuvent
 usque ad integram decretorum observationem.

TITULUS XV.

De altaribus.

Decenti altarium et oratoriorum constructioni ac ornatui con-
 sultur.

Prooemium.

Altaria parva sunt templorum, cui major re-
 verentia debetur: non solum itaque apte constructa
 sint, verum etiam ea, qua decet, munditie decorata:
 absurdum quippe est et sancta nostra religione
 prorsus indignum, sordes in sacris tolerari, quae
 summo studio vitantur in profanis. Quapropter
 hortandos esse censuit sancta synodus canonicos
 omnes, parochos ac capellanos quoscumque, quos
 hoc titulo zelari pro Dei sui gloria et cultu ne-
 cesse est, ut capellas suae curae commissas rite
 tueantur. Quia vero quorundam altarium seu ca-
 pellarum patroni necessarias quandoque reparationes
 negligunt vel ornamenta requisita suppeditare recu-
 sant: statuitur, ut ab episcopia dioti patroni sive
 rectores incuriosi hortationibus ac monitis ad offi-
 cium ad faciendum reducantur. Tum si pastorali-

bus consiliis obtemperare noluerint, cum illis agetur
 vi juris, ut cogantur ad congruam altarium supra-
 dictorum seu sacellorum instaurationem et ornatum:
 nisi maluerint ad eorum abdicationem in favorem
 ecclesiae jure ipso compelli.

CAP. I.

Prohibendum insuper censuit sancta synodus, ne
 in funebri pompa altaria seu altarium imagines
 nigro velo tegantur ultra diem depositionis eorum,
 ad quos pertinet, et anniversarium diem recur-
 rentem ac octavarium, quo missae celebrari solent
 pro defuncto. His autem diebus elapsis, toleran-
 dum tantum, ut in altaris fronte aut circumstanti-
 bus parietibus solita expandatur zona fasciave fu-
 nebris, gentilitiis insignibus exornata: dominicae
 enim Christi salvatoris passioni et morti imaginum
 ac crucis obumbratio ab ecclesia reservatur. Salvum
 tamen hic esse voluit sancta synodus baronum jus,
 patronorum et aliorum, quorum interest.

CAP. II.

Altaria item in quacunque indiscriminatim templi
 parte¹⁾ constri non debent, sed decenti ac oppor-
 tuno loco erigi: non sub fenestris nec prope ja-
 nuam, ne imbribus aut ventorum impetu detur-
 pentur, non tandem super tumulis, sed ita sint
 posita, ut inter se, alterum ab altero, quinque
 saltem passuum spatio disjuncta videantur. Nihil
 pariter de novo extruatur vel diruatur sacris in
 templis, quod magni momenti sit, aut quo interna
 ecclesiae structura immutetur, sine episcopi vel vi-
 carii generalis licentia. Praeterea juxta sacrorum
 canonum dispositionem prohibetur, ne ulla ecclesia
 aut capella sive oratorium secundum vias publicas
 de novo et ex integro aedificetur.

TITULUS XVI.

De sacris imaginibus.

Suas debetur honos sacris imaginibus, quae ut auctus pie me-
 veant congruantque altarium, templorum sacellorumve digni-
 tati, ad quorum ornatum sunt destinatae, varia statuuntur.
 praecipitur item, ne adhibeantur ad usus profanos: et per
 transennam de altarium aris ex lapide sive sacris lapidibus
 fit decretum.

Prooemium.

Sacrae imagines, quae non tam ad ornatum al-
 tarium in templis collocantur, quam ut excitetur
 fidelium pietas, et ad memoriam revocentur reli-
 gionis mysteria, suum etiam, approbante universa
 ecclesia, cultum exigunt: plurimum enim possunt
 res aspectabiles, ubi fluxae memoriae instabilitas
 oculorumque vage peregrinantium mobilitas sistenda
 est. Et quidem variis, quae pictura exprimit, no-
 vae legis mysteriis ac sanctorum praeclare gestis
 animus pius affectus concipit, incenditurque facilius
 spectator ad veneranda et imitanda vel Christi vel
 deiparae vel caelestium incolarum exempla, quae,
 cum oculis subjecta sint colorum ope, non me-
 diocrem ad persuadendum efficaciam habent.

CAP. I.

Ne autem frustra sit tam sancta ecclesiae mens
 in imaginum tabellarum pictarum statuarumque usu
 inducendo, videndum maxime, ut in his²⁾ nihil in-
 sit aut parum pudicum aut profanum indecorumve,
 quod intuentes offendant potius, quam aedificet ac
 pie detineat. Ideoque vult sancta synodus, ima-

¹⁾ Conc. Aven., tit. 27 de aed. struct.

²⁾ Trid. sess. 25, cap. 2. § omnia, etc. Conc. Aven., hoc
 tit. 28.

gines omnes aliaque id genus altaribus destinanda, sive picturae sive statuariae sive sculpturae opus sint, ad sacrarum aedium ornatum non admitti in posterum, nisi adumbratione, vulgo *ébauche*, episcopo vel vicario generali aut officiali foraneo exhibita, ut consulto hac in re sapienterque provideatur. Quod vero sic decenter pictum vel sculptum erit, non idcirco in ecclesiis publicae venerationi prius proponatur, quam episcopi vel ab ipso delegandi benedictione fuerit sanctificatum. Moneantur itaque quicumque parochi, fundatores et ecclesiarum benefactores, ut tales in posterum adhibeantur ad sacellorum ornatum imagines, quae non ad pictorum libitum, sed ad normam in hac provinciali synodo praescriptam sint efformatae. Caeterum hoc eodem etiam decreto vetatur, et in ecclesiis appendi tabellas aulicae ac picta, quae obscenorum quid aut profanum expriment, et cujusquam effigiem ex vivo depingi sub specie et habitu sancti aut sanctae cujuscunque.

CAP. II.

Si quae vero imagines, statuae cruceae aut impetu ventorum aut temporis edacitate aut perditorum hominum, quod absit, impietate dejectae, mutilatae, profanatae seu violatae in hujus provinciae territorio comperiantur: eas parochi, in suis quisque parochiis, quam primum refici et pristinae decetiae restitui per eos, ad quos de jure spectat, diligenter curabunt, non omissa benedictione, cujus de novo faciendae potestatis ipsis parochis ab episcopo committatur.

CAP. III.

Quod pertinet ad aras ex lapide, quae vulgari nomine altaria portatilia seu lapides sacri dicuntur: vileant quandoque extra visitationis pastoralis tempus primae in capitulis dignitates, parochi item ac oratoriorum capellani, aliarumque ecclesiarum necnon hospitalium rectores spirituales, et diligenter inquirant, an bene positae sint, ita ut nullum instet periculum invertendi calices, an integrae, in ea maxime parte, in qua sanctorum reliquiae recondi solent, ad quam etiam sollicitudinem invitantur regularium superiores. Et si aras illae fractae vel inconditae sint, habeantur pro interdictis, donec de aliis provideatur: ad quem effectum excitari episcoporum vigilantiam et charitatem superfluum esse sancta synodus credit.

CAP. IV.

Cum abusus quicumque longa nimis superiorum dissimulatione aut indulgentia saepenumero in usum et consuetudinem abeat: illis praesertim occurrendum ac medendum, si invaluerint, qui reverentiam sanctissimae nostrae religioni debitam imminuunt et haereticis locum praebent catholicorum fidem ac mores jocum risumque faciendi. Hinc sanctae huic synodo pernecessarium visum est aliquando coercere effrenatam illam tabernariorum et cauponum licentiam, qua plerumque sacrorum mysteriorum vel sanctorum sanctarumve repraesentationes tabernis suis aut cauponis in signum palam appendunt, aedibusque profanis veneranda indere nomina non dubitant.

CAP. V.

Quocirca, ne id genus hospitia popularis opinio- nis perversitate diutius credantur protegi sanctorum patrocinio, quorum nominibus insigniantur, praefatum intolerabilem abusum sancta synodus damnatum prohibitumque declarat. Omnimode siquidem absurdum est, divos adhiberi quasi testes tutoresque ac praesides domorum, quae, licet ab

initio ad solum visitorum commodum institutae sint, quotidie tamen civium catholicam fidem profitentium commensationibus, ebrietatibus, execrationibus aliisque depravati saeculi vitis deturpantur aut saltem, cum unicuique pateant, libidinosorum interdum hominum perfugium esse censentur.

CAP. VI.

Caveant itaque atque omni diligentia invigilent officiales, sive generales sive foranei, promotores item omnes hujus provinciae, ut, simul atque approbatione pontificia roborata et publicata fuerint nostrae synodi acta, decretum hoc ex juris forma significetur ac notum fiat singulis civitatum oppidorumque tabernariis seu cauponibus, qui jam nunc praemoneantur, ut praeparent se ad promptissimam illius executionem, sicque effugiant poenas pecuniarias aliasque, episcoporum arbitrio in sua eujusque dioecesi de transgressoribus repetendas.

TITULUS XVII.

De sanctorum reliquiis.

Ut una constet sanctorum reliquiis reverentia, diligenter et opportune praecavetur.

Prooemium.

Sanctorum reliquiae seu exuviae, animabus Deo caris olim sociatae et per inhabitantem Spiritum sanctum quodammodo sanctificatae, summo semper in honore a majoribus nostris habitae sunt: sub altaribus siquidem reverenter condebantur eo ecclesiae tempore, quo prima altaria memoriae martyrum dicata sunt. Ut tamen ordinatus in omnibus sit fidelium nostrorum cultus, utque nulla superstitioni aut falsae credulitati ansa praebatur: expressae prohibet sancta synodus, sub poenis canonicis arbitrio episcopi infingendis, ne ullo pacto novae reliquiae¹⁾ in dioeceses nostras invehantur, nec invectae inter sancta et publice colenda reponantur, nisi praevia episcopi vel vicarii generalis debita recognitione, in qua scilicet et instrumentorum authentica forma et admittendarum reliquiarum veritas indubitanter appareant. Austeram autem hac in re diligentiam ab hujus provinciae episcopis adhiberi, eo magis necesse est, quod in hac regionis parte positi sumus, quam circumstant undique adulteratae aut saltem dubiae fidei homines, qui sanctorum blasphemantes cultum, quem aversantur, catholicos idololatriae insimulant et, quas veneramur, reliquias mera esse figmenta ad simplicium animorum ludificationem inventa, nefarie non minus quam temere asserere saepe non erubescunt.

CAP. I.

Tam sacra deposita, sive in ecclesia sive in sacrario sint, asservari volumus in loco decenti, non humido neque sordido: nec alia quam benedicta suppellectili involvantur. Locus autem ille duabus clavibus ac crate ferrea claudatur, quarum clavium in parochiis (omni consuetudine in contrarium, quam abusivam declarat sancta synodus, non obstante) una saltem in manibus parochi remaneat, alia penes aedituos sit, vulgo *marguilliers*: et, nisi omnino inops sit ecclesiae fabrica, coram insignibus sanctorum reliquiis jugem ardere lampadem concedens erit, maxime ubi tam tenui impensae sufficere valent locorum consules piorumque fidelium largitates ac eleemosynae.

CAP. II.

Non frequentius, non facilius, quam sat est, inspicendae reliquiae populo exhibeantur, sed diebus

¹⁾ Trid. sess. 25. Ibid. conc. Aven. cit. hoc tit. 25.

duntaxat solemnibus vel aliis, quibus fit officium seu commemoratio sanctorum, quorum sunt reliquiae. Non alibi exponantur, quam in altari sive lateribus altaris, decenter ad hoc aptatis. Dum¹⁾ reconduntur vel extrahuntur, unus saltem sacerdos, clerico facultam accensam praefere, sacram sarcinam, si ferre ipse non valet, comitetur. In processionibus non circumferantur, nisi gravi de causa, nec ad infirmos, nisi in casu periculosa et urgentis infirmitatis. Corporalia vero ne in aegritudinis levamen deferantur aut commodentur, omnino sancta synodus prohibet. Denique caveant, presbyteri omnes ac sacristae, ut in procuratione seu contrectatione reliquiarum à turpi, quaeestu fovendisque superstitionis opinionibus abstineant.

CAP. III.

Prohibetur insuper, ne de reliquiis sic approbatis et ad venerationem sic expositis vel fragmentorum quidquam deinceps excerpatur, detur aut datum accipiatur, vel sigillum capsae seu thesae appositum, quo scilicet obsignatae sunt, frangatur, sub poena excommunicationis latae sententiae. In unaquaque autem ecclesia, sive metropolitana sive cathedralis, collegiata aut simplex parochialis sit, sacrarum reliquiarum diligens inventarium scripto conficiatur, in quo mentio fiat de authenticis attestationibus ac de episcoporum eorumque praedecessorum decretis, super hac re publicatis.

CAP. IV.

Denique, si ex reliquiarum vel sanctarum imaginum cultu aliquando contingat, ut rumor aliquis de miraculo recens edito concessa gratia miraculo proxima in vulgus prodierit: onerat sancta synodus conscientiam parochorum omnium, nisi statim de omnibus rei circumstantiis et adjunctis certiores faciant episcopum, ut, rite explorata, quae de jure requiri in similibus debent, caute et opportune ab illo agatur. Studium autem omne in hoc adhibendum est a metropolitano respectivo et episcopis, ne falsa commenta pro veris miraculis evulgentur in sanctae nostrae religionis dedecus atque contemptum.

TITULUS XVIIII.

De sacrario.

Sacra suppellex ne desideretur in sacrario. Serretur silentium. Vasa augustissimae Eucharistiae destinata qualia esse debeant. Proventus sacrarii ne in alios usus impendantur. Missarum fundarum omnino vitanda reliquatio. Adscititiae caesariae inter sacrum faciendum interdictio renovatur.

Prooemium.

Ecclesiae sacrarium²⁾ suo ipso nomine reverentiam postulat ac providam tuitionem. Plurimum enim confert hujus loci decetia ad honorem debitum templis Deo dicatis, quibus adhaeret, quorumque pars quaedam esse dici potest. Itaque non modo instructum illud esse debet congrua et sufficienti copia vasorum, indumentorum et ornamentorum, quae in missarum ac divinarum officiorum celebratione solent adhiberi: sed reverentissimis etiam episcopis plurimum commendat sancta synodus, ut quisque intra fines suae dioeceseos sive in synodo dioeceseana sive in pastoralis visitatione ea decernat, quae sibi videbuntur efficacissima ad avertendum id omne, quo loci sanctitas temeretur, praesertimque ad modestiam inducendam faciendumque silentium. Id unum enim in sacra-

rio agere debent sacerdotes, cujus causa in sacrarium itur; atque ideo inanes rerum humanarum cogitationes prorsus expellendae sunt, saepe tantum animo versanda, quae aut ad sacra proximo celebranda praeparant, aut debitae post celebrationem gratiarum actioni reddendae conveniunt.

CAP. I.

Cum autem in comitiis provincialibus ea sunt potissimum statuenda, quae in tota provincia aequaliter servari possunt ac debent, ideo fixum ratumque sit hoc decreto publico: ut nempe calices, ostensoria, patenae, ciboria, capsulae, deferendo sancto viatico accommodatae (quae praecipua augustissimae Eucharistiae vasa sunt et sacrosancti sacrificii instrumenta atque adeo majori veneratione digna), non nisi ex argento et in interiori parte deaurata adhibeantur. Accedit hoc, quod post duos menses a decreti hujus publicatione, nisi hoc temporis spatium producendum episcopis videatur, caetera vasa sacra ex metallo inferioris notae pro omnino interdictis habeantur. Hac vero monitione affici intendit sancta synodus capitula omnia, quoscumque etiam priores decimateos, quamvis regulares et rectores, qui huic synodo intersunt vel per se vel per procuratores, ac etiam ipsos absentes: ut memores singuli onerum, quae suis beneficiis annexa reperiuntur, executionem praesentis decreti nec negligant nec procrastinent in divini cultus detrimentum.

CAP. II.

Intendere pariter in hoc debent capitula praecipue eorumque administratores, ne sub quovis praetextu in alium quemcumque usum deriventur redditus atque proventus, qui ex fundatorum mente, legatis, statutis, dono datis vel ex jure captae, a canonicis et beneficiatis in adipiscenda possessione soluto, ad sacrarii specialiter et ecclesiae utilitatem ac ornatum percipiuntur: ita ut nihil quidquam arbitraria interpretatione, inconsultove episcopo, in contrarium unquam attentari contingat. Ne tamen religiosis et aequi observantissimis conscientiis scrupulos sancta synodus injiciat, eadem mandat, ut de proventibus praedictis fiat speciale inventarium, infra sex menses a publicatione praesentis concilii nobis tradendum tumque in archivo episcopali reponendum et asservandum. Ne autem massae capitulari accedat, quod ex dictis redditibus provenit, provide praeterea decernitur, ut quotannis praeter alios capituli officarios unus ex canonicis eligatur, qui sit specialis depositarius et thesaurarius dictorum proventuum, de quibus in fine suae administrationis rationem reddere teneatur, separatim ab alia generali computorum redditione fieri solita.

CAP. III.

Ut autem nulla detur occasio conquestionibus, quae saepe oriuntur ex eo, quod defraudari interdum creditur voluntas fidelium, qui laudabili in deiparam Virginem sanctoave devotione adducti, missas votivas sibi celebrari postulant solitamque elemosynam ob hoc sacerdotibus solvendam tradunt sacristae: sancta haec synodus cuicumque sacrarii praefecto, sive canonico sive in canonici alteriusve locum substituto, praecipit et ex d. Caroli sententia fieri mandat, ut in sacrario liber sit, in quem¹⁾ diligentissime referantur missae omnes votivae, quae qualibet die in certis altaribus designatis celebrantur, et in quo sacerdos ipse, qui

¹⁾ Conc. Aven. cit. hoc tit. 25.

²⁾ Conc. Aven. cit. hoc tit. 31.

¹⁾ S. Carolus, Act. ecclesiae Mediolan. p. 4. Instruct. supell. ecclesiae.

sacrum fecerit, ad indubitam perpetrati sacrificii notitiam manu propria subscribat.

CAP. IV.

Quoad missas, quae *fundationis* dicuntur, servetur usus, ubi invaluit, tabellas in sacratio exponendi, in quibus sua cuique canonico seu beneficiario assignetur celebranda missa; at dictae tabellae non intendant, sed supradicto libro adnectantur, ut ex publico et perpetuo documento cognosci possit, neminem suo muneri non satisfecisse. Nec desciscendum a laudanda illa consuetudine, quam in omnibus sacriis, etiam regularium, retineri decet, majorem nempe tabellam eleganter descriptam et in patenti sacrii loco appensam habendi, in qua recenseantur missae omnes, anniversaria, benedictiones, orationes aliaeque id genus, vel ad deiparae cultum vel in defunctorum solatium fundata, memoratis testatorum nominibus aliorumque similium benefactorum, nec omissa mentione anni et notarii, qui supradictas fundationes in acta publica retulit: ut perpetuo exstet tot legatorum memoria omniumque oculis subjectum facile prospiciatur communis diligentiae gratique animi ac pietatis monumentum.

CAP. V.

Jam vero, cum major sit missarum quandoque et anniversariorum, quae ex fundatione statis diebus celebrari debent, quam sacerdotum copia, et exinde fiat, ut, damno animarum in purgatorio detentorum retardatis ac reliquis mortuorum suffragiis, augeatur cum lae conscientiae numerus missarum, quae remanent celebrandae: hinc est, quod, siue damnum hoc procedat ex defectu tabellarum, de quibus supra, siue potius ex prava cupiditate pinguiorem accipiendi mercedem seu retributionem missarum, quae votivae dicuntur, tam grave malum avertere omnino volens sancta synodus, ut sui muneris est, praesenti decreto mandat et stricte injungit promotoribus, tam generalibus et urbanis quam foraneis metropolitani et comprovincialium: ut a die, qua ipsis innovaverit mens haec nostra, instent, juris ordine servato, coram nobis pro celeri executione decreti: et ut infra duos menses, quos pro termino, peremptorio ex nunc assignamus, a quocunque capitulo tam metropolitanae ecclesiae quam cathedralium caeterarumque collegiarum, ac parochiarum rectoribus diligenter inquiratur, qui missarum ex fundatione numerus suspensus remaneat: ita ut canonicorum et parochorum conscientia onerata sit, si in hoc opere perficiendo diligentiam omnem fidemque non adhibuerint. Praeterea, ut in eo examine vigilantius agant, a die intimationis hujus decreti, nisi missas, ut supra, celebratas omnes fuisse pro certo habeatur, sancta synodus prohibet, ne canonici, beneficiati alique presbyteri, servitio dictarum ecclesiarum ita addicti, ut earum etiam oneribus subjaceant ex fundationum acceptatione, missam ullam votivam celebrent, nec in propria nec in aliena ecclesia, donec constet de celebratione praedictarum. Quoad parochos autem, quamvis minori indagine opus sit ad perquirenda fundationum legata, ne tamen negligentiores fiant, prohibetur pariter acceptio retributionum pro missis votivis in virtute sanctae obedientiae: et si in eorum parochiis adsint presbyteri aggregati, pari lege prohibitiva, cum par sit legis necessitas, eos teneri statutum est: reservato episcopis omni jure alia etiam modis accelerandi executionem decreti praesentis, censuris nempe, ubi non obtemperantes aut monitionum contemptores aut contumaces erunt ad obsequium redigendi.

CAP. VI.

Caeterum renoventur, in sacriis edicta jam publicata, quibus prohibetur, ne qui sacerdos cum adscitis caesarie, vulgo *patruque*, sacrum faciat nec sine veste talari.

TITULUS XIX.

De sepulchris et coemeteriis.

De sepulchris, quid statuendum sit, videant episcopi et in visitatione pastorali, prout res poscet, judicent; observetque tamen a Pii papae V. constitutis. De coemeteriis decernantur, quae ad eorum decentiam, ad sacerdotum funeribus assistentium commodum et ad infantium humanitatem pertinent.

Prooemium.

Sepulchra, quae ex ecclesiae benignitate ac indulgentia sacris etiam in templis construi licet, ea tamen esse debent structura et eo loco posita, ut nullum divino cultui afferant impedimentum. Quod autem hac in re aut refugandum aut concedendum videbitur, hoc relinquatur episcoporum curae, quorum est in visitatione pastorali ea cognoscere et statuere, quae magis congrua et opportuna esse videbuntur.

CAP. I.

Revocari tamen ad memoriam et observari praecipit sancta synodus, quaecumque in constitutione sanctae memoriae Pii V. disponuntur vel prohibentur.

CAP. II.

Quod vero ad coemeteria pertinet, de quibus specialem mentionem fieri convenit, stricte prohibet sancta synodus, ne quid intra illorum ambitum profani aut sordidi unquam inferatur vel ad tempus deponatur. Mandat pariter, ut parochorum et consulum diligentia clausa sint ac parietibus tres saltem cubitos altis circumsepta¹⁾, ut fructifera arboribus, moris alisque, ex quibus annuus quidam redditus percipitur, consita non sint, nec ulli animalium ingressui pateant vel incautorum parumve religiosorum hominum contemptui. Locus item in eis sit tegulis contextus et a caeli inclementia tutus, ut, quoties venerit, cadavera pluvioso die inhumanda esse, possint justa funebria, ab ecclesia praescripta, decenter et nullo sacerdotum incommodo celebrari. Proceras etiam crux, seu lignea seu lapidea, decenti et patenti in loco defixa sit: nec usquam in coemeteriorum dedecus violationemque debitae mortuis reverentiae, ipsis olim pagani commendatissimae, ullus pateat transitus ad domos saeculares, quae nullam cum claustris cohaerentiam habent. Si quae vero vicinarum aedium, sive claustralium sive saecularium, fenestrae in coemeterium versae sint eique, nullo interposito intervallo, immineant, clathratae sint aut cratibus ferreis aeneisque ita munitae, ut per eas sordes nullae, nulla domorum purgamenta deici possint. Caeterum oneratur super hoc conscientia negligentium executionem decreti et refractoriorum.

CAP. III.

Vult insuper sancta synodus infantium baptizatorum et ante usum rationis mortuorum cadavera, quae in coemeterium asportantur, separatim ab adultis sepeliri, ut suis indubitatae innocentiae reddatur honor. Cadavera autem infantium, qui sine baptismo decedunt, in loco ejusdem coemeterii non benedicto, sed tuto et ad id unum designato inhumantur.

¹⁾ Conc. Aven. cit. eod. tit. 29 [de sepulchris].

²⁾ Const. 5. cum primis, d. 1. april. 1566.

³⁾ Conc. Aven. ibid. [30. de coemeteriis].

TITULUS XX.

De reverentia ecclesiarum debita.

Quomodo in templis gerere se debeant fideles omnes, quid a sacerdotum, praesertim dignitate praestantium, ac ipsorum etiam regularium vigilantia exquiratur ad irreverentiam a loco sancto ablegandam, declarat hic titulus. Varii abusus tollantur.

Prooemium.

Quandoquidem de structura ecclesiarum, de praecipuis ejus partibus eique adhaerentibus sacris locis actum est: nunc de reverentia ei debita et de modo, quo in ea se gerere debent fideles, tractandum ac statuendum esse censuit sancta synodus¹⁾. Cum enim domum Dei deceat sanctitudo, humilis debet esse ac pius in eam ingressus, quietaque ibi ac modesta commoratio. Compositio item corporis serius animi meditationibus apprimè respondeat. Nullus intra ecclesiam vel deambulare vel confabulari audeat, multo minus inanes profanosque sermones cum aliquo conferre, strepitum excitare, jurgia commovere, maxime quamdiu sacra fiunt, aut de divinis rebus e sacro suggestu ad populum dicitur. Fervidis siquidem nec interpellatis ad Deum precibus pia fidelium vota sunt ex intimi cordis penetralibus exprimenda: ne, dum in loco sancto irreligiosae vel perperam agunt, ira divina provocetur, iterumque Christus, zelo domus suae concitus, ad profanatorum vindictam exardescat.

CAP. I.

Praepositi itaque, decani, parochi caeterique ecclesiarum rectores invigilent, in metropolitana maxime et cathedralibus, ne quidquam in templo irreverentiae admittatur. Eos etenim, qui excubitores collocati sunt in domo Dei, in eadem attentos ac sedulos esse oportet et exemplo Nepotiani, a sancto Hieronymo collaudati, sollicitè ac studiose spectare, an nitida sint altaria, parietes mundi nec fuliginosi, pavimenta tersa? an sacrarium sit concinnum? an sacra vasa ad suos usus sint accommodata? an denique ad ritus ac caeremonias bene omnia comparata videantur? Sacerdotes quippe ac ii praesertim, qui in clero primas aedes obtinent, prae omnibus zelare debent decorem domus Dei et locum habitationis gloriae ejus.

CAP. II.

Et autem in omnibus omnino ecclesiis, tam saecularibus quam regularibus, nihil quidquam fiat, quod sanctitati loci ac reverentiae ipsi debita quoquo modo adversetur: sacrum concilium Tridentinum²⁾ hanc praecipue curam episcopis, etiam tanquam a sede apostolica delegatis, expresse commisit. Hincque, cum ad nostram notitiam de- venerit, quod in aliquibus hujus provinciae ecclesiis, fundatorum mente vel ordinariorum indulgentia in abusus excedente, quaedam in anno festorum recursu fieri soleant, etiam inter missarum solemniam, quae contemptum risumve movent potius, quam pios affectus excitant, supra dicti concilii auctoritate innitens sancta haec synodus stricte prohibet: ne quidquam deinceps in templis exhibeatur, quod profanas sapiat aut scenicas representationes, qualis est hominum ad speciem et pompam armorum ingressus in ipsas aedes sacras cum tumultu et castipularum explosione. Idem statuitur de introductione quorumcumque jumentorum, belluarum,

etiam scitiarum, veluti draconia, vulgo *tarasque*, cujus tamen per vicus circumductionem in quibusdam civitatibus die sanctae Marthae toleramus, modo aditus ei non sit in ecclesiam. Idem quoque sentiendum de strepitoso columbae descensu die pentecostes et similibus, quae, licet ad explicanda quaedam mysteria vel ad recolenda sanctorum patronorum beneficia ab initio instituta fuerint ad simplicium et rudium utilitatem, in ridiculos tamen jocos ludosque, saeculi pravitatem omnia corrumpente, desierunt. Haec siquidem omnia sancta synodus ut supra prohibet, ne in tota provincia fiant, sub poena suspensionis quoad sacerdotes, sive regulares sive saeculares, talia in ecclesiis tolerantes: quoad caeteros vero laicos in his opera sua vel consilio adjuvantes, sub poena interdicti ab ecclesia et perpetuae inhabilitatis ad officia sui sodaliti.

CAP. III.

Cum vero in publicis supplicationibus pares joci, a religiosa caeremonia prorsus alieni, interdum exhibeantur, praecipitur omnino abesse a functionibus id genus, quidquid ludi theatrialis speciem habet.

TITULUS XXI.

De sacrosancto missae sacrificio.

Sacerdotes ut nunquam, nisi mundo corde, praemisissaque, si opus sit, confessione sacramentali, ad altare Dei intendant, ne sacrificiorum pretium pacifacantur, ne diutius tandem vigeant abusus, novarum missarum occasione introducti, decretis sequentibus statuitur.

Prooemium.

Praecipua in domo Dei ac praecellens sacerdotalis ordinis functio est missae sacrificium, quo nihil habet religio nostra sanctius et augustum magis, nihil, quod nos prae aliis quibuscunque sectis reddat praestantiores. Hinc est, quod, jam supra deliberatis diligenter ac definitis omnibus, quae ad structuram ac decentiam templorum directe pertinent, nunc juvat, ut iis, quae de cultu sunt, sancta synodus prospiciat.

CAP. I.

Licet autem in sacro jam concilio Tridentino¹⁾ et ea damnata sint ac improbata, quae tam sancto ministerio videbantur injuriosa, et ea designata, quae observanda sunt in celebratione missae: aliqua tamen hic denuo tractanda, duxit sancta synodus, ut, si forte quid, usu vel abusu disciplinae sinceritatem corrumpente, in pejus deflexerit, sanctisque hac de re legibus vel lapsus temporum vel lectorum penuria aut incuria nonnihil laxamenti attulerit, id omne in integrum restituerit.

CAP. II.

Itaque curam omnem suam eo debet intendere quilibet sacerdos, ut per internam praeparationem cordisque munditiem ac puritatem, quae tanto convenit operi, ad sacrum faciendum se instruat et accingat, ne huic misere subiaceat maledictioni, quam in sacris oedibus comminatur Spiritus sanctus iis, qui opus Dei²⁾ faciunt negligenter. Hortatur ideoque sancta synodus praebiteros omnes hujus provinciae, ut meditatores saepe dignitatem ministerii, cui mox obeundo aptare se debent, diligenter advertant, ne ad tantum sacrificium accedant, conscientia peccato mortali coinquinata³⁾, quamvis se dolore tactos contritosque corde existiment, et

¹⁾ Trid. sess. 22, cap. 2, § Postremo, etc. Conc. Aven., tit. 26, de modo versandi in eccl.

²⁾ Trid. sess. 26, in decreto sub fine.

¹⁾ Trid. sess. 22, cit.

²⁾ Jerem. XLVIII, 10.

³⁾ Vide cardin. Bona de sacrificio missae, cap. 4, § 2.

votum confitendi omiserint: sed confessionem sacramentalem semper esse praemittendam cogitent, nisi incumbat illis ex officio celebrare, deficiatque confessarii copia. Monitos etiam vult eadem sancta synodus, a supradicta Tridentino¹⁾ eo ipso excommunicatos existere eosque omnes, qui contrarium docuerint, praedicaverint vel pertinaciter asserere seu etiam publice disputando defendere praesumpserint.

CAP. III.

Ut mandata dicti concilii fidele praestemus obsequium, et ut avaritiam omnem a sanctuario expellamus, synodali decreto stricte prohibet sancta synodus omnigena mercedis ergo pacta et conventa. Pari lege improbat, quidquid pro missis novis celebrandis datur, necnon importunas atque illiberales elemosynarum exactiones potius quam postulationes aliaque huiusmodi, quae a simoniacis vel certe a turpi quaestu non longe differunt, suntque laicis saepe scandalis et conviciis in clerum occasio. Quod igitur erogatur in elemosynam missae votivae, recipiatur humiliter; et in caeteris servetur sedulo id, quod apostolicis constitutionibus statutum est ac nominatim in bullis Urbani VIII. et Innocentii XII.²⁾

CAP. IV.

Cum autem variis saepe querimoniis accepimus, morem hunc viris christianis omnino indignum nondum obsolevisse, ut nempe inter ipsa novarum missarum solemnia ludicri ac theatrales joci exhibeantur, qui celebrantis mentem a tam sancto mysterio distrahunt adstantiumque oculos huc illuc divertunt, volitantibus undequaque columbis ex alto immissis, magnoque acclamantium et insequentium strepitu ac tumultu excitato: sancta synodus, tam damngibilem usum ab hac provincia radicitus evellere volens, rectoribus aliisque, qualicumque nomine vocentur, etiam regularibus, quibus prima et potior cura divini cultus incumbit, [sub] poena suspensionis incurrendae hoc decreto prohibitum declarat, ne similia permittant; qua pariter censura irretitum se esse sciat novus sacerdos, si talibus consensum praestiterit. Quodsi quis post huius synodi publicationem in tam insulsam et immoderatam consuetudinem redire praesumpserit, pro qualitate scandalis et contumaciae ad interdictum etiam ecclesiae procedendum certo sciat.

CAP. V.

Hoc vero salutare decretum in quacunque ordinatione novis sacerdotibus denuntiari cupit sancta synodus, ut a parentibus et propinquis ejusdem mens non ignoretur, et in pias vertantur largitiones inepti sumptus, qui in similibus nugis tam absurde et irreligiose insumebantur. Patrimonium autem a sacerdotibus recens ordinatis adhiberi in prima missae celebratione, omnino prohibet.

CAP. VI.

Abusum alterum, quem indulgenter credimus ex incuria potius quam avaritia inductum in aliqua huius provinciae loca, ubi ad sacram faciendum minoribus hostiis, quas vulgo *particulas* dicunt, vice majorum interdum utuntur presbyteri, damnat omnino sancta synodus et improbat: taliumque particularum usum in re divina praeter casum extremae necessitatis, in quo populus satisfacere non posset praeepto missae audiendae, diebus nempe dominicis et festis, sub poena suspensionis eadem sancta synodus interdicat.

¹⁾ Trid. conc. sess. 13, cap. 7 [can. 11].

²⁾ Const. 120, *Nuper a congregatione*, d. 23 dec. 1697.

CAP. VII.

Occurrit alius insuper abusus, qui, cum sordidam indicet parcimoniam aut turpis lucri cupiditatem, damnandus quoque ac interveniente decreti auctoritate praecidendus est. In hoc consistit, quod plerique parochi, pinguem aliquando mercedem percipientes ex missa pro defunctis decantanda, quamvis possint ad decentiorem celebrationem vel clericos in sacris constitutos vel regulares adiacere sibi, et adhibere, nihilo tamen minus acceptae pecuniae partitionem reformidantes, simplicem adhibent clericum, ne pannosum famulum dicamus, mutuato clerici nomine speciose nuncupatum. Is, licet nec adhuc primoribus ordinum mysteriis initiatus fuerit nec unquam sit initiandus, dalmatica tamen seu tunica indutus, gravi cum scandalo plebis et astantium irrisione sanctissima ridiculis immiscet. Ut autem sacro cuique ordini suus honor sacraque sua paludamenta reserventur, hunc abusum omnino improbat sancta synodus. Quodsi missae solennes, ut supra, erunt in posterum decantandae, adhibeantur primo secundarius, secundo clerici in sacris constituti, si qui sint, tum iis deficientibus, regulares advocentur; at si eorum omnium copia defuerit, epistolam missae recitare poterit in choro clericus inserviens, cui tamen sacrarum vestium usus omnino interdicatur.

CAP. VIII.

In celebrandis missis is ordo servetur, qui in rubrica et in missali Romano praescribitur: nec quis audeat vel praesumat, quovis alio pietatis praetextu, collectas seu orationes ultra aditum numerum multiplicare aut caeremoniarum ritumve externorum minimam partem immutare vel omittere, sub poena interdicti. Studeant in super presbyteri omnes, ut supradictos ritus ea compositione corporis et oculorum modestia eaque in omnibus gravitate peragant, quam hostiae altaribus immolandae dignitas postulat.

CAP. IX.

Ut autem supra statutis obtemperetur, cum per necessaria sit sacerdotalium numerum cognitio, laudatae memoriae cardinalis Taurusii, huius olim provinciae metropolitani, decretum in provinciali sua synodo conditum¹⁾ patres huius concilii renovant, congregationemque in aedibus tum archiepiscopi tum episcoporum sive in seminariis haberi volunt, in qua bis saltem quolibet mense diebusque designandis de cunctis ad missam et caetera divina officia spectantibus graves expertique viri disserant, et juxta rationem usumque a sancta Romana ecclesia receptum, cuncta perpendantur et ad uniformitatem adducantur.

TITULUS XXII.

De die dominica et festis rite servandis.

Diei dominicae festorumque solennium observantia commendatur et parochorum vigilantiae et fidelium pietati. Praecipitur, ut palam exstat in ecclesiis vel sacris dictorum festorum catalogus typis mandandus.

Prooemium.

Postquam de sacrosancto missae sacrificio dictum fuit, restat, ut de necessitate ac modo divinis assistendi deque festorum dierum observantia pauca quidem, sed utilia statuatur.

CAP. I.

Dies dominica religiose observanda est, eademque ut sacro missae sacrificio quilibet intersit,

¹⁾ Conc. Aven. hoc tit. 22.

praecipitur. Hoc antiqua ecclesiae disciplina statutum est et sanctorum patrum seu monitis seu monumentis exstantibus comprobatum. Dominicam autem diem apostolici viri ideo feriatam ac solemnem agi voluerunt, quia in ipso redemptor noster a mortuis resurrexit, unde dominica vocatur. Hinc autem etiam conficitur, non solum a mechanicis servilibusque operibus, sed a saecularibus desideriis mundique ludis et oblectamentis omnino esse abstinendum, ut gratiarum actioni pro acceptis in hebdomada beneficiis orationique et divino tantum cultui sit locus.

CAP. II.

Plebem itaque sibi commissam doceant parochi, festorum dierum celebritatem ad recolenda Dei optimi maximi beneficia, ad sacra ejus mysteria meditanda sanctosque dignis honoribus efficiendos institutam esse, ideoque piis tunc exercitationibus dandam esse operam. Catholici enim nomine indignum se praebet, quisquis tam sanctum vel negligit vel detrahet cultum: et est sacrilego proximus, quicumque, nulla talium dierum habita ratione, illicitis ac profanis rebus vacare non dubitat.

CAP. III.

Praecipit jam sancta synodus, ut festorum catalogus, quem typis edendum pro qualibet dioecesi publicari vult et ad calcem hujus concilii adnecti, in sacra etiam vel aliis ecclesiarum locis patentibus semper affixus et expositus sit, ne a quocumque ignoretur. Parochi vero, quoties tale aliquod festum infra hebdomadam celebrandum occurrat, dominica die praecedenti, ut moris est, inter missarum solemnia illud populo praenuntient hortenturque omnes utriusque sexus fideles ac praecipue patresfamilias, heros et dominos, ut illud a suis diligenter observari curent, quod quidem fit sacrosancto missae sacrificio deinceps vespertinis precibus pie ac religiose assistendo.

TITULUS XXIII.

De administratione sacramentorum.

Se ipsum probet, quicumque sacramenta dispensaturus est. Nunquam autem illa nisi rite et ad formam ritualis Romani tantum administrantur. Pactio quaestiosa seu mercedis exactio praevia pro dispensando quovis sacramento sub excommunicationis poena prohibetur.

Prooemium.

Si spectentur religionis nostrae munia, multum esse momenti reperietur in sacramentorum administratione legitima sanctaque perceptione. Quocirca sancta haec synodus operae pretium duxit quaedam hic decernere, quae ad eorum dispensationem pertinent, parochosque ac caeteros sacerdotes mone re imprimis, ut, antequam sacramenta conferant, quaecumque illa sint, semetipsos diligenter probent quoad interiorem animae statum, in quo se esse actu sibi conseci sunt: ne, dum Christi Domini personam agunt, sacri, quod exercent, ministerii, nimia conscientiae laxitate vel securitate temeratores fiant sacerdotique sui polluant dignitatem.

CAP. I.

Primo itaque quoad ritus externos, qui administrationem sacramentorum comitantur, id praesertim animadvertendum est, ut, quisquis hoc sibi muneri suscipit obeundi, non temere nimis fidenterque suscipiat, sed iis prius se doctrinae praesidiis vel munitum sentiat vel muniri curet, quibus tanto muneri par esse possit: ne forte, dum alienae sanctificationis ultro cupideque nimis satagit, suae

Licet autem in hac provincia neminem quemquam esse arbitremur adeo sacrorum canonum rudem ac imperitum, ut vel ignoret vel ignorare velit, non posse citra flagitium aliquid mercedis exigi titulo administrationis sacramentorum: hoc tamen apostoli[s] dictum ab omnibus, praesertim parochis, saepius recogitandum ac quasi indesinenter remanendum putat sancta synodus: *Gratis acceptis, gratis date*. Quapropter, nisi agatur de publicationibus, ut mos est, faciendis ante matrimonium, vel de earum documento, fulgo *certificati*, exactio nem omnem sive pactionem quaestuosam, quae cujuavis sacramenti dispensationem praecesserit, hocce decreto sub excommunicationis poena vetat et prohibet sancta synodus. At si quid post administratum sacramentum pie offeratur titulo elemosynae, illud ea modestia, quae in percipiendis oblationibus adhibenda est, accipi non improbat, servata tamen taxa huic provinciali synodo adjungenda.

CAP. II.

Demum, quae ad sacramenta vel ad sacramentalia pertinent, ea diligenter a parochis observentur ad formam ritualis, nec alio quam Romano utantur. Caetera autem monita ad dispensatores sacramentorum spectantia, ubi de unoquoque singillatim sacramento disseretur, non omittentur.

TITULUS XXIV.

De sacramentis in genere.

Quot sint sacramenta, quae sint, quem ad finem instituta, quid ad illorum essentiam ac confectionem requiratur, hoc primum: quid plebi suae debeant parochi, ut ad sacramentorum cognitionem quisque deveniat iisque sancte utatur ac religiose, hoc alterum explicatur.

Prooemium.

Quandoquidem in superiori titulo de iis, quae ad rectam probatamque sacramentorum administrationem faciendae, quaeve vitanda sunt, opportune statutum fuit: nunc de sacramentorum essentia atque virtute mentionem facere haud abs erit. Aliqua siquidem ad perutilem eruditionem, quaedam ad sanctae nostrae religionis inflammandum studium, nonnulla etiam ad emendationem cautionemque dicenda occurrunt.

Principio, quanquam ex primoribus fidei rudimentis nemo non didicit, septem omnino esse novae legis sacramenta a Christo Domino instituta, videlicet, baptismum, confirmationem, eucharistiam, poenitentiam, extremam-unctionem, ordinem et matrimonium, eaque omnia et gratiam continere et digne suscipientibus conferre: scire tamen praeterea utilissimum sancta synodus arbitratur, quod horum prima quinque ad spiritualem et propriam cujuslibet hominis perfectionem, duo vero ultima ad totius ecclesiae regimen fideliumque multiplicationem praecipue instituta sunt. Per baptismum siquidem spiritualiter regeneramur ac renascimur. Per confirmationem nova gratiae amplificatione ditamur et roboramur in fide. Deinde vero, sic renati et robustiores, divino eucharistiae pabulo sustentamur. Quodsi contracta peccati labes aut aegritudinem animabus nostris aut mortem intulit, per poenitentiam sanamur spiritualiter ac reviviscimus. Tum per extremam-unctionem, quae peccati reliquias delet, accedit quodammodo totius spiritualis curationis complementum, et corporali sanitati, prout animae expedit, restituimur. Jam ordinis sacramento ecclesia suis altaribus ministros parat, suorum mysteriorum dispensatores suppeditat, sanctae suae religioni defensores praebet suoque regimini asserit perpetuitatem. Ac tandem

matrimonio fidelium sibi obaequentium et copiam tuetur et numerum auget.

CAP. I.

Haec autem omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri sacramentum conferentis cum intentione faciendi, quod facit ecclesia: quarum trium conditionum si qua desit, nullum est sacramentum.

CAP. II.

Parochi itaque sana et orthodoxa de sacramentis doctrina imbuti, quam ex conciliis aliisque purissimis fontibus hausimus, eam indidem desumptam admittantur populo suae curae demandato sinceram integramque tradere, suumque primo animum ad hoc adjiciant, ut ex tantae sacramentorum virtutis ac efficaciae data noticia fidei mentes excitent ad beneficium institutorem grato ac reverenti animo recolendum: tum corda moveant et incendant ad colligendas locupletissimas opes, quas justorum ac vere paenitentium felix experientia docuit ex tam opinis thesauris effluere. Secundo, continuo ac sedulo invigilent, ne qui in re sacramentali irrepaunt errores: quos ut perfecte noscant ac detegant, sacros¹⁾ concilii Tridentini canones de sacramentis in genere et in specie saepissime prae oculis habeant: sic enim tot anathematum quasi sono deterriti, debitum aliis ipsi ac saluferum terrorem incurrere facile poterunt.

CAP. III.

Hortentur pariter plebem suam, increpent, obsecrent, ut tam efficacia tanque fragilitati nostrae accommodata ad salutem media non negligat, sed iis caute et digne utatur, maxime autem sacramentis paenitentiae et eucharistiae: ut, qui ab innocentia baptismali semel delapsi fuerint, ad iustitiam verae et validae reconciliationis subsidio revertantur, deinque eucharistia, postquam sese juxta apostoli monitum rite probaverint²⁾, providumque et sapientem confessarium consuluerint, reficiantur.

TITULUS XXV.

De sacramento baptismi.

Ubi, quomodo et quando infantes, adulti vero a quo sint baptizandi, quid a baptismi ministris, qualescunque sint, tum urgente necessitate, tum citra necessitatis casum requiratur: quid de patris ac matris, obstetricibus variisque rebus ad baptismum pertinentibus statuendum sit: hoc agit sancta synodus in sequentibus decretis.

Prooemium.

Aggrediendum nunc est ad dicendum de baptismo, qui, cum sit ipse sacramentum, sacramentorum tamen janua nuncupatur: quia per ipsum et ad aliorum sacramentorum usum jus acquirimus et in domum Dei, hoc est ecclesiam, ut pars illius simus, intromittimur. Cum autem hujus sacramenti virtute ex irae filius membra cohaeredesque Christi efficiamur, summaque et indeclinabilis est illius necessitas ad salutem: ideo maxima debet a ministris adhiberi cura, ut rite ac recte in eo administrando se gerant. Praecipit itaque sancta synodus, ne baptismus alibi quam in ecclesia conferatur, nec aliter quam adhibitis sacris ritibus in rituali Romano praescriptis: excipiuntur hic tamen casus urgentis necessitatis. Ubi autem in praecipiti esse videtur infans modo genitus, instatque mortis periculum, si mature succurrendum est:

¹⁾ Trid. sess. 7 et seq.

²⁾ I Cor. XI, 28.

tuncque, si in domo parturientis non adsint clerici, verisimilius Ne baptismatis materia, forma et intentione requisitis edocti: si clericorum defectu non succurat gnarus laicus, feminae etiam et obstetrices ipsae illud administrare poterunt, ea tamen lege, ut, revallescente infante, ceteri quam primum ritus, ob temporis necessitatisque angustias praetermissi, juxta ritualia praescriptam a sacerdotibus in ecclesia suppleantur.

CAP. I.

Quia vero interdum evenire potest, ut de infante sic baptizato dubium oriatur, an in eo baptizando confectum id omne fuerit, quod ad sacramenti validitatem requiritur: parochi omni diligentia moraliter sufficienti inquirent, an apta fuerit aquae materia? an debita verborum forma cum intentione faciendi, quod facit ecclesia? Quodsi de supra memoratis baptismi conditionibus ac constitutivis aliquid defuisse comperiat, vel si vero sit dubitandi locus: tunc denuo, sub conditione tamen, infantem praecipit sancta synodus baptizari. Ideoque, ne in tam necessario ad salutem sacramento quidpiam a populo ignoretur, maxima debet esse parochorum cura, indefessaque sedulitas.

CAP. II.

Festissimos persaepe casus adducit damnaque nunquam satis dolenda infert obstetricum imperitia, tum in iis, quae ad infantium temporalem vitam, tum etiam in iis, quae ad eorum aeternam salutem spectant, ubi scilicet, urgente necessitate, infantumque vita in discrimine posita, earum ministerio utendum est ad baptismi dispensationem. Ideo, ut tot simul periculis vitandis in posterum provideatur, decernit sancta synodus, ne qua mulier in provinciae civitatibus seu insignibus oppidis, ubi adsunt medicinae professores, obstetricis munere fungatur, nisi peritam se medico probaverit prius in examine, suaeque ad id genus servitium habilitatis et aptitudinis scriptum testimonium obtinuerit. Deinde vero restat, ut ab arte sua exercenda prorsus absteat, donec supra dictam testificationem exhibuerit curato parochiae, in quam advocatur, ut ab illo discere possit, quidquid ignorari aut omitti nefas est ad rectam baptismi dispensationem in casu praecisae necessitatis.

In oppidis vero, ubi medici deficient, curent parochi, ut obstetricis ab intelligentiori saltem pharmacopola vel chirurgo periculum fiat hac in arte, quam si minus illa calluerit, edoceatur. Tum vero scriptis probata ejusdem sufficienti peritia, hoc agant parochi, ut parturienti ad futura, foetui quoque, si baptismatis accelerandi necessitas occurrerit, opportunam opem ferre valeat.

Jam, si quae parochiae reperiantur, in quibus nulla sit obstetrix, consules a parochis moneantur, ut debito recursu ad praesidem provinciae sibi facultatem postulent addendi ad expensas extraordinarias, quae in communitatum rationibus ratae haberi solent, congruum obstetricis stipendium. Quod si ex supradictis obstetricibus aliqua malae vel dubiae famae deprehendatur, denuntiatur episcopo, ut promptae interdictionis remedio omnis scandali occasio amoveatur. Supradictis praeterea obstetricibus injungat parochus, ut sibi revelent puellas de concepto fetu suspectas. Hoc vero ex parte obstetricum non nisi prudenter et secreto fiat: ex parte autem parochi nunquam temere et inconsiderate credatur.

CAP. III.

Nec aliis quibuscunque fidelibus latere debet baptizandi norma, ne, obstetricum opera deficiente,

pueris morti proximis deest labis originalis praesens ablutio. Hi equidem necessitatis casus ne saepe recurrant, non dubitamus, quia a parochia summa vigilantia impendatur: at eos tamen, ne in re tam gravi negligentius agatur, monitos vult sancta synodus, ut per se vel suos vicarios de proxime parituris percontentur, siquo sint in subsidium, periculo imminente, paratiores.

CAP. IV.

Et ut omni acerbo ac damno eventui obviam eat, sancta haec synodus episcoporum sollicitudinem ac prospicientiam in hoc potissimum, quod mox dicetur, adjuvari necessarium omnino esse existimat. Nimia siquidem utriusque sexus familiaritate ac saeculi proximitate aliquando contingit, ad nequitiam adductas puellas et ex illicita copula gravidas (dum pudori ac famae consulere volunt, tum legum poenaliū severitate tum parentum iusto timore perterritae), nefaria vel meditari paricidia vel patrare, foetum scilicet aut suffocando aut clam emissum immisericorditer deserendo. Quapropter strenue ac sagaciter faciant parochi, ut, si quae in sua parochia tam infelice temeritas praegnantaeque puellas esse noverint, de conservando partu serio et efficaciter satagent, nullam tamen summae prudentiae conditionem negligentem, ne malo, quod timetur, pejus occurrat ex inordinato agendi modo remedium.

CAP. V.

Censet insuper sancta synodus, nec baptismum differri debere ultra triduum¹⁾, nec baptismi occasione dissimulari posse comensationes immoderatas, acclamationes festivas, saltationes alioque indecentes gratulationum usus, qui reverentiae tum sacramento tum sacro loco debitae et patrinorum muneris dignitati nimis sane adversantur. Si qui vero majores abusus damnanda consuetudine vel incuria in hanc forte provinciam irreperint, eos omnes abolendos esse nec iterum unquam suscitandos, sperat sancta synodus, parochorum accuratae circumspeditioni confisa.

CAP. VI.

Prohibet praeterea sancta synodus, ne imponantur pueris baptizandis nomina seu profana seu ex veteri testamento deprompta: neve in patrinos sive susceptores admittantur alii praeter eos, quos credibile saltem est sufficienti mysteriorum fidei notitia esse instructos. Nullus etiam de clero in susceptorem adhibeatur, nisi habita ab episcopo speciali facultate, de qua posthac parochus in actis publicis baptismatum mentionem faciat.

CAP. VII.

Cum autem baptismus adultorum, qui ex gentilibus, Judaicis aliive sectis, divina operante gratia, ad verae fidei professionem traducuntur, solemniores exigat ritus, quibus et, debellato errore, triumphare videatur sancta nostra religio et credentium persuasio confirmatio fiat: cumque multa cautione opus sit in vitanda errorum fallacia, qui apertio publicae ad christianam fidem conversionis apparatu piaae fidelium insidiantes liberalitati, quaestumque majorem ex congerendis hoc nomine elemosynis tam nefarie quam fraudulentem aucupantes, ad sacrilegam saepe baptismatis jam suscepti reiterationem ecclesiae ministros inducunt: necesse est, ut talium baptismatum administrationem, si casus obtigerit, nobis in dioecesi quaeque nostra reservemus. Ideoque prohibetur omnibus curam animarum habentibus caeterisque pres-

byteris, ne quid unquam hac in re audeant attentare, nisi nobis consultis, et facultate a nobis scripto accepta. Excipitur tamen aliter agendi necessitas ex gravi et instanti mortis adultorum periculo.

CAP. VIII.

Infantibus proxime pariendis patrini saepe numero absentes matris aequo seliguntur. Hi vero si intra praescriptum triduum ab ortu forte nequeant advenire, ut spirituales stato tempore filios sive filias e sacro fonte suscipiant²⁾: baptismatis mox dilatio dierumque praefinitorum prorogatio petitur. Quamvis autem tali hucusque petitioni nunquam annuerint episcopi nisi probabilibus de causis, cognita tamen fraude aut inconsiderantia parentum, qui et a concedentis mente aliquando deflectunt, et concessio sibi laxamento legis audacter abutuntur: sancta haec synodus, non severitate impulsam, sed prudenti patrum consilio et assensu atque ipso rei momento inducta, declarat censeturque, similes baptismatis procrastinationes esse omnino in posterum denegandas, exceptis casibus gravissimis, ubi scilicet agitur aut de familiarum componenda discordia aut de aliis similibus, ex quibus magnam quamdam utilitatem preventuram esse arbitrentur episcopi.

CAP. IX.

Parentes itaque moneat parochus quisque in suis concionibus, ut paratos deinceps susceptores habeant vel susceptorum procuratores, per epistolam etiam designandos: sibi que persuadeant, non aliter unquam, ac supra statutum est, ab episcopis agendum esse nec indulgendum.

TITULUS XXVI.

De oleis sacris.

Olea sancta in loco tuto mundisque ac congruis vasculis asserventur. Recens consecrata mature quolibet anno sibi comparent parochi, nec nisi nova in administrandis sacramentis adhibeant: cogente tamen necessitate, veteribus uti possunt. Metropolitanae aut cathedralis ecclesiae sacrista caveat, ne sancta olea ad parochos asportanda tradat, nisi accipientis scripto diligenter nomine.

Prooemium.

Mysticarum unctionum, quibus gratiae divinae significatur infusio, cum frequens sit usus in administratione quorundam sacramentorum, cumque tam operose tamque solemniter ab episcopis olea sacra conficiantur: non nihil de illis erit statuendum, quo et prospiciatur reverentiae ipsis debitae, et variis casibus obviam eundi ratio perhibeatur.

CAP. I.

Primo itaque videant episcopi dioecesim visitantes, ut in qualibet ecclesia parochiali designetur locus aptus ac tatus, in quo vascula sanctorum oleorum recondantur³⁾: vascula autem ipsa ex argento vel saltem e plumbo candido stannove sint conficta: praeterea perpolita et ab omni mucore ac situ purgata sint, deinde grandiori capsula inclusa, tum demum sacculo serico superinduta.

CAP. II.

Quaecunque hac de re fuerint ab episcopis decreta, haec sedulo ac citissime priores exsequantur. Parochi vero statim atque audierint, nova consecrata fuisse olea, sacerdotem vel quempiam saltem in ordinibus sacris constitutum mittant, qui ea decenter recipere et secum asportare valeat. Nec

¹⁾ Conc. Aven. cit. hoc tit. 12.

²⁾ Conc. Aven. hoc tit. 12.

³⁾ Conc. Aven. cit. hoc tit. 12.

mora ulla interponatur, quandoquidem veteribus oleis uti non debent, ubi recentiora suppetere possunt. Ut autem majori in posterum securitati et decentias simul in sanctorum oleorum dispensatione seu distributione parochiis facienda provideatur, placuit sanctae synodo duo hic pernecessaria subjungere.

CAP. III.

Aeditus nempe seu sacrista aut alius in metropolitana et cathedralibus ad hoc muneris delegatus librum penes se habeat, in quo accurate scribantur nomina eorum, qui ex parochiis mittuntur, ut olea supra dicta recipiant.

CAP. IV.

Quod attinet ad commodiorem ac securiorem sacrorum oleorum asportationem, bene erit, si inter parochos viciniore conveniat de eligendo ac delegando sacerdote vel alio sacris ordinibus adstricto, qui unus pro pluribus parochiis sanctorum oleorum comparationem faciat eaque deferat in vasis non fragilibus, unde hauriat quisque, quod sibi ad annum sacramentorum administrationem opus esse visum fuerit.

CAP. V.

In dubio positum est, an, ubi non ex negligentia, sed ex legitimis obortis impedimentis sancta olea recens consecrata parare sibi non potuerint parochi, possint interea veteribus uti in administratione sacramentorum baptismi et extremae unctionis? Quaestionem definire patres concilii, consultis theologis, parochosque iisdem oleis uti posse existimant. Quoad aquam vero baptismalem, cum ejus benedictio se jungi possit ab infusione, fiat aquae benedictio, deinceps superveniente chrismate, fiet infusio.

TITULUS XXVII.

De sacramento confirmationis.

Confirmationis traditur notio. Puerorum ad hujus sacramenti perceptionem cauta institutio commendatur. Praecipitur, ut more solito patrini ac matrinae confirmandis adiant, et a parochis affinitates sic contractae scriptis assidue mandentur. Tandem vitandae in dispensanda confirmatione confusionis ratio episcopo proponitur.

Prooemium.

Secundum ordine sacramentum, apposite confirmationis nomine nuncupatur: per illud nimirum fideles, quos jam ecclesia suum in gremium admisit, contra quoscunque christiani nominis hostes confirmari solent ac roborari. Haec siquidem non otiosa (quod patet ex Tridentino¹⁾) caeremonia est, sed sacramentum gratiam conferens, qua instructi ii, quorum frons sacro fuit uncta chrismate, tanquam fortes ac intrepidi athletae non debent evangelium erubescere, verum aperte et animose Christi nomen confiteri. Ut itaque tanti sacramenti dignitas et virtus fidelibus notae sint, satagat enixe quilibet parochus de pueris, ubi septem annos attigerint, vel citius, si septimum annum rationis usus praecesserit, christiana doctrina diligenter imbuedis et ad recipienda spiritus sancti dona praeparandis. Eos autem potentissimis statim hortationibus inducat, ut haustam e sacro baptismatis fonte innocentiam integram inviolatamque conservent; et si de ea jam deperdita forte quid suspicietur, ab illis ope omni contendat, ut inestimabilis thesauri jacturam sacramentali mox confessione resarciant; tum ea, ne quid obstat conferendae gratiae, opera sollicitudinis adhibita, statim atque promulgatum

¹⁾ Trid. sess. 7, can. 1, de confirm.

fuerit proximae visitationis pastoralis edictum, inquirat ille, quinam in parochia sua sacramento confirmationis suscipiendo maturi sint. Habitoque eorum prudenti delectu, servandum codicem aptet sibi, in quo singula confirmandorum, parentum ac patrinorum nomina perscribat. Haec vero cautionem dum adhibendam censet sancta synodus, id sibi praecipue proponit, vitandum scilicet officulum, in quod incidunt multi, qui aut parum memores aut prorsus ignari cognitionis, quam in hoc sacramento patrinus et matrina contrahunt cum persona confirmata ejusque patre ac matre, conubio nihilo tamen minus aut jungi deinceps volunt, relictis incogitantur impedimentis, aut reipsa junguntur.

CAP. UNUM.

Quaquam diuturna experientia compertum est, non alio quam religionis amore ferri hujus provinciae fideles, quotiescunque sacramentum confirmationis publice dispensatur: cum tamen ex affluentia in composita multitudinis festinatione plerumque fit confusio, vehementer optandum est, ut modus aliquis tam indecorae perturbationi statuatur, debitaque cum silentio inducatur reverentia.

Solent quidem ob hoc in quibusdam exteris dioecesibus unum tantum sacerdotem omnibus confirmandis maribus patrinum unamque piam ac probatae vitae feminam puellis matrinam assignare. At morem hunc pueris damno esse fatebitur, quisquis noverit, quae saepe sit patrinorum ac matrinarum voluntas erga eos, quibus tum baptizandis tum salutis chrismate confirmandis adfuerunt, quae amoris ac pietatis incitatione illis diligenter educandis et in rei familiaris angustia sublevandis praesto sint, dum parentes multi, naturae et consanguinitatis immemores, ab hoc se ipsi munere expediunt. Ideo patres concilii a patrinorum ac matrinarum usu solito dicedendum non esse censuerunt. Hoc tamen a metropolitano et provincialibus agendum existimant, nempe, ut disperdiatur tempus dispensandae confirmationis, habitaque ad decentiam utriusque sexus ratione, primo maribus ac deinde puellis sacramentum hoc discriminatim conferatur. Sic enim omnia erunt ad tantae functionis dignitatem accommodata, maximo si praevia parochi monitio tumque pia lectio hinc hortatio fecerint silentium modestiamque astantibus instillaverint.

TITULUS XXVIII.

De sacrosancto eucharistiae sacramento.

De opimitatibus in caelesti epulatione colligendis strictim primo dicitur. Deinde Christo, in tabernaculis commoranti fideliumque adorationi palam in altaribus proposito ac demum publice tum in processionibus tum ad infirmos delato, quae reverentia, quis cultus, quis apparatus debeatur, sancta synodus declarat et statuit.

Prooemium.

Quoniam in quadam Christi Domini unitate cum ecclesia sua verae nostrae religionis essentia posita est, unde maximum suum decus ac splendorem ducit: hinc est, quod ecclesia ipsa eucharistici sacramenti immenso beneficio laetatur plurimaque ex eo praesidia percipit. Per unius enim mensae communionem et fideles recenset suos et discernit: gaudetque, ubi filios adoptionis uno pane enutrit, uno salutari potu recreari, unum tandem corpus cum Christo fieri demiratur. In hoc itaque sacramento administrando et episcopi et parochi et sacerdotes omnes, qua maxima possunt vigilantia ac sedulitate, eniti debent, ut ad fertilissimam bonorum segetem in divina mensa colligendam populum sibi concredatum invitent et alliciant.

CAP. I.

Ut vero ad Christi institutoris finem procedatur facilliusque et certius deveniatur, quaedam hic adnotat statuitque sancta synodus. Cum autem divina bonitas ac providentia, necessitatibus generis humani semper intentis, sacrosanctum caelestium epularum sacramentum non ad hoc tantum instituit, ut fideles enutrentur et, angelorum pane refecti, in fortitudine cibi illius ambulare montisque apicem attingere possent, utque pastor pabulum factus unum quid cum ovili quodammodo foret: verum etiam, ut ex pronae illius in nos misericordiae beneficio ac consilio templa nostra reali Christi salvatoris praesentia decorarentur: ideo subsequenter decreta, ad cultum Christo Deo nobis appropinquanti adhibendum pertinentia, ut accipiantur religiosissime sanctissimeque serventur, sancta synodus mandat.

CAP. II.

Veteris legis tabulas et manna continebat arca foederis: ipsum novae legis auctorem Christique corpus tabernacula nostra continent: arcam Deus volavit auro mundissimo intus et foris esse desuratam¹⁾: quid de tabernaculis nostris, multo majori reverentia dignis, sentiendum? Quid adhibendum, ut eorum ornatus ac mundities dignitati hujus, quod in eis asservatur, aliquatenus respondeant? Ea itaque, nisi sint ex marmore constructa, saltem ex ligno affabre elaborato compacta sint²⁾, intus serico panno vestita, exterius vero aut auro illita aut saltem in pauperioribus ecclesiis vel sacellis decenter picta. Horum ostium sit bene tutum: clavis argentea sit vel aureis bracteis circumfusa: in illis nihil recondatur praeter ostensorium (si per loci capacitatem liceat), unam aut plures pyxides ad sacram eucharistiam dispensandam minoremque pariter aliam sive pyxidem sive capulam ad deferendum remotioribus infirmis sanctum viaticum destinata. Sacrarum particularum congrua semper asservetur copia, per hiemem quidem quindecimo quoque die renovanda, verum aestate non ultra octo dies retinenda. Mundum item corporale non desit sacris vasis suppositum: lampas³⁾ demum coram tabernaculo diu noctaque ardeat. Qua in re sancta synodus conscientias onerat et priorum et parochorum, qui nimia saepe avaritia aut incuria cultum divinum tam criminose negligunt ac etiam contemnunt, ut oleo parcant Christumque, quantum in se est, atris tenebris obductum pernoctare patiantur.

CAP. III.

Quoties augustissimum corporis Christi sacramentum fidelium adorationi palam erit proponendum, congruae magnitudinis justique ponderis cerei altari imponantur: in metropolitana autem et cathedralibus ecclesiis duodecim saltem ardeant, quorum tamen numerum explere possint majores faces seu taedae, a clericis et confratribus societatis sancti sacramenti gestari solitae: in collegiatis vero insignioribus decem minimum erunt: in simplicibus tandem parochiis seu paenitentium aliorumve sacellis octoni continue illucescant. At, ne magno laicorum scandalo vacuum unquam adoratoribus sit templum, quamdiu salutaris hostia in propatulo est, vehementer optat sancta synodus⁴⁾, ut juxta laudabilem plurium ecclesiarum consuetudinem aliquis semper ex capitulorum seu aggregationum gremio,

habitu chori aut mundo saltem superpelliceo indutus, in infimis arae gradibus vel alio commodiori ac patenti loco adoratione ac divinarum rerum contemplatione pie detentus immoretur. In caeteris vero parochiis, tum urbanis tum ruralibus, clericos omnes sacerdotesque, si qui sint, quamvis nulla servitii conditione parochiae obligatos, quantum in Domino potest, sancta synodus hortatur, ut non modo ad laicorum hac in re laudandam religiositatem sese conforment, verum etiam ipsis pietate antestent exemplumque et fidei et reverentiae luculentissimum omnibus praebant.

CAP. IV.

Ubi vero cultui publico divinam hostiam obijci contigerit, vel ex fundatione vel ex peculiari ecclesiae instituto vel ex metropolitani et comprovincialium edicto vel alia quacunq; de causa: capitula, ecclesiarum rectoribus, monialibus earumve moderatricibus sive superioribus curae sit, ut, dum posita erit ante oculos sacra eucharistia, in spiritu et veritate adoranda, aliquis adsit sacerdos, qui astantes leniter ac temperate moneat de modestia et gravitate coram Domino inviolate tenendis: haecque consuetudo perquam necessario inducenda, diligentissime observetur in metropolitana praesertim ecclesia et cathedralibus ac collegiatis, per delegationem scilicet gravis cujusdam ac prudentis viri, de ipso capituli gremio aut de clero désumpti, qui, data occasione, silentium, decenciam ac reverentiam et verbis et exemplo suadere possit. At si cujus eo forte processerit temeritas et irreligio, ut amica et salutaria monita neglexerit aut respuerit arroganter: tunc ex sanctae synodi mandato penitentis ac refractarii nomen ad episcopum deferatur, qui laesae majestatis divinae vindex, in reos id genus arbitrio suo pro scandali gravitate animadvertat.

CAP. V.

Statuit praeterea sancta synodus, ut (extra casum majoris solemnitatis, quo nimirum divina officia sacraeque caeremoniae longiori temporis spatio ministros ecclesiae detinent) sanctissimae eucharistiae benedictiones in omnibus hujus provinciae templis ac sacellis dentur ante solis occasum, ne, dum in noctem protrahuntur, et peccato et scandalo sit locus. Quod autem hic edicit nostra synodus, hoc et declarat intelligi etiam debere de solemnitatibus piarum sodalitatum earumque praesertim, quas paenitentium nomine insigniunt. Hi nempe sodales in processionibus suis, per octavam corporis Christi fieri solita, ne ardentium taedarum, facularum ac cereorum fulgori diurna lux officiat, impensarum aliquando suarum nimii ostentatores, urbem nonnisi noctu obeandam existimant. Hoc vero speciatim prohibet sancta synodus, et quantum opus est, sub poena interdictionis. Edictis praeterea de hac re jam publicatis vel ad mentem synodi publicandis ut obtemperetur religiosissime, parochia et sodalitatum rectoribus praecipitur.

CAP. VI.

Jam vero, si culpam infirmo dandum deferatur sacram viaticum, hortatur sancta synodus cives omnes utriusque sexus¹⁾, imprimisque nobiles ac primarios viros, ut ad decentiorem sacrae eucharistiae per vias gestandae comitatum, facibus aut cereis accensis instructi maximeque pietatis insignia vultu et incessu praeferebant, Christo diligentem cultum adhibeant eximiumque fraternae charitatis officium praestent, solito indulgentiarum munere ditandi. Sin aliquo negotio impediti fuerint,

¹⁾ Exod. XXV, 11.

²⁾ Conc. Aven. hoc tit. 14.

³⁾ Ibidem.

⁴⁾ Conc. Aven., tit. 45, de orat. quadrag. hor.

¹⁾ Conc. Aven. [tit. 16].

quosdam saltem ex familia sua mittant ad famulandum Domino dominantium, qui humiles ac infirmos sibi demississime supplicantes respicit et visitando confortat atque a longe cognoscit¹⁾, hoc est, longe a se projicit vana generis aut dignitatis celsitudine elatos ac superbientes. Et quidem scandale atque impietati proximum est, tanto illos famulorum labore ac incommodo assiduam sibi servitium exigere, eodemque orbis terrarum dominatori praestanda obsequia denegare.

CAP. VII.

In hac autem materia, ne quid a sanctae synodi sollicitudine ac prospicientia desideretur, praecipit eadem, ut suum sit in unaquaque ecclesia parochiali non modo majus umbraculum, vulgo *deis*, sanctae eucharistiae in viis publicis, dum circumfertur, cooperiendae aptum, sed et alia minor umbella albi coloris, vulgo *parasol*, qua sanctissimum sacramentum in angustioribus etiam vicis ac in ipsis infirmorum aedibus tegatur et ab omni orbe labenti defendatur.

TITULUS XXIX.

De communione paschali.

Quid cautionis adhibendum, ne quisquam a communione paschali refugiat; quid agendum cum indeclinabilis hujus praeccepti contemptoribus: quid cum publicis peccatoribus ad sacrum epulum non admittendis: quid tandem requiratur ad sacram eucharistiam decentius et commodius dispensandam: haec sequentibus decretis comprehenduntur.

Proemium.

Quamvis neminem lateat praecceptum ecclesiasticum de sacrosancto eucharistiae sacramento paschalibus diebus sumendo in propria uniuscujusque parochia, multos reperiri tamen certum est adeo propriae salutis negligentes, ut impositae cuius christiano legis observationem vel differant vel prorsus omittant, nulla censurarum nec anathematum comminatione deterriti. Cum autem genus hoc perditorum hominum, laborem in praeccepto fingens et quaerens excusationes in peccatis aut diligenti parochorum inquisitioni se subducant malitiose, aut parochis ipsis omnem monitionis ac reprehensionis viam aliquando intercludat, objecto scilicet sacrilegio, quod se commissuros esse aiunt, si ad sacram synaxim acrius adigantur: ideo concilii patres, tam inviolate servandi praeccepti necessitate moti, nefarios illos augustissimae eucharistiae contemptores ad officium suum reducendos existimant, et ne sua vel parochorum conscientia alienis peccatis aut peccatorum impunitate contaminetur, sic statuunt:

CAP. I.

Decreto itaque hoc synodali praecipitur, ut a quolibet parcho frequentes habeantur ad populum de supradicto praeccepto sermones: et, si quos repererit cujusvis conditionis et sexus, qui paschalem aut negligent coenam aut effugiant subdole aut palam dedigentur, eos statim lenibus amicusque verbis ad respiciendam adducere nitatur et a sopro lethargico excitare. Tum, si haec frustra sint, alia jura adhibeat remedia triplicemque monitionem coram testibus fide dignis juxta provinciae morem fieri curet: haec vero si nihil etiam profuerint, episcopos demum consulat, ut obsequium ecclesiae debitum canonica severitate exigatur. Nunquam autem et nulli sacerdotum in hac provincia liceat, nimis libera et arbitraria interpretatione regulae in rituali Romano praescriptae communionem cuiquam quovis titulo publice denegare, episcopis in-

¹⁾ Psalm. CXXXVII. 6. Bellarm. in supradict. psalm.

consultis. Cum enim ex tali denegatione plurima possunt oriri scandala in sacerdotalis ordinis decus ac detrimentum, nunquam satis hac in re prospectum atque consultum esse posse concilii patres arbitrantur. Caveant praeterea sacerdotes omnes, ut, siquando obtigerit occasio angelicam denegandi panem non mittendum casibus, abstant ab omni injuriosa objurgatione solaque ac tacita praetermissione sint contenti. Similibus vero casibus ut obviam ire possint, peccatorem publicum (si quis erit, quem pro suo judicio et conscientia talem crediderint) moneant, ne ad sacrarum epularum mensam occasionem denegationis daturus accedat.

CAP. II.

Ne qua autem fraus opituletur ac faveat hujus praeccepti transgressoribus, conveniat inter parochos in prima de casibus conscientiae habenda post synodum congregatione, quam cautelam seu diligentiam pro cujuscunque loci circumstantia adhiberi satius sit, ne quis impune suo se muneri subtrahat: sive expediat magis, nominum indicem ante communionem paschalem fieri a presbytero aut ab alio viro notae probitatis ad hoc delegato: sive potior videatur schedularum usus aut tesserarum in ipso communionis actu tradendarum aut accipiendarum: sive praestet alia quavis cautione uti. Quod autem optimum habebitur, ad metropolitanum referatur et episcopus, qui uniformem hac in re agendi methodum in omnes hujus provinciae dioeceses induendam approbent. Interea, ut omnino nihil a concilii patribus deest, quo oves suas paschali tempore facilius recensere queat parochus, regularibus aliisque curam animarum non habentibus prohibetur, ne intra quindecim illos dies sacramentum eucharistiae ministrent, neve patiantur in suis ecclesiis ministrari nisi iis, quos constiterit in propria parochiali ecclesia debito suo jam satisfecisse.

CAP. III.

Ubique tandem mensa ad communionem stabilis et decens adstruatur, quae sanctuarium ab anteriori ecclesiae parte distinet: ea vero sit mundis mappulis instructa, de quarum opportuna et congrua, non secus ac caeterorum linteamina et ornamentorum, habenda copia canonicorum et priorum omnium respective conscientiam sancta synodus onerat. Caveat praeterea omnis sacerdos, ne sacrosanctum corpus Domini de patena praebet communicantibus, nisi forte pauci sint, sed vel calice vel solita pyxide utatur¹⁾. Curati autem ac praedicatores singulis diebus festis et dominicis quadragesimae decreta haec de paschali communionem palam recitent in majori populi frequentia.

TITULUS XXX.

De sacramento poenitentiae.

Poenitentiae sacramentum quid sit; quid a confessorio agendum, ut peccatores ad integram et conducibilem delictorum confessionem vitiorumque emendationem alliciat; quid, ut minus suum caste et pro sacramenti dignitate implant: quid, ut omnem a se vituperationem ac praesertim quaeestione indolis suspensionem, etiam in casibus restitutionis, propulset: haec prioribus continentur capitula. Tum de revelantibus, sollicitantibus ac complicitibus statuitur. Parochia, si solemnium festorum tempore ad excipiendas confessiones satis esse nequeant, paratur subsidium. Ac demum confessoriorum delectas episcopis commendatur.

Proemium.

Quartum sacramentum est poenitentia, cujus praesidio et peccatorum remissionem et divinae gratiae reconciliationem impetrari constat ex uni-

¹⁾ Conc. Aven. hoc tit. 17.

verso et antiquo ecclesiae consensu. Cum tamen ad hos colligendos fructus saluberrimos tanto sacramenti beneficio consentanea praeparatione peccatoribus opus sit, quorum absolute non consulere voluit Christus: ideo et de ratione consequendi veniam docendi sunt fideles et iterum hortationibus excitandi, ut hac secunda post naufragium tabula, sibi sub manus quasi posita, frequenter ac feliciter utantur. Ministri autem per episcopos vel delegati vel delegandi tanti ministerii dignitatem studiose tueantur serioque eorum reputent, quoties aliquis eorum sacrum poenitentiae tribunal iudicis vices obiturus ingreditur, quantum et zeli et prudentiae in suo ministro inesse velit ecclesia.

Ecclesia quidem ager ille est¹⁾, in quo electa grana cum pravo zizaniae semine promiscue crescere sinit paterfamilias usque ad tempus messis: est et mystica illa sagena, ex omni genere piscium congregata, donec eligantur boni in vasa, mali autem mittantur foras. At cum ex materna sua charitate communi fidelium saluti, quicumque illi sint, pari consulit zelo (quamvis ad specialem quandam Dei providentiam pertineant iusti ac, testante scriptura, propter electos tolerentur saepe peccatores), non ex citatis parabolis conficitur, neglectui esse debere peccatorum in melius immutationem. Imo vero si attendatur ad parabolam ovium, quae perierat²⁾, si ad illud evangelii: *non veni vocare justos, sed peccatores*³⁾; *non est opus valentibus medicus*, si ad gaudium tandem, quod erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente⁴⁾: facile arguetur, quae impensior ecclesiae cura sit, quaeve gravior sollicitudo. Constat siquidem, pie ac beneficentissimae matris operam in hoc maxime positam esse, ut peccatores cum Deo suo restituantur in gratiam et ad eum revertantur, eo enim potissimum spectant tot sacrosancta sacrificia, tot praedicationes, tot preces publicae, tot sanctorum exempla, tot tandem indulgentiarum subsidia, quibus peccatores apte dispositos ad confessarii pedes quasi manu ducit. Caveat itaque minister, ne aut incuria sua aut remissioni in salutem animarum studio opportuna illa momenta, a quibus pendet saepe miseri peccatoris aeternitas, vel male terat vel incautus ac negligens dilabi sinat.

CAP. I.

Quemlibet praeterea confessarium hortatur in Domino sancta synodus, ut monita sanctorum patrum, de poenitentiae sacramento ejusque recta administratione discretem, saepe animo revolvens, confitentium corda primo demulceat omni charitatis illicio eorumque spem erigat, Dei misericordiam ostentans, ut cum majori fiducia intima cordis animique secreta pandant et, quibus gravantur, delicta cum debita integritate atque sinceritate reveleat. Saepe enim fit, ut ex metu, propter inopportunitatem asperamque confessarii obijurationem incusso, vel perplexo et inerte immurmurentur potius peccata quam enuntientur, vel omnino silentio praetermittantur.

Secundo, ubi cum poenitentibus sic actum fuerit, eorumque conscientiam omni corde peccati vacuum exoneratamque senserit minister, tunc expressam ab ulcere saniem emissaque conscientiae purgamenta eorum oculis subjiciat, ut tantae illius quasi foetore et aspectu deterriti iustoque horrore perfusi, a peccatorum suorum caeno, Dei gratia

¹⁾ Matth. XIII.

²⁾ Luc. XV.

³⁾ Marc. II, 17. Matth. IX, 12, 13.

⁴⁾ Luc. XV, 7, 10.

auxiliante, liberi evadant. Sic a confessarii initio alliciendos sancta synodus credit peccatores tanquam fratres et humanae fragilitatis socios atque participes; tum vero, priusquam sententia profertur, induenda est majestas Christi iudicis, cujus auctoritate instructus est sacerdos: neque solum congrua injungatur satisfactio, sed et ea quandoque pro delictorum natura aggravetur, ut divinae hinc justitiae severitas aliquatenus argui ejusque vindicta reformidari in posterum atque vitari possit. Ex conscientiarum iudicis officio pariter esse sancta synodus ducit, ut in peccatoribus mulctandis contrariorum opportuna ratio habeatur: hoc est, ut eas imponantur poenitentiae, quae commisso peccato adverterentur et reum ad contrariam vivendi normam traducant; sic avaris praescribendus est eleemosynarum usus, incontinentibus jejunium ac solitudo et similia. Hac quippe laudanda methodo confitentium vitia adversis saepe virtutibus curantur et radicitus evelluntur.

CAP. II.

Videant insuper confessarii omnes, ne animum flectentes ad dexteram vel ad sinistram, a rectis sanctorum patrum vestigiis discedant mediumque illud deserant, quod unum optimum est, imo quod unum: est ab ipsis poenitentibus probatum. Nec igitur molliori indulgentia conscientias in fallacem soporem inducant, unde sacrilegia potius quam verae et sincerae confessiones oriuntur: nec rigidiore doctrina et inconsulta severitate hipidi ita sequantur litteram, quae occidit, spiritumque, qui vivificat, negligant, ut peccatores, perterrefacti ac pene in desperationem adacti, a sacramento ac salutari remedio, quod opportune ac indulgenter Christus ad subsidium refectionemque fragilitatis nostrae instituit, damnose arceantur. Hoc eis potius curae sit, quibus curam animarum demandarunt episcopi, scilicet, ut manum vere medicam laborantibus porrigant et medendi praxim ad aegritudinum naturam accommodent. Ex quotidiano itaque usu esse debet, lenia primum adhibere remedia extremisque tandem malis extrema medicamenta opponere. At cum distinguenda sunt sanabilia ingenia a deploratis ac deperditis, inde fit, ut quaedam cordis vulnera oleo fovenda sint ac vino detergenda, quaedam autem, ne ad animae interitum ingravescant ac inflammentur, ferro et igne curanda. Qui ergo divi Caroli vel divi Francisci Salesii sancta ad confessarios monita sequuntur, si laudabiles ac veri eorum doctrinae assertores esse velint, eorum etiam sanctitatis, humilitatis ac mansuetudinis imitatores esse nitantur, sicut prudentem Caroli severitatem justae ac moderatae Francisci indulgentiae atque commiserationi miscentes, fasciculos myrrhae suavi melle contemperent. Hoc tandem serio ad peccatorum utilitatem animis imprimendum est, quod, licet non velit Deus mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat, non ideo tamen est illudenda peccandi consuetudine seu misera pristinarum nozarum iteratione divinae bonitatis indulgentia paternaeque Dei longanimitas; non enim Deo miserratore dignum esset, si in eae liberalitatis dona conferret, qui ipsius patientiam ad impunitatem vertunt, non ad suorum delictorum emendationem: nihil quippe fidelibus timendum magis quam procrastinata et sera Dei vindicta.

CAP. III.

Caveant omnino confessarii, ne ulle modo confessiones, mulierum maxime et puellarum, extra confessionale audiant, nisi in casibus gravium infirmitatum, vel cum ex numero poenitentium concursu aut inopia confessionum liquet, non

aliter satisfieri posse publicae affluentium devotioni: quo casu occurrente, in loco saltem patenti se-deant, superpellicei manicas aliudve linteum ori obducant, a latere positae poenitentis peccata audiant, sicque demum se gerant, ut modestias, in tam difficili ac spinoso ministerio tam necessa-riae, nihil quidquam desideretur. Videant autem, ut, omni personarum semoto discrimine, unicuique ad vitae noxas expiandas accedenti ordine suo fa-ciles aures praebant.

CAP. IV.

Invigilent praeterea episcopi, ne confessarius quidquam recipiat a poenitentibus in actu et exer-citio confessionis sub quocunque titulo, etiam elemosynae pauperibus distribuendae vel oblatae pro missarum celebratione mercedis: sed ubi poeni-tentium pietas eo processerit, ut piis id genus largitionibus peccata sua quodammodo redimere velint, tunc illis poterit confessarius pro sua pru-dentia suadere, ut aliis viis consilium expleant suum: sic enim omnis a sacro poenitentiae tribu-nali turpis quaestus suspicio penitus aberit. Quodsi de secretis restitutionibus agatur, tunc fas erit summam quaecunque debitam cum omni cautela recipere et, consulto prius episcopo, de incertis disponere, certas vero dominis suis restituere. Haec autem, quae ad rectum perfectiusque tra-ditae potestatis exercitium statuit sancta synodus, fideliter observari summopere cupit, ne in praev-aricatores canonicis poenis animadvertendum sit.

CAP. V.

Nullus superior regularium subditos suos con-fessionibus audiendis praeficiat, nisi prius ex lit-teris ab episcopo concedi solitis certior factus sit de sui subditi praevio examine et approbatione: nec ullum unquam approbandum proponat, qui vel minimum de prava novitate suspectus sit. Con-fessarii vero saeculares, sic etiam ab episcopo suo rite examinati et approbati, nunquam munere suo fungantur, nisi superpelliceo induti, praesertim in ecclesia.

CAP. VI.

Jam vero poenas omnes, a sacris canonibus contra confessarios revelantes et ad turpia sollici-tantes tam merito statutas¹⁾, hoc synodali decreto ad memoriam et executionem revocari suumque omnino sortiri effectum patres concilii volunt, quoties infausta similium occasio se praebuerit.

CAP. VII.

Quoniam autem severius agendum est cum pro-fanatoribus sacri ministerii, qui sacrilego dama-toque commercio suis poenitentibus abutuntur, eos non solum omni canonica ultione muletandos esse censuit sancta synodus, sed, ne inviolabile confes-sionis secretum tam horrendis flagitiis obsecundet, solis provinciae episcopis reservatum ipsa voluit casum sacrilegii consummati a parcho cum pa-rochiana et vicissim: sic etiam sentiendum de omni peccato incontinentiae cujuscuque confessarii cum poenitente et vicissim, quem scilicet casum ex-ceptum volunt patres concilii, etiam cum facultas conceditur absolvendi a casibus reservatis in ge-nere: complicitibus autem ne suorum factinorum participes absolvendi potestas committatur un-quam, omnino prohibetur.

CAP. VIII.

Ubiunque parochi, sive perpetui sive ad nu-tum revocabiles in provincia constituti, recurrente

paschate vel aliis anni solemnioribus festis, quibus major est populi frequentia et major poenitentium concursus, senserint, se, etiam vicariorum ope ad-jutos, ad excipiendas confessiones satis esse non posse, subsidiariis confessariis opus erit. Ideoque hortatur in Domino sancta synodus priores et alios quoscunque, ad quos tam necessarij subsidij sup-peditatio de jure vel de consuetudine pertinet, ut tam gravibus necessitatibus sponte prospiciant sua. Sicubi vero jam viget tam laudabilis haec quam opportuna consuetudo parochis sic oneri imparibus auxiliandi, hoc maxime probant patres concilii: at vehementer optant fieri, ut episcopalis haec in re auctoritatis opera nunquam expectetur.

CAP. IX.

Permulta quidem haecenus et pernecessaria de sacramento poenitentiae dicta sunt ac statuta. Parum tamen est, quod illius dignitas, virtus, uti-litas innotescunt: parum, quod conscientiarum judi-cibus definitum fuit, quid faciant caveantque, nisi idoneos ipsius sacramenti dispensatores episcopi seligant. Quapropter censet sancta synodus, non alios praeter probatos diligenti examine sacerdotes, sive saeculares sint sive regulares, ad tam grave ministerium admittendos esse²⁾. Vult praeterea, facultatem audiendi confessiones, puellarum maxime ac mulierum, nemini cuiquam indulgeri, qui tri-gesimum aetatis annum non attigerit: ab hac tamen regula caute quandoque discedi, ubi necessitas utilitatis aliud postulaverit, non improbat sancta synodus.

TITULUS XXXI.

De sacramento extremae unctionis.

Demonstrata extremae unctionis virtute, praefatur tempus, quo aegroti sacro inungendi sunt oleo. Ne quis autem hoc adjumento destitutus moriatur, infirmorum statum a parentibus familiaribusve rescire student parochus: nec unquam a consentanea sacramento etiam aucta dispensando reverentia discedat.

Prooemium.

Quintum sacramentum est extrema unctio, in cujus divina institutione eo magis altissimi provi-dentia esse paratam semper exhibet indigentiae fidelium, quo in gravioribus morbis ipsoque mortis quasi limine premimur magis suggestionibus ac tentationibus daemonis³⁾ calcaneo insidiantis. Quinam vero salutare effectus a tanto defluant sacramento, explicat divi Jacobi epistola⁴⁾, ab ec-clesia universali recepta: *Oratio fidei salvabit in-firmum, et allevabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei*. Unde facile colligitur, delicta, si quae sint adhuc expianda, ac peccati reliquias hujus mysticae unctionis beneficio et gratia sancti Spiritus abstergi: aegrotantis animum sublevari simul et corroborari, magna scilicet in eo divinae misericordiae fiducia excitata, qua mirifico recrea-tus, aegritudinis incommoda laboresque tranquillius patitur et animosius: periculosas instantia daemonis artes ac pertinaces circumquaque rugientis leonis conatus facilius eludi: tandemque corporis ipsius sanitatem, ubi expedierit, operante Deo, interdum restitui. Arguendum etiam est ex supra citatis verbis, sacramentalem illam unctionem illis tantum infirmis adhibendam esse, quos ad eas angustias invalescens morbus adduxit, ut in exitu vitae pro-babiliter constituti videantur, unde et sacramentum exeuntium nuncupatur.

¹⁾ Conc. Trid. sess. 23. de ref., cap. 13.

²⁾ Genes. III. 15.

³⁾ Jac. V. 18.

⁴⁾ Const. Greg. XV., quae incipit: *Univerſi Domini*, 20 aug. 1622.

CAP. I.

Silentio non praetermittimus parochos quamplurimos, qui damanda negligentia sacramentum extremae unctionis non prius conferre solent, quam aegroti, hebetatis sensibus, alienata mente, rerumve prorsus adempta cognitione, animam agere incipiant. Qua sane methodo quisque utitur, gravissimam culpam admittit, ut patet ex catechismo Romano; quandoquidem constat ad hujus sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, si aegrotus, dum adhuc integra mente et inturbata ratione viget, fideique ac religiosae voluntatis praeparationem afferre potest, oleo sacro liniatur. Quare parochos omnes sancta synodus monet, ut, quoties ea est infirmi aegritudo, quae iudicio medicorum, ubi sunt, imminet mortem portendere videatur, tunc, praemonitis comiter infirmi propinquis ac familiaribus, dum adhuc mentis corporisq; vires utcumque suppetunt, haec provide afferatur medicina, ex qua beneficium commodumque, eo majus percipitur, quo erit ad illam expetendam accipiendamque paratior.

CAP. II.

Ne quem autem ex parentum, propinquorum familiariumve incuria hujus sacramenti beneficio privari contingat, vigilantis est parochi, ut omnibus sedulo et sollicite suadeat, quanti ad salutem animarum refert, cujusque in parochia degentis morbum sacramentorum ministro nunciari: quomodo enim aegrotanti aut morienti subsidium opportunum ferri poterit, si ipsius infirmi periculum urgens et angore a parochio ignorentur?

CAP. III.

Quamvis ex adhibenda interdum in extremae unctionis sacramento administrando festinatione legitima erui non possit causa, cur sacramenti reverentiam sacerdos exuat; quia tamen ex multis querimoniis comperimus, oleum infirmorum, tum noctu tum interdiu, sine ullo apparatu a parochis saepe deferri: prohibet sancta synodus, ne unquam deinceps infirmis deferatur aut saltem ministretur, quin parochus superpelliceo et stola indutus sit, aditoque ad formam ritualis Romani clerico, minorem crucem gestante, comitatus.

TITULUS XXXII.

De sacramento ordinis.

Sacrorum ordinum explicatur dignitas: indeque, quid ad inculpatam praecellentiam hujus sacramenti dispensationem ab episcopis, quid ad dignam susceptionem ab ordinandis quibusque requiratur, variis statutis decretis. Patrimonii clericali instituti ac publicandi ratio praescribitur. De missae canonis ejusdemque ritibus atque caeremoniis praecipitur aliqua. Tandemque constitutio jam publicata synodi dioecesis Avenionensis de vita et honestate clericorum renovatur et in communem totius provinciae legem speciali decreto inducitur.

Prooemium.

Sextum sacramentum est ordo, cujus praecellens dignitas utriusque testamenti paginis ita extollitur, ut nemini ex episcopis ignorare liceat; quanta in ejus administratione diligentia, quanta prospicientia opus sit; agitur quippe de evehendo simplici viro ad eam vitae conditionem eamque dignitatem, quam Deus prae caeteris spectatissimam esse et ad unam olim leviticam stirpem pertinere voluit: unde levitarum nomine ac praestantia gloriari jure nunc etiam possunt ii quicumque, quos novae legis beneficio in sortem Domini vocari contingit, ut leviticis gradibus ad ministerii fastigium, quod sacerdotium est, aliquando deveniant.

CAP. I.

Cum igitur inter varias ecclesiae catholicae sollicitudines potissima illa sit, quae ad Dei cultum procurandum spectat, necesse est, episcopos, quos in operis sui consortium pia mater advocat, iis omnibus esse praesertim intentos, quae ad servitium divinum ac templorum ministerium attinent, eosdemque propositorum hac de re praecceptorum monidorumve aut consiliorum executioni sedulam operam dare. Quoniam autem commodior nulla dari potest occasio pro rei momento percipiendi, quid agendum sit, quidve statuendum, quam haec comitorum celebritas ac frequentia, operae pretium esse duxerunt patres concilii ea nunc de ordinandis et clero edicta condere, quibus et sacerdotalis muneris dignitati consulatur, et sacerdotes ita informantur, ut omni suffragiorum conspiratione probari merito possint.

CAP. II.

Primo itaque serio inquirendum est de vocatione, indole, habilitate ad litterarum studia aliisque requisitis eorum, qui prima tonsura sunt initiandi¹⁾, quam, licet simplex habeatur dispositio ad ordines, conferre tamen episcopus non debet ad petentium placitum, sed causa probabili motus legitimaque ratione credendi, eam vere esse parentum vel consanguineorum mentem, ut praesentati consecrentur Deo et ecclesiae, non quidem beneficiorum expetitis redditibus augendi, sed Christi jugum ab adolescentia sua portaturi. Statuit praeterea sancta synodus, ne quis deinceps ad primam tonsuram admittatur, nisi sit ex legitimo matrimonio procreatus, vel saltem a defectu natalium cum ipso legitime dispensatum fuerit; confirmatum eum esse oportet aut ad confirmationem rite dispositum; fidem baptismatis exhibeat; aliisque tandem documentis instructus sit, quibus certior fieri queat episcopus de bonis initiandi moribus cognoscatque, eundem esse fidei saltem ac primorum litteraturae rudimentorum sufficienter peritum. Tum vero in clericorum numerum aggregari poterit.

CAP. III.

Quisquis autem ex hac provincia supradictis praeditus requisitis tonsuram acceperit, eum monitum vult sancta synodus, quod, nisi habitum detulerit, in constitutione de vita et honestate clericorum designatum, (qua de re perhibenda erunt indubitata testimonia) nunquam vel raro admodum ad minores ordines promovendus sit. Clericorum illorum parentes insuper ac tutores seu quoscunque alios eorum educationi praepositos hortatur sancta synodus, ut propriae obligationi incumbentes eos, quantum poterunt, a nugis et saecularibus illecebris abstrahant, ad studia incitent ac demum flexibilem indolem ad sacrorum, ad verbi divini praedicationum, ad catechismorum ac piarum socialitatum frequentationem suaviter et fortiter adducant. Ubi vero minus multa sunt educationis subsidia, curent saltem, ut in scholis paedagogorum modestiores sint et in parochialibus ecclesiis utiles se praebant, tum celebranti sacerdoti ministrando tum etiam horis assistendo canonicis. Quodsi talia fortunae sint iidem clerici, ut talem sibi vestem comparare queant, eam dominicis diebus ac solemnioribus festis, addito superpelliceo, induant sicque caeremoniis sacris, in parochia fieri solitis, intersint. Jam cavendum restat, ut quilibet clericus in ordinatione ad concilii Tridentini mentem ab episcopis certae alicui ecclesiae pro ipsorum arbitrio designandae addicatur, in qua missae saltem so-

¹⁾ Trid. sess. 22, de ref. cap. 4. Idem conc. Aven. hoc tit. 19.

lemni et vespertinis canonicis horis cum superpelliceo et bireto, adesse consuecat. Quodsi eorum aliquis, ordines sacros petiturus, suo se assistere velit episcopo, non accedat, nisi munitus attestatione parochi sive rectoris parochiae, in qua clericalis ministerii partes assiduus implere debuerit.

CAP. IV.

Ad minores autem ordines promovendi aetatem a conciliis definitam habeant et supradictis instructi sint requisitis ac tali doctrina, ut non solum de qualitate suscipiendorum ordinum eorumque materia, forma et muniis sint respondere parati, verum etiam spem faciant moraliter certam melioris in dies profectus in sacris scientiis et pietate non ficta.

CAP. V.

Quia vero subdiaconatus majorem exigit indaginem, cum sit janua sacrorum ordinum, per quam licet introire in sancta, et unde ad saecularia vota non datur regressus, ideo pluribus experimentis ac diligentiori disquisitione prius opus esse visum est, quam conferatur: vocatio siquidem ordinandi est exploranda, et, quantum fieri potest, compertum esse debet firmum ejus propositum satagendi, ut per bona opera certam suam vocationem et electionem faciat¹⁾. Ad subdiaconatum itaque nullus admittatur, nisi peracto anno in aliqua domo clericali sive seminario, per episcopum designando, nec praesentetur, nisi annum saltem integrum in theologicis studiis insumpserit: ut sic probatus ac paratus, quod sibi tradendum est, ministerium fideliter impleat dignioremque se praestet, qui ad diaconatus ac sacerdotii gradum evehatur.

CAP. VI.

Praeterea, quicumque titulum sufficientis beneficii non possidet, cum ex decreto patrum Tridentini concilii²⁾ ad subdiaconatum ordinari non possit titulo patrimonii, nisi suadente ecclesiae utilitate, vel necessitate cogente: ideo, qui in hac ditione ecclesiastica hunc ordinem appetunt, aliquanto tempore, antequam aperiuntur seminaria, generales hujus provinciae vicarios conveniant, ut de supradicta necessitate vel utilitate secreta et opportuna inquisitio agatur. Qui autem in partibus Galloprovinciae, Occitaniae et Delphinatus degunt, officiales foraneos, quorum integritati summe confidit sancta haec synodus, adeant: ut, pari capta cognitione, ab his ad metropolitanum respective et provinciales, quod compertum fuerit, referatur.

CAP. VII.

In patrimonio autem constituendo seu approbando observare debent promotores fiscales, an assignati redditus annui taxae synodali respondeant; et quamvis ex indulgentia et ratione paupertatis parentum in aeplytis promovendis non saepius eveniat, ut, qui patrimonium instituunt, non ideo sortem aut fundum de manibus amittant, sed scripto et authentico pacto, ne res familiaris deterior fiat, obligare se malint aut ad redditus quotannis pendendos aut ad subministranda clerico alimenta: non inde tamen cuius abusu jurgioso aut litibus dari locum liceat. Idcirco ab assensu talibus contractibus praestando abstinere promotores, donec episcopos consuluerint. Item solita diligentia curent, ne quid falsum aut fraudulentum, ut saepe fit, in ordinantis contemptum detrimentumque ordinandi dictis contractibus inseratur; ad-

vertantque praecipue, ne, dum constituitur patrimonium in favorem unius clerici, toti omnino clericali ordini grave damnum inferatur, excitatis scilicet laicorum querimoniis, qui interdum maledictis insectantur clericorum parentes eo, quod hi filios suos ecclesiae devoveant, non ad augendum numerum ministrantium in templo Dei, sed ad bonorum suorum partem plerumque potiore de taleis aliisque vectigalibus eximendam, in locis praesertim, ubi talia onera imponi solent super aera et libram. Quocirca diligenter inquirendum est ac praecavendum, cum approbatur patrimonium clerici, ne haereditatis portiones, ad caeteros de familia jure legitimae pertinentes, cum assignata eidem clerico portione compliceantur de industria ac commisceantur. Hinc siquidem aliud etiam oriretur clerici grave incommodum: sacerdos etenim factus, alienos haberet ac sustentandos parentes fratresque et familiam totam, injusta patrimonii constitutione depauperatam. Quae omnia offendicula ut tutius vitentur, utque vera, si quae sint, tum ex re familiarum tum ex ordinandi moribus impedimenta facilius detegantur, praecipit praeterea sancta synodus, tres in posterum fieri dictorum patrimoniorum publicationes in loco domicilii vel originis illius, qui patrimonium constituerit.

CAP. VIII.

Sacer presbyteratus ordo caeterorum sacrorum ordinum complementum est³⁾; unde fit, ut summam requirat et ab episcopis ipsam conferentibus et ab ecclesiasticis viris ad tam praecelsam ministerii gradum aspirantibus cautionem ac diligentiam. Quapropter, ne minus apti ac idonei ministri ad cooperandum nobis in dispensatione mysteriorum Dei temere et inconsulto adhibeantur, in hoc maxime insistendum esse censet provincialis haec synodus, ut in praevio examine de vita et moribus, de doctrina ac sufficienti sacrae theologiae peritia ordinandi suis sese probent episcopis omni ex parte admittendos.

CAP. IX.

Quia vero juxta patrum sententiam sancta sancte administranda sunt, sanctaque Tridentina synodus⁴⁾ missae canonem, multis abhinc saeculis institutum, ab omni errore vel erroris suspitione purum esse declaravit, nihilque in eo contineri, quod sanctitatem ac pietatem non redoleat: sat erit, novos presbyteros moneri, ut in hoc legendo eo accuratiores sint ac religiosiores, quo indubitabiliter est, ipsum non nisi ex dominicis aut apostolicis veteri traditione ad haec usque tempora propagatis verbis aut sanctorum pontificum precibus constare.

CAP. X.

Cum autem quosdam ritus et quasdam caeremonias aliaque ad cultum externum pertinentia instituere et adhibere ecclesia catholica voluit, ut sunt mysticae benedictiones, lumina, thymiamata, vestes aliaque id genus multa, quibus sacrificii majestas commendaretur, fideliumque mentes a sensibilibus religionis signis ad mysteriorum, quae in hoc sacrosancto sacrificio latent, contemplationem ac cognitionem devenire possent: ideo pastores tam primi quam secundi gradus serio attendere debent ad Tridentini canones contra disseminatos errores et ad egregium illud decretum de iis, quae observanda et vitanda sunt in celebratione missae⁵⁾;

¹⁾ II Petr. I, 10.

²⁾ Trid. sess. 21, cap. 2, de ref. Aven. hoc tit. 10.

CONCIL. GENERAL. TOMUS XXXVII.

³⁾ Trid. sess. 23, cap. 14, de ref. Aven. hoc tit.

⁴⁾ Trid. sess. 23, cap. 4.

⁵⁾ Trid. sess. 22, decret. de observ. et vitand. in celebr. missae.

quo scilicet decreto episcopis et locorum ordinariis datur a sacrosancta synodo facultas, ut possint, etiam tanquam sedis apostolicae delegati, prohibere, mandare, corrigere, statuere; utque ad ea inviolate servanda, quae statuta fuerint, censuris ecclesiasticis aliisque poenis suo arbitrio fidelem populum compellere valeant, non obstantibus etc.

CAP. XI.

Advertant tandem episcopi, ne quis ex iis, qui sacerdotii gradu ac honore novissime aucti fuerint, primam missam celebret, nisi in seminario vel alia clericali domo modum rite recteque celebrandi missam prius didicerit.

CAP. XII.

Sic definitis, quae ad ordinum susceptionem sive collationem opportuna magis et congrua viae sunt, quaedam etiam decernenda esse concilii patres autumant, quae ad reparandam tuendamque clericalis ordinis dignitatem plurimum conferunt. Quocirca iterum publicari censuerunt constitutionem ultimae synodi dioeceseanae Avenionensis de vita et honestate clericorum, quae scilicet constitutio¹⁾ ex eorundem patrum sententia, communis lex facta, totius jam provinciae clero aequaliter observanda proponitur.

TITULUS XXXIII.

De seminariis.

Seminaria, ubi instituta sunt, recte gubernentur; instituantur, ubi nulla sunt. Qui in eis informandi vitam degunt, educantur ad debitam episcopis reverentiam et obedientiam; exercentur in omni ecclesiastico munere, atque catechetica ac concionatoria edoceantur. De caeteris in pastoralis visitatione pro suo iudicio decernant episcopi.

Prooemium.

Quam vehementer optaverint patres concilii Tridentini seminariorum institutionem ab episcopis sollicite ac diligentèr procurari, nemo nescit. Noverant siquidem viri perspicacissimi et clericalis dignitatis tuendae atque reparandae studiosissimi, quantae id futurum esset utilitatis, si certis in locis clerici ad pietatem et rerum sanctarum scientiam educarentur. Enimvero, sicut haereses multae ex imperitia cleri lapsaeque ab antiqua disciplina moribus ortae sunt; sic ex assiduo ejusdem cleri studio, sacrarum litterarum gnaritate rectaque ac pia institutione juventutis altaribus consecrandae fiet, ut suos fides habeat acerrimos defensores. Quae cum ita sint, ubi instituta jam reperiuntur seminaria, quantam maximam potest, vigilantiam adhibeat episcopus quisque in sua dioecesi, ut recte gubernentur. Ubi vero nulla sunt, de instituendis quam cito satagat, postulata, si necesse fuerit, a summo pontifice beneficiorum collatione ac etiam multiplicitate accessione ad tanti operis consummationem, et exstimulatis consiliis primariisque viris, ut sui intercessus operam opportunaque subsidia ad concivium clericalem educationem pro rei momento conferant.

CAP. I.

Cum autem clericales domus, quae seminaria nuncupantur, sint antiquo more ac jure domicilia episcoporum, ideo vult sancta synodus, in hoc potissimum standere atque incumbere sacerdotes omnes, qui domos id genus regunt, ut, clericis sibi commissis dum rectam vitae rationem praefini-

unt, eos itidem ad debitam episcopis reverentiam et obedientiam educare nitantur. Hac etenim, veluti corpus nervis, coalescit in unum totus ecclesiasticus ordo mirisque modis coagmentatur.

CAP. II.

Cum pariter domerum illarum institutio ad hunc praecipue finem a Tridentino concilio commendata fuisse videatur, ut alumni in iis conviventes utili scientiarum suppellectile instrui et ad munia clericalia exerceri possint; idcirco earum superiores et rectores, quorum pietati ac prudentiae valde confidimus, hortatur sancta synodus, ut fiduciae nostrae plene respondeant, omnimodam scilicet adhibendo diligentiam in edocendis clericis, de iis praesertim rebus, quae ad ecclesiarum cultum atque ministerium, ad animarum curam, ad munia curialia pertinent, quales sunt ritus sacri, caeremoniae, rubricae, theologia moralis et modulatio cantus Gregoriani, quem *planum* appellant. Non ad haec tamen, tanquam ad officii sui metas, haereant supradicti seminariorum moderatores. Operae enim pretium est, clericos ad explicanda etiam christianae doctrinae rudimenta sacrasque orationes ad populum apposite habendas erudiri, ut sic exercitati habiliores fiant fungendo muneri, quodcumque illud sit, ad quod ab episcopis sunt aliquando destinandi.

CAP. III.

Caetera, quae ad praedictarum domuum disciplinam aut condendam aut firmandam augendamve in melius conducere possunt, metropolitani respective et comprovincialium iudicio in visitatione pastoralis disponenda relinquit sancta synodus.

TITULUS XXXIV.

De residentia.

Canonicis, beneficiariis ac praesertim parochis praecipitur residentia. Legitimae absentiae ratio praefinitur.

Prooemium.

Quanquam observandae residentiae variis in locis provideat sancta haec nostra synodus, ubi scilicet de episcopis, de canonicis, de parochis mentio est; cum tamen a Tridentinis patribus tam explicate ac distincte vetitum sit, ne quis assidue in propria ecclesia commorationis immunitatem sibi arroget; nonnulla hic etiam super hac re definienda videntur. Prae caeteris itaque caveant parochi, ne a parochia sua tridui spatio diuturnius unquam absint, nisi permessa sibi facultate, ab episcopo seu vicario generali scripto et gratis danda. Haec autem scripta facultas causas memoret longioris absentiae nec petenti concedatur, nisi subrogato idoneo et approbato sacerdote, qui absentis vices gerat.

CAP. UNICUM.

Quoad canonicos et beneficiarios inquirat episcopus quisque in sua dioecesi, an dies vacationum, quibus illi de consuetudine a residentiae lege solutos se credunt, excedant limites a Tridentino praescriptos, ut, si forte quid praeter jus fuerit usurpatum, prudenter et ex aequo recidatur, salvis tamen statutis capitularibus, quatenus ea fuerint a sede apostolica confirmata. Prohibet insuper sancta synodus, ne usquam fiant ex horis dies, neque ex diebus et horis menses absentiae seu vacationum, de quibus in decreto Tridentini, sessione XXIV., cap. XII., nisi in ecclesiis, ubi ex fundatione, privilegio apostolico aut statuto a sede apostolica specialiter confirmato aliter fuerit ordinatum.

¹⁾ Vide tit. huius concilii 24.

TITULUS XXXV.

Constitutio de vita et honestate clericorum.

Prooemium.

Et perpensa utilitate uniformis in tota provincia disciplinae concluditur, quaedam in hoc etiam concilio esse statuenda, quae ad vitam et honestatem clericorum pertineant, quarumvis haec de re in unaquaque dioecesi cautum fuerit.

Fuit quidem a metropolitano et comprovincialibus episcopis caute et opportune in unaquaque dioecesi publicata constitutio, qua quisque pro sua pastoralis vigilantia eam vivendi regulam observandam clericis suis proposuit, quae et clericalis ordinis dignitati foret consentanea, et ecclesiasticis viris laicorum laudem ac existimationem conciliare posset. Nihilominus tamen reverendissimi concilii patres, tum unanimiter manifestandae tum maxime perfectae morum convenientiae in totam hanc provinciam inducendae causa, leges quasdam ad clericorum vitam et honestatem pertinentes hic astruendas censuerunt. Perlectis itaque Tridentini¹⁾ concilii decretis statutisque, in synodis praedecessorum nostrorum olim conditis²⁾, haec, quae sequuntur, decerni ac definiiri commodum duxit sancta synodus et per necessarium.

CAP. I.

De habitu clericali.

Vestis talaris deferatur ab iis, qui in sacris dignitate, beneficio etc. constituti sunt. Poena suspensionis atque etiam gravior contumacibus proponitur. Pallium brevius ne adhibeatur, nisi urgente caeli inclementia. Profanarum vestium usus prohibetur.

Omnes ecclesiasticae personae, quae aut in sacris sunt constitutae, aut dignitates, personatus, officia seu beneficia quaecumque obtinent, si post publicationem praesentis synodi unam saltem talarem vestem nigri coloris diu noctuque deferre neglexerint, suspensionem incurrant, etiam pro prima vice, juxta Tridentini mentem³⁾. Pro secunda et tertia, si semel correcti monitque fuerint, privationibus aliisque canonicis poenis ab eodem Tridentino inflictis omnino subjaceant. Prohibet insuper sancta synodus, ne confessarii similibus tribuant absolutionem, quam nimirum episcopis et vicariis generalibus tantum reservatam declarat. Ad decentiam autem clericalis ordinis, maxime in hac civitate aliisque episcopali residentia decoratis, praecipitur etiam, ut deferatur pallium ejusdem coloris et longitudinis, sub poenis pro qualitate locorum et personarum arbitrio episcopi repositendis. Tempore vero incommodo et diebus, quibus caelum inclementius est tum ex vehementi ventorum impetu tum ex densis imbribus, usus pallii brevioris, at coloris ejusdem, indulgetur, dummodo tamen talaris vestis demissa semper appareat. Cum autem aliquorum de clero tanta sit audacia, ut vel itineris faciendi vel licitae occupationis causa sive occasione profanas induant palamque gerant vestes, laicorum indumentis haud absimiles: hoc etiam vestium genus, ecclesiastico instituto parum consonum, clericis omnibus, supra citato concilio inhaerens, sancta haec synodus omnino interdicit.

CAP. II.

De cauponis et tabernis.

Cauponas frequentantibus suspensionis poena ac ipsa etiam fructuum beneficii privatio denunciat: excipiuntur tamen iter habentes, at itineris condiciones praefiniuntur.

Si quis cauponas seu tabernas⁴⁾ praeterquam itineris faciendi causa adierit, suspensionem in-

¹⁾ Trid. sess. 22, de ref., cap. 1.

²⁾ Aven. concil. hoc tit. 32.

³⁾ Trid. sess. 14, cap. 6, de ref. Bulla Sixti V. 92, quae incipit: *Sum sacrosanctas*, etc., 9 Jan. 1589. Conc. Aven. ibid.

⁴⁾ Conc. Aven. ibid.

currat, episcopis reservatam ut supra, etiam pro prima vice; hoc enim popinonibus clericis jure dici potest, quod inordinate comessantibus Corinthiis ait apostolus¹⁾: *Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Aut ecclesiam Dei contemnitis?* In casu vero repetitae ac recidivae culpa postquam trinam monitionem ad privationem etiam fructuum beneficii pro tempore arbitrio episcopi procedi, sancta synodus mandat. Ut autem omnis arbitrariae interpretationis tollatur occasio, dum aditus ad cauponas permittitur ratione itineris, intelligendum hoc est de itinere saltem unius diei sive diaetae legalis, eoque non ad simplicem oblectationem, sed legitima de causa suscepto.

CAP. III.

De spectaculis et ludis publicis²⁾.

Abstineant clerici a spectaculis ac ludis publicis: sua minus, canonicis poenis aliisque arbitrio episcopi infligendis multandos se esse sciunt. Severius etiam cum iis agatur, qui larvam sive personam alienam induere aut choris interesse ausi fuerint.

Si quis item a spectaculis, vulgo *opera, comedies*, seu ludis publicis, vulgo *brelands, billards, jeux de paume*, seu hortis, in quos convenire solent quicumque laeores, interfuerit, canonicis ille poenis, juxta sacrorum conciliorum severitate injunctis, aliisque arbitrio episcopi pro qualitate transgressionis et scandali injungendis se noscat obnoxium. Sed rigidiori animadversione ferietur, quicumque clericus larvatus aut personatus per civitatem incedere aut privatas etiam sic adire domos, choreas ducere vel frequentare ausu temerario praesumpserit: suspensionem enim incurrat pro prima vice; quodsi a similibus non abstinerit, fructuum etiam beneficii seu pensionis privatione multabitur, donec inemendabilis indolis suspicionem iterati actus poenitentiae non fictae prorsus diluerint.

CAP. IV.

De balneis.

Qui balneis sive lavatione utuntur minus modeste, canonicè puniantur.

Item, si quis clericus ex medicorum consilio vel ad corporis munditiam balneorum beneficium experiri debuerit, eis utatur caute ac modeste et in locis, quantum fieri poterit, a feminarum et laicorum intuitu atque consortio remotioribus; si secus fecerit, pro inobedientiae ac immodestiae modo canonicè puniatur.

CAP. V.

Propositis supra legibus ac poenis subjectos esse declarat sancta synodus clericos, ecclesiasticam pensionem possidentes, quae summam conficiat scutorum 60.

His ita definitis, iisdem obligari legibus³⁾, eadem supra statutis obtemperandi necessitate, premi, iisdemque poenis, si jussa neglexerint, coerceri mandat sancta synodus clericos omnes, pensionem ecclesiasticam possidentes, modo summam attingat scutorum sexaginta monetae patriae.

CAP. VI.

Tonsura vel minoribus ordinibus initiati nigram aut saltem baeticam vestem gerant. Similis etiam vestis usus conceditur clericis, de beneficio, capellania aut pensione provisum, quamdiu inferiores scholas frequentant. Quisque tamen coronam in capite habeat pro ordinis sui ratione.

Si quis clericus in simplici tonsura vel ad minores ordines assumptus, vestem nigri aut saltem baetici coloris, gallice *minime*, tribus minimum digitis subter genua protractam, simplici methodo

¹⁾ I. Ad Cor. XI, 22.

²⁾ Conc. Rom. ibid.

³⁾ Conc. Aven. ibid.

confectam et modestiae, quae clerum decet, accomodatam, una cum lineo colli amictu, vernacule *collet*, non detulerit: si parochi vel magistri sui exhibitio testimonio non probaverit, se eam assidue gestasse: ab ordinationibus publicis et a susceptione subdiaconatus ad tempus pro episcopi arbitrio ac pro negligentiae modo arceatur. Consimilis autem vestis brevioris usus iis quoque clericis indulgetur, qui provisi sunt de beneficio seu capellania seu pensione, ut supra, quamdiu ratione studiorum inferiores collegiorum classes frequentabunt: hoc vero illis conceditur, ne scholaribus ludibrio sint. Supradictis tamen omnibus sancta synodus mandat, ut coronam ordini suo congruentem in capite habeant.

CAP. VII.

Clerum hortatur sancta synodus, ut supra conditarum legum observantissimus quisque et ordinis sui dignitati et proprio nomini consulat iramque caelestem, in sacrarum ministeriorum contemptores accessum a se avertat.

Quae huc usque ad clericalis ordinis decus, probante synodo, fuerunt definita, eo fidelius ac religiosius servanda in posterum fore, confidunt patres concilii, quod nihil aut genio ad novitatem propenso aut vano statuendi pruritu incitati decreverunt: sed ea praeceperunt tantum, quae tanquam debitores legis in selectioribus ecclesiasticae disciplinae regulis seu sacris canonibus contenta reperierunt et ad cleri memoriam duxerunt revocanda. Clerum ideo hujus provinciae sancta synodus hortatur in Domino, ut tam sanctis, monitis instructus, ordinis quisque sui dignitati consulat bonamque sibi eorum, qui *foris* sunt, existimationem conciliet, utque meritam ex sacrarum ordinationum contemptu supremi numinis iram atque vindictam a se avertat.

CAP. VIII.

A saecularium negotiorum procuratore abtineant, qui in sacris ordinibus sunt constituti: nec vignieratum aliave id genus laicorum officia unquam exercent.

Cum sacris canonibus vetitum sit, ne sacerdotes, quos fidelibus et documento et exemplo esse decet, saecularibus se negotiis immisceant: ideo ad tollendum ac eradicandum funditus usum, qui in hac provincia nimis certe invaluit, nempe ut sacerdotes alicui ordinibus sacris adstricti procuratores constituantur quorumcunque saecularium et officia civilia exercent, prohibet sacrum concilium provinciale, ne quis deinceps sacerdos neve quis alius in ordinibus sacris constitutus ullo modo ac praetextu (omni pariter fraude ac collusione prohibita) saecularium negotiorum procuracionem suscipere possit, sive pacto stipendio sive absque mercede soloque grati animi ac necessitudinis incitamento adductus: poterit tamen titulo charitatis, sed annuente episcopo, cujus praevia licentia, sub poena suspensionis arbitrio episcoporum, infligenda, requiritur.

Praecipit item sancta synodus, ne quis munere praetoris sive vigerii baronum sive alio officio, civili et laicali fungatur, sub eadem poena.

CAP. IX.

Non gaudeant privilegio fori nec vectigalium seu talearum immunitate clerici, qui praesenti constitutioni de habitu clericali deferendo non obtemperarint.

Jam vero clericus, quicumque recesserit a lege deferendi clericalem habitum ad formam praesentis constitutionis, post triplicem monitionem non gaudebit privilegio fori nec vectigalium seu talearum immunitate: reservato tamen episcopis jure reclamandi eum in casu criminalis inquisitionis, per curiam laicalem faciendae.

TITULUS XXXVI.

De matrimonii sacramento.

Matrimonii sacramentum potentes moneantur de conjugalis vitae officio. Ab ecclesiasticis legibus ritibusque ne solvandos se esse putent nobiles. Superstitiosae muliercularum opiniones a nubentibus exuantur. Inita invidiose coram inuito parcho consubia inter causas reservatas recensita et ad competentem judicem deferenda. Pari cum eis ratione agatur, qui filiarum suarum stuprationi assenserint spe optimi matrimonii. Inconsultiis parentibus, ne contrahant filii filioque familiae. Tollantur a nuptiis comestiones immodicae, quibus ne vocati quidem intersint parochi. Publicationes ita fiant, ut juxta mentem ecclesiae prosint. Episcopos consulat parochi, ubi de exteris matrimoniis jungendis agitur. Puerperae tandem, cum primum a partu in publicum prodeant, Deo in ecclesia parochiali gratias agant et pastoris sui benedictione maniantur.

Prooemium.

Septimum est sacramentum matrimonii, quo verbi divini cum natura humana mirabilis consociatio mysticumque Christi cum ecclesia sua connubium significantur, dicente apostolo¹⁾: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in ecclesia.*

Hoc igitur quoties administrari contingit, curent parochi omnes vel ii, qui ab episcopis ex causa delegati fuerint, ut sancta nunquam non praecedat monitio de dignitate sacramenti, de conjugum obligationibus, de fide servanda, de mutua charitate fovenda, de pueris diligenter ac religiose educandis, de confessione ac communione praemittendis, ut sponsi talibus instructi gratiam, quae a tanto sacramento confertur, in vacuum non recipiant. His vero praemissis, ad formam ritualis Romani celebretur matrimonium, nunquam tamen vespertino tempore nec in monialium sacellis, absque episcopi licentia scripto concessa.

CAP. I.

Quoniam vero eo progressa est humana superbia, ut plerique proceres ac nobiles sese cum plebeis commisceri et in contemptionem adduci putent, nisi ab omni ecclesiasticarum legum seu rituum observatione, in matrimoniis potissimum celebrandis, cum eis dispensetur, quibus tamen legibus, eo lubentius obedire, eo reverentius subjicere se debent, quod in religione praesertim ac religionis professione exemplum ab ipsis multitudini praebere convenit, eosque maxime decet ejusdem esse fidei, quam cum aliis profitentur, studiosiores et tam verbo quam opere praecipuos assertores: eos ergo sancta synodus monet et moneri saepe a parochis confessariisque praecipit, ut, semota natalium vana ostentatione, sibi persuadeant, nunquam melius dignitati ac claritati originis esse consultum, quam cum fideli sanctorum legum executione nobiliorem hominis partem, quae anima est, prae omnibus familiae insignibus a stimari diligique ostenditur.

CAP. II.

Quasdam autem inanes persuasiones sive praecipuae mentis deliraciones, ex muliebri quidem credulitate ac imbecillitate potius quam ex animi praevitate procedentes, at in hoc tamen superstitioni proximas, quod certi quidam hebdomadae dies (unum pro omnibus exemplum satis sit) contrahendis matrimoniis infuati existimentur, damnat ac improbat sancta synodus: hortaturque parochos hujus provinciae, ut ridiculas illas opiniones penitus aboleant et eradicent ab animo fidelium, qui nimia simplicitate in errorem adducti, dum muliercularum somniis ac fabulis temere credunt, gratias

¹⁾ Ephes. V. 32.

ex sacramento prodire solitis privantur graviterque peccant in Deum institutorem, qui sanctificare conjuges voluit ac potest qualibet die ac hora, modo sint ad percipiendos sacramenti fractus bene comparati.

CAP. III.

Alius etiam tollendus est abusus, isque certe gravissimus. Cum enim nemo prorsus ignoret, clandestina matrimonia a concilii Tridentini patribus¹⁾ improbata necnon damnata fuisse, novam machinata est fraudem humana nequitia. Vesani siquidem amatores cupidoresque inordinati conjugii captiosae non minus quam audacter parochia aliquando insidias tendere non dubitant, eosque, ut susceptum negotium ex sententia periciatur, variis sic artibus nefarie circumveniunt. Incautos nempe alieno tempore et indebitis horis adeunt parochos; multa fingunt simulantque; testes sibi adasciunt propositi sui conscios; expetitam puellam secum adducunt; tum solitis verbis enuntiata coram mutua nupturientium fide ac voluntate, verum se matrimonium contraxisse declarant; denique tandem allegatis palam testimoniis, quibus constat intercessisse praesentiam proprii parochi, ausis confidenter fruuntur suis, et de dolo malo tanquam de rite ac legitime facto gloriantur, quamvis ecclesiam matrem pastoresque debita fraudarint reverentia, sacrorumque canonum auctoritatem spreverint. Sancta itaque synodus, tam effraenatam licentiam in hac provincia cohiberi volens, non solum corporalibus poenis, episcoporum arbitrio infligendis, sed censuris etiam ecclesiasticis talia committentes in posterum vel attentantes, testes pariter et fautores ac consilium operum in similibus praestantes puniendos esse censuit. Tantum praeterea facinus tamque audacem irreverentiam in casuum reservatorum elenchum referri, mandant hujus concilii patres et ejus absolutionem episcopis eorumque vicariis generalibus reservatam pariter declarant, injungentes parochis omnibus, ut de nefaria illa in leges ecclesiasticas molitione statim conquerantur coram competenti iudice, qui ad debitam castigationem, servato provinciae more, procedere possit.

CAP. IV.

Saepe etiam parentes (sive ingenii imbecillitas sit, sive damnanda industria), dum filiarum suarum matrimonium cupide et ambitiose meditantur, incautos juvenes, eos scilicet, quibus rem amplio domi esse putant, malis artibus conantur seducere et artiori oblatas consuetudinis nexu obstringere, ut liberae familiaritatis illecebra capti paulatim tirones incallidi, ad expetitam nuptiale promissum ac pactum deveniant, tandemque territi metu iudicii criminalis, in nuptias ipsas facilius certiusque conjiciantur. Hinc autem cum tot orientur scandala, repudia, lites, familiarum discordiae ac ruinae: tam gravi malo salutaribus ac efficacissimis remediis hujus sanctae synodi patres occurrendum existimant. Quoties crimen hoc, lenocinio proximum, ex legitimis probationibus constare contigerit, in reos ut inquiratur ac pro modo culpae actio intendatur, diligentissime curabunt. Ut autem tanti delicti gravitas parentibus innotescat magis, ut supradicti pudicitiae proditores terreantur, utque fiant cautiore et religiosiores in urgendis filiarum suarum nuptiis, sic statuitur: si pater vel mater illicitam propriae filiae copulam, etiam sub spe futuri matrimonii, directa vel indirecta consensione adjuverit, ejus absolutionem episcopis pariter esse reservatam, declarat sancta synodus.

¹⁾ Trid. sess. 24, cap. de ref. matrim.

CAP. V.

Saepe idcirco moneri debent a parochis et confessoris filii et filiae familiae, ut nunquam, incois et inconsultis parentibus, maritentur fidemve obligent suam. Sicut enim, parentum expectato consensu, divinis humanisque legibus debitam reverentiam praestant ac obedientiam, cujus ipso pollicente Deo praemium est longaevitae¹⁾; ita inobedientia in re tam gravi, cum praeepti violatio sit Deo et hominibus exosa, origo et fons merito dici potest, unde tot infausta connubia et conjugum fastidia, moerores, damna, odia scaturire videntur.

CAP. VI.

Quodsi in matrimoniis celebrandis vel eorum occasione alii pejores abusus nobis adhuc ignoti forte irrepserint, eos statim atque notuerint, validis remediis corrigent metropolitanus respective et comprovinciales episcopi. Comessiones interim minus sobriae, quibus contaminari solet nuptialis laetitia, si omnino tolli nequeant, ut saltem in diem posteram remittantur et ad moderationem reducantur christiano conjugio dignam, hortatur sancta synodus et a parochis tempestive auferri cupit; quod enim in matrimonio sacrum est, intemperantiae gaudiiisque profanis et immodicis misceri dedecet. His autem ne intersint parochi, etiam vocati, omnino prohibetur.

CAP. VII.

In hujus provinciae dioecibus²⁾ matrimonia nunquam, nisi dominicis festisque diebus³⁾, quantum fieri poterit, iis tamen intervallatis sive interpolatis, et inter missae parochialis solemnibus denuncientur ac publicentur. Sponsi sponsaeque nomen et cognomen clare et articulate exprimantur; non omitantur qualitates et indicia, quibus illi ab omni alio ejusdem secum nominis et cognominis distingui ac discerni possint; vitetur frequentioris populi concursus, etiam occasione expositionis sanctissimi et benedictionis accipiendae congregati; nec factas publicationes scripto testificetur parochus nisi post elapsam ab ultima diem integrum. Quia vero, magno fidei publicae multorumque honestatis damno, evenire potest, ut, futuras nuptias dum promulgare habent parochi, contrahere volentium nomina confuse et submissa voce (sive ars sit, sive negligentia) sic proferant, ut circumstanti plebi prope inaudibilia sint, indeque inutilis fiat ac quasi nulla promulgatio: ideo monentur parochi eorumque vicarii, ne talia in posterum attentent, poena interdicti ipso facto incurrendi. Ad impetrandam autem publicationum immunitatem exhibeatur fides baptismatis, unde eorum, qui proximum conjugium meditantur, patris et matris nomen erui possit, de quo in posterum mentio habeatur in ipsis dispensationibus concedendis. Haec vero cautio sollicito adhibeatur, ut vitentur errores pene inextricabiles, in quos saepius ex nominum praenominumve aequivocatione et ambiguitate inducuntur bene multi, dum de haereditate litem habent, quam procul dubio perdituri sunt, nisi, quaecumque ad decedentiam sive originem suam pertinent, manifestare possint.

CAP. VIII.

Advertere etiam debent parochi, ne nimis lata suarum facultatum interpretatione credant, se posse ad matrimonii celebrationem procedere, inconsulto episcopo, vel sine ejus dispensatione³⁾, si agatur

¹⁾ Exod. XX, 12.

²⁾ Trid. ibid.

³⁾ Trid. sess. 24, cap. 7, de ref.

de exteris; quandoquidem experientia nobis compertum est, ex tali saepe arbitrio evenire, ut specie legitimi matrimonii adulteria et concubinae impune tolerentur. Et quidem, quamvis extraneorum vel vagorum hominum matrimonio interdum in episcoporum cancellariis justa opponantur impedimenta, cum tamen oppositiones illae sive intercessionis vix notae esse possint parochia, facile est, hos deludi ac circumveniri, dum sibi a domicilio in sua parochia subdole fraudulentisque fixo aut ab exhibita falsa baptismatis statusve liberi testificatione non satis cavent. Haec itaque causa est, cur nimiam parochorum in conjungendis concubiis confidentiam improbat sancta synodus ac damnat poena interdicti, ut supra.

CAP. IX.

Denique mandant concilii patres, ut puerperae, cum primum à partu foras prodierint, ad ecclesiam parochialem, Deo gratias acturae, se conferant, ibique benedictionem a paracho, quantum fieri poterit, juxta divi Caroli praescriptum, suscipiant.

TITULUS XXXVII.

De officio parochi.

Prooemium.

Doctrina et ovium suorum amore ac studio praestet parochus.

Sacerdotes quidem omnes doctrina et sanctitate morum prae aliis eminere oportet, utpote qui augustissima religionis mysteria tractant, conficiunt populoque dispensant; parochos tamen, qui in domo Dei et sacerdotali characterè insigniti et ad pastorem animarum curam destinati sunt, insigniori quadam eruditione, pietate, studio aliisque virtutibus atque animi dotibus instructos esse decet, ut tanto suo pares esse possint oneri. Cumque divini pastoris Christi Domini vices obeant, non solum, ne ab ipsis quidquam desideretur, quod ad propriarum ovium salutem pertineat, admitti debent, sed etiam erga eas ita esse affecti, ut labores, vigiliis, curas aerumnasque perferre ac mortem ipsam pro grege, si necessitas postulaverit, optere parati videantur, ejus scilicet, qui pro ovibus suis animam posuit, exemplum intuentes et expressam in se charitatem factis exhibentes.

CAP. I.

Fidelibus evangelicum panem assidue frangat.

Quia vero parochiale munus non in eo tantum consistit, ut fidelium animae caelestium sacramentorum pabulo reficiantur, verum etiam, ut salutari doctrina verbisque aeternae vitae nutriantur, summo esse debet parochis studio, ne commissae ipsi plebi documenta necessaria opportunaque hortamenta unquam deficiant, diebus maxime dominicis. Pastorales autem, persuasorios et praecipis plenos, potius quam eloquentes sermones, habeant. Dicendi materiam eruant ex ipso diei evangelio¹⁾. Hoc breviter atque ita dilucide explicent, ut populus etiam rudior religionis nostrae mysteria pro suo captu erudiri queat. Denique nec ea, quae promulgari vel annunciari solent inter missae parochialis solemnias, tam circa festos quam jejuniorum dies proxime imminentes, nec ea, quae ex officio, per modum deprecationis recitanda sunt, omittant.

CAP. II.

Pueris, quadragesimali praesertim tempore, erudiat ad primam corporis Christi assumptionem.

Licet autem jam, ubi de catechismo actum est, data sint monita opportuna, quae ad juventutem

catholicae fidei praecipis imbuendam pertinent: hoc tamen parochis nunc etiam commendandum restat, nimirum ut eorum quisque, praeter generalem rudimentorum fidei explicationem, pueros et puellas aetatis idoneae¹⁾ singulari studio edoceat aut edoceri faciat de iis omnibus, quae ad primam corporis Christi assumptionem necessario requiruntur. Ad hoc vero curam operamque suam conferat, quadragesimali praesertim tempore, ut ad communionem paschalem dignius deinde ac ferventius accedant.

CAP. III.

Verbi divini ne deprimat dignitatem, dum populariter catechizat. Aegrotis ac egenis opportunam ferat opem. Non alias famulas ille, haud secus ac caeteri de clero, quam probas easque saltem quadragesimas habeat domi.

Quodsi ad rudium puerorum commodum utilitatemque attineat vernaculam linguam adhiberi²⁾, ridiculis ac vilibus proverbiis non utatur in dicendo parochus, sed potius ita sit memor dignitatis, qua decet praedicari verbum Dei, ut ab ea ne tunc discedat quidem, cum ad ingeniorum tarditatem accomodate dicere laborat. Aegrotos maxime cordi habeat, nec in propinquos consanguineosve suos ea sit voluntatis propensione, ut pauperes parochiae suae familias negligat, quas tamen in iis, quibus urgentur angustiis, non modo paternae consolationis adminiculo recreare, sed († et) elemosynarum etiam subsidio interdum reficere debet atque sustentare. Talem autem dum se praestabit, patrem in pastore dignoscent parochiani, nec ei ad miserorum levamen sic parato convicia solita facient ob superfluentem ex proventu ecclesiastico pecuniam in nepotes alendos, egenis inhumane derelictis, impensam. Caeterum, si consanguineis ad rei domesticae curam famulatumve non utatur, ancillas ad minus quadragesimas sibi eligat (hoc autem omni pariter clero statutum esse intendit sancta synodus), quarum probi et probati sint mores, quas seorsum vivere juvet, et quae sodales puellas, si quibus familiaritate devinctae sint, in ipsa claustra raro admodum ac fere nunquam intromittant.

CAP. IV.

Rarus citra necessitatem vagetur. Alienis nunquam odiis faveat, nec cuiquam sit devinctior. Abstineat a profanis. In cibo et potu moderatus sit ac temperans.

Parochi raro per urbes et oppida vagentur, nisi urgente ministerio. Ut autem a conviviis popularibus ac querimoniis tuti sint, nullam in similitudinibus ac inimicitias partem habeant, nec cuiquam se factionum fautori unquam adjungant. Imo vero in hoc maxime studium collocent suum, ut se ab omni arctioris necessitudinis vinculo aut caute expediant, aut sedulo defendant: ne, dum alios negligunt aliorumque parant sibi gratiam ac fovent, inter parochianos, ac praesertim superbos inter loci primores plebemque atomachosam, suboriantur aemulatio quaedam invidiae proxima et ministeris sacramentorum semper damnosa. Quod de clericali vitae norma in nostra jam constitutione decretum fuit, hoc sibi dictum praecipis ac praecipitum intelligant: eos enim, qui caeteris praefecti sunt, prae caeteris etiam abstinere oportet a mundania oculorum auriumque oblectamentis. Histionum, circulatorum aliorumque turpia et obscena canentium petulantiae non solum adversari debent, verum etiam impedire, ne applaudat multitudo aut assuescat. Praeterea temperantiam in cibo et potu, quae firmissimum est castimoniae munimentum, fideliter et inviolate servent eandemque parochia-

¹⁾ Trid. sess. 22, cap. 8, et in decreto de observandis, in ocl. missae.

²⁾ Trid. sess. 24, cap. 7, de ref.

³⁾ Conc. Aven. hoc tit. 42.

nis sua servandam saepe proponant. Cogitent autem difficile omnino esse, cum ad alienam utilitatem ac salutem apposite et efficaciter dicere posse, cujus mens immodicae comensationis usu obtorpuerit.

CAP. V.

Caveat sibi ab avaritiae sordibus ac nimiae: quodque superat de beneficii proventibus, sapienter impendat.

Quod spectat ad sordidae tenacitatis ac avaritiae famam, quam laici clericis inurere solent, ea ut omnino vitetur a parochia, summopere optat sancta synodus. Ne itaque id, quod sibi ratione congruae assignatur, vel quocumque alios redditus adventitios, quos *casuales* nuncupant, in alios impendant usus praeter modicum ac decentem sui victum cultumque; tum si quid redundat, in pauperum levamen erogetur. Nunquam quippe pastorum auctoritas labefactatur et enervatur magis, quam cum ipsi opes exaggerandi cupiditate flagrare videntur.

CAP. VI.

Non indecori lucri cupidus sit.

Quoniam vero eos maxime dedecet lucri faciendi occasiones nimis avidè insectari, hoc synodali decreto ipsis strictè injungitur, ne quis ex ipsis, sive perpetuus sit sive ad nutum amovibilis, audeat immiscere se exactionibus seu conductionibus bonorum juriumve spectantium ad priores, decimatores dominosve aut *barones* oppidi suae curae crediti, poena suspensionis ipso facto.

CAP. VII.

Residentiae legibus ac conditionibus obtemperet: nec lites ultro sectetur.

Decretum¹⁾ sacri concilii Tridentini de residentia fideliter a parochis servetur: et, quoties longiori absentia opus erit, episcopi assensionem sibi quaerant, memoratis legitimis causis, quibus impetrari expetita licentia possit, et subrogato vicario, qui absentis munere rite fungatur. Quia autem litigandi cacoethes sive prurigo nonnullos ita parochos agit, ut varias saepe profectionum et absentiae causas comminiscantur, eos primum sancta synodus hortatur in Domino, ut, si de re familiari agitur, litem movendam sive defendendam committant fratribus aliusve consanguineis: praesertimque optat, ut res, quoad ejus fieri poterit, cum bona gratia et semota omni cavillatione forensi componatur: sin autem de juribus seu praeseminentiis curialibus agendum sit contra priores decimatores sive curatos primitivos, non intendatur lis, quin petitum prius fuerit consilium ab episcopo, qui vel tempore visitationis vel extra, discussis citra iudicium, ac disceptationem querimoniarum civiliumve *instantiarum* causis, dabit operam, ut fiat *aequalitas*²⁾ contentionumque dirimendi vias aperiet.

CAP. VIII.

In alienis disidiis unam pacificatoris induat personam, unum manus exerceat.

Caveant pariter, ne se unquam motis movendive inter parochianos suos litibus ingerant, nisi vero nec ementito studio conciliandae pacis adducantur.

CAP. IX.

Propriis quidem juribus prospicere laudabiliter potest: non ita tamen utilitati serviat suae, ut ipsa ecclesiae suae jura negligat.

Propria quidem jura tueri laudabiliter possunt ac debent parochi: at non minus praestabile est, assiduam eos operam navare tum servandis eccle-

siae suae juribus rebusque mobilibus aut immobilibus, tum etiam perquirendis ac recuperandis actis seu instrumentis, quibus probatur aliquid fuisse vel testamento, vel legato, vel gratuita donatione ipsi ecclesiae relictum. Quocirca moneant saepe tabularios seu notarios locorum ut, si quid hi suis in actis scriptum noverint, quod sit in rem utilitatemque ecclesiae, quamprimum revelent, sub poena excommunicationis, juxta caput: de testamentis et legatis, concilii provincialis domini Taurusii³⁾: utque intra triduum post mortem testatoris legata pia, si quae sunt, parochis nota faciant, mandanda scilicet fundationum sive legatorum quorumcumque libro, in quo et notarii et fundatoris aut testatoris et anni dieique mentio non omittatur. Liber autem praedictus penes parochum et in tuto positus remaneat, successori deinde fideliter tradendus ab haeredibus ipsius, sive a consulibus, sicubi forte in more positum sit, ut acta aliaque parochiae documenta, dum vacat beneficium, in archivis publicis ad majorem cautelam, facto prius coram testibus inventario, recondita serventur.

CAP. X.

Baptismata, matrimonia mortuosque in acta referat ad normam praesentis concilii. Nihil in ecclesia palam denunciet nisi caute et legitima auctoritate fretus.

In baptismatum, matrimoniorum et mortuorum codice non alia scribendi adhibeatur forma quam ea, quae a praesenti provinciali concilio probata jam et praefuita, typis deinde mandanda et publicanda est. Sic autem baptismatum et mortuorum acta conficiantur, ut nativitatis respective ac mortis hora, quantum fieri poterit, memoretur.

Nihil a parochis in ecclesia denuncietur, nisi ex legitima potestate procedat: nunquam vero quidquam, quod ad privatas personas earumve jura et res familiares pertineat, Monitoria insuper, licet a competenti iudice ecclesiastico prodeant, a parochia tamen et eorum vicariis non publicentur, nisi consulto episcopo: episcopus autem ea non concedat nisi gravissimis de causis, re mature perpensa, et alia non suppetente ratione conquerentium damna resarciendi.

CAP. XI.

Convenientes sibi libros comparet ac legat. Concilium Tridentinum ejusdemque catechismum penes se habeat. Uno rituali Romano utatur. Gregis sibi commissi rationem a se aliquando reposcendam esse cogitet.

Congruentem sibi librorum suppellectilem comparent parochi, ut ex assidua sanctorum codicum lectione rerumque divinarum meditatione optimam scripturarum consolationem capiant⁴⁾, ut parochiales sollicitudines patientia tolerare doceantur et, quaecumque ad suam doctrinam scripta sunt⁵⁾, ita in propriam utilitatem convertant, ut et plebis christianae institutioni ac eruditioni doctiores ipsi sufficere valeant. Nec avaritiam suam aut segnitiam paupertatis patrocinio protegant parochi ac secundarii, dum negant, libros se habere posse: quandoquidem locupletissimam sacris concionibus hortationibusve materiam suppeditat accurata lectio unius breviarii Romani: in quo scilicet congestae reperiuntur selectiores patrum homiliae, praecipua scripturae loca sanctorumque vitae, et unde, tanquam ex promptuario, nova facile hauriri possunt qualibet die dicendi argumenta. Concilium insuper Tridentinum, ejusdem catechismum ac rituale Romanum sedulo prae manibus habeant eoque uno in tota provincia utantur: rituum siquidem varietas

¹⁾ Conc. Aven., tit. 56, de testamentis.

²⁾ Rom. XV, 8.

³⁾ Ibid. XV, 6.

⁴⁾ Trid. sess. 6, cap. 2, de ref. et sess. 22, cap. 1, de ref.

⁵⁾ H. Cor. VIII, 14.

novitasque vitandae sunt, utpote quibus in ministrorum animos dubitatio saepe ac perturbatio immittitur, formulas inducuntur, vel minus vel nullatenus episcopo probatae, fidesque ipsi ministerio debita imminuitur. Serio item attendant ad onera sibi in collatione beneficii cum animarum cura imposita¹⁾: cogitent rationem se esse reddituros Deo, qui ab ipsis et a nobis in tremendo suo iudicio repetet fidelium animas, nobis concreditas et incuria tamen nostra vel pravitate damnatas; ac ne austere cum ipsis agat supremus ille paterfamilias²⁾, memoria saepe retractent atque perpendant illud Ezechielis³⁾: *Haec dicit Dominus Deus: ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum et cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos, et reliqua, quae continentur toto capite XXXIV, in quo perplura reperient sibi summe utilia, quibus ad diligentiorum animarum curam procul dubio stimulabuntur.*

CAP. XII.

Piis exercitationibus ac meditationibus impensiorum dateris operam, in clericali aut regulari domus solitudinem quotannis, per octo saltem dies, secedat. Canonici, beneficiati caeterique de clero idem faciant.

Cum nemo sit, sive sacerdos sive laicus, qui, postquam toto ferme anno, variis distentus curis ac negotiis, ab opere non cessavit, ita infensus sibi ipse sit, ut aliquot saltem dierum otium non tribuat reficiendis viribus et firmandae valetudini: neminem etiam esse decet adeo sui inmemorem, ut in aeternam suam salutem, multo sane intentius curandam, aliquando cogitationes suas non derivet. Canonicos itaque omnes, parochos caeterosque de provinciae clero hortatur sancta synodus in Domino, ut quotannis in aliquam aut clericalem aut regularem domum, per octo saltem dies, secedant, in qua meditationi ac orationi libere vacent et ad divini cultus animarumque studium atque virtutum ecclesiasticarum exercitationes magis magisque accendantur. Ne autem lucri cessantis species deterreat quemquam, eadem haec synodus juxta mentem Clementis pp. XI.⁴⁾ statuit, canonicos ac beneficiatos ex tali causa absentes pro praesentibus habendos esse, declaratque parochos, quamdiu divinarum sic rerum commentatione ac recognitione sui detinebuntur, residentiae vinculis esse legitime solutos, modo vicarium aliumve sacerdotem nullo parochiae damno in sui locum suffecerint.

CAP. XIII.

Instituatur conventus quolibet mense agendi, ut in eis familiares de casibus conscientiae sermones conferantur.

(Congregatio seu *conferentia*)⁵⁾ casuum conscientiae, adeo parochis ipsis eorumque vicariis ad conscientiarum suarum tranquillitatem utilia, in qualibet provinciae dioecesi juxta episcoporum mentem et edicta, haec de re publicanda, assidue convocetur singulis mensibus. Nec aegre ferant parochi quod hic instituitur, quandoquidem eo tantum animo fit, ut sacramentorum dispensatores sacerdotesque omnes majori praesent munitur suorum intelligentia et ad res arduas paratiores evadant. Menstrui autem illi congressus sive conventus in civitatibus episcopalis residentiae habebuntur, quantum fieri poterit, coram episcopo vel vicario generali, eiusque interesse ne cunctentur omnes civitatis parochi cum caeteris de clero ad formam edicti.

¹⁾ Trid. sess. 6, cap. 1, de ref.

²⁾ Luc. XIX, 28: *sciebas, quod ego homo austerus sum.*

³⁾ Ezech. XXXIV, 10.

⁴⁾ Clem. XI, *Inter gravissimas*, sub data Romae, die 1 febr. a. 1710.

⁵⁾ Conc. Rom., tit. 16, cap. 9.

TITULUS XXXVIII.

De qualitate praeficiendorum exercitio functionum curialium.

Explicentur conditiones, sine quibus nemo externus, sive saecularis sit sive regularis, ad secundarii vicariique munus exercendum admittendus est.

Prooemium.

Jam de parochis et parochiali munere abunde statutum est; nunc illa, quae pertinent ad secundarios vicariosque, sive saeculares sint sive regulares, opportune prospiciendum.

CAP. I.

Primo itaque nullus in posterum sacerdos advena in functionum parochialium exercitium admittatur, nisi testimoniales episcopi sui litteras exhibuerit, ex quibus pro certo haberi possit, eum esse sufficienti et sana doctrina praeditum, e propria dioecesi in aliam demigrandi legitima potestate instructum, nec censuris ecclesiasticis irretitum.

CAP. II.

Nullus itidem admittatur, ut supra, ex regularibus ad laxiorem vitae statum translatis, quin clara et indubitata testimonia tum episcopi, tum superioris localis protulerit, quibus legitimae ipsius translationis veritas manifestetur, et authenticas litteras ostenderit novi praelati et superioris *ad quem*, in quibus et mentio fiat facultatis permanendi extra claustra, et illius facultatis causae abaque fuci aut ambiguitatis suspicione perhibeantur.

TITULUS XXXIX.

De quadragesimali aliorumque sacrorum jejuniorum observantia.

Jejunii necessitas utilitasque demonstrantur. Decreto firmiter comprovincialium episcoporum constitutiones de sanctae quadragesimae observatione. Cavetur tandem ne convivia, ultimo bacchanalium die fieri solita, extra justos limites in ipsam quadragesimam protendantur.

Prooemium.

Inter plurima eaque, miserente Deo optimo, concessa nobis subsidia sive media ad salutem non infimum sane in utroque testamento locum obtinet jejunium. Tot autem illud sanctorum patrum offertur elogis, ut alia hic commendatione non sit opus, sed satis futurum sit, si, inculcantibus verbi divini praeconibus, noverint fideles quae praeceptis, quae consiliis ecclesiae praestanda sit obedientia, ubi pia illa mater, de communi nostra salute sollicita, nos ad jejunationem, statis anni temporibus, hortari potius quam cogere videtur.

Ne itaque tanto tamque efficaci medio abutatur plebs nobis concredita, neve saluberrimo jejunii beneficio in damnum suae salutis frustretur: haec, quae sequuntur, ad sacrorum jejuniorum observationem statuit ac decernit sancta synodus.

CAP. I.

Cum ex ciborum immoderato usu non solum corpora quandoque infirmantur, sed animus ipse sua patitur intemperantiae damna: hinc est, quod ecclesia, noceens quantum et animi et corporis castigatione indigeant fideles, qui undequaque diversae tentantur, et quibus, quamdiu versantur in periculo, multa et valida praesidia necessaria sunt, quadragenorum primo dierum, ad Christi ejusque praecursorum exemplum, jejunium instituit ac deinde, cuilibet anni tempestate, solemnibus trium dierum assignavit quoque jejunia. Dum autem unusquisque annus, dum unaquaeque anni tempestat christi-

stiano jejuniis sanctificatur: quaedam quasi primitiae regi saeculorum immortalis et almo siderum ac dierum conditori offeruntur, nosque ipsi salutari corporis maceratione et a terrenis affectibus liberiores et ad festa solemniora religiose colenda dignumque sacrorum mysteriorum usum paratiores sumus.

CAP. II.

De hac ecclesiae mente¹⁾, ut christiana plebs monitis et hortationibus edoceatur, parochorum et concionatorum solum atque charitatem excitari, superfluum esse credit sancta synodus, quandoquidem ipsorum est officii ad omnia ecclesiastici praecepti legalem observantiam caeteros verbo et exemplo adducere. At dum hac de re ad populum dicunt, non id tantummodo curent, ut de recurrentibus publicorum jejuniorum temporibus seu diebus commoneantur fideles, verum etiam, ut putus cibi-que paritate ad festorum celebrationem se accingant, sciantque, quantum ad pietatis exercitationes conferat sobrietas, et quam alacri fide jejunia servanda sint, quibus culpa, quas, dum hic vario tentationum impetu misere jactamur, debilitate carnis et cupiditatum immoderatione commisimus, expiari aut praecaveri possunt.

CAP. III.

Caeterum quoad ciborum qualitatem ac eorum usum dispensationesque, ex indulgentia antistitum quandoque pro corporum temperatura vel infirmitatum natura concedendas, hoc arbitrio episcoporum relinquitur: eorumque constitutiones, quae de observantia quadragesimali quolibet anno publicari solent, sub poenis vi earumdem constitutis, sedulo serventur et executioni mandentur.

CAP. IV.

Ut vero vitetur inposterum, quod saepe fieri accepimus, protrahi nempe comensationes ultimo bacchanalium die ultra mediam noctem: hoc provinciali decreto praecipitur et mandatur, ut tam in metropolitana ecclesia quam in cathedralibus caeterisque etiam ruralibus parochiis, securantibus respective capitulis et parochiis, pulsetur una ex majoribus campanis hora sexquiddecima vespertina diei ultimi bacchanalium, cujus campanae pulsatio continetur usque ad primum horologii publici sonitum, quo media nox atque ineuntis quadragesimae solemnitas annuntiantur.

TITULUS XL.

De paenitentium confraternitatibus.

Paenitentium sodalitates, e pristina disciplina delapsae ac saepenumero ab episcoporum ac parochorum reverentia descissentes, variis decretis reformandas esse, statuit sancta synodus.

Prooemium.

Quanto utiliores fuerunt recentes a sui constitutione id genus sodalitates²⁾ ad excitandam in laicorum animis pietatem charitatemque fraternam, tanto deflexerunt magis ab institutorum proposito, pietatis scilicet calorem progressu temporum imminuente. Et sane nec antiqua *paenitentium* jam viget disciplina, nec ipsi multum curant adhibendam adversus parochos reverentiam, quandoquidem infausto eoque frequenti experimento docemur, *confratres* sive sodales ita se credere omnibus obedientiae legibus solutos, ut non alio quam suo arbitrio saepissime agant, curialibus interdum juribus adversentur, contumeliosi ac litigiosi oblucentur

¹⁾ Trid. sess. 25, de ref. de jejunia.

²⁾ Conc. Aven. hoc tit. 52 [Mansi-Coleti, Conc., (1902), XXXIV, 1261].

parochia, ipsorumque nonnunquam episcoporum voluntati refragentur. Ideo hoc provinciali decreto renovant patres concilii, quidquid in synodi diocesanis vel specialibus constitutionibus a metropolitano et episcopis respective jam statutum reperitur: superadditisque opportunis remediis, quibus varii abusus, hactenus forsitan aut ignoti aut indolenter dissimulati, aliquando tandem tollantur, haec, quae sequuntur, decreverunt:

CAP. I.

Constitutionibus ab episcopo approbatis munitae sint omnes.

Primo, si quae confraternitates noviter in provincia institutae vel exleges sint vel statuta habeant ab episcopo non approbata, tam necessaria auctoritate quamprimum muniantur.

CAP. II.

Pios suos conventus non agant sodales nisi post missam parochialem, hora certa et constituta celebrandam.

Secundo, diebus festis ac dominicis, dum parochialis missa celebratur, dumque sacra oratio, vulgo *prône*, habetur ad populum, vetat sancta synodus, ne in *paenitentium* sacellis celebrentur missae, neve officium beatae Mariae virginis aut aliae quaelibet preces recitentur: absurdum enim est, tunc maxime portionem gregis aliquam abesse et alio distrahi, dum pastor ipse e suggestu tanquam e specula oves recenset, compellat et commonet suas, quamvis omnes omnino in parochialem ecclesiam ex antiquo et probato instituto convenire debeant. Ideoque et parochos hortatur sancta synodus, ut certum tempus assignent parochiali missae celebrandae, et statuit, ut nunquam nisi post eandem celebratam supradicti sodales in oratoris suis aut sacellis ad solitas suas quantumlibet pias exercitationes congregentur.

CAP. III.

In sodalibus ad officia eligendis, in reddendis rationibus, in sodalium aere impendendo quaedam hic praefixita observentur.

Tertio, electiones *officiorum* tempore debito inposterum fiant, vocatoque parcho, in hunc effectum ab episcopis ad nutum delegato, qui si aliis fuerit distentus curis, alium presbyterum in sui locum substituat. *Confratres* autem excommunicati vel blasphemii vel vino intemperanter dediti vel alio quovis titulo inhabiles a muneribus excludantur¹⁾. Item rationes quolibet anno referantur coram parcho, qui tanquam ab episcopo specialiter delegatus habeatur, et coram aliis de more vocari solitis; rata autem accepti et expensi nomina non erunt, nec liber existimandus erit thesaurarius, donec computationibus nomen parochi fuerit subscriptum. Praeterea, si post recognitas rationes aliquid de *confraternitatis* fructibus redudans in aerario reperiat, nulla omnino impensa fiat excedens scuta quinque monetae regiae sine episcopi licentia, quae, consulto parcho, prout res poscet, opportune permittetur.

CAP. IV.

Sodalitatum fractus ne in epulas et computationes, sed in pios ac laudandos usus abeant.

Quarto, intolerabilem usum profundendi *confraternitatum* redditus peculiumve, ex elemosynis aut oblationibus collectum, in convivia et potationes improbat omnino sancta synodus ac prohibet, poena interdicti quoad oratoria et inhabilitatis ad munia *confraternitatum* quoad ipsos *confratres*, hujusce legis violatores: jubetque eadem, ut talis inposterum pecunia in necessarias tantum

¹⁾ Conc. Aven. ibid. [Mansi-Coleti, l. c.]

reparationes et sacrae suppellectilis accretionem abeat. Quia tamen hic agitur de re ad pios usus destinanda, religiosa panis benedicti, vulgo *gâteaux*, sodalibus disperendi consuetudo servetur, dum placentarum numerus et qualitas debitae moderationi congruant.

CAP. V.

Sacrae suppellectilis inventarium sive synopsis fiat. Vasa et instrumenta sacra in loco tuto decenter condita serventur. Sacella et sacraia sint ad loci dignitatem accommodate instructa. His omnibus aliisque, ad Dei cultum et fundationes pertinentibus, extra civitatem episcopalem invigilent parochi.

Quinto, confratres inventarium vasorum sacrorum aliorumque ornamentorum juxta decreta, verisimiliter publicata in pastoralis visitatione, quamprimum conficiant: sacra omnia supellex in loco tuto et decenti servetur¹⁾: supradicta oratoria eorumque sacraia sint apte et pro dignitate composita. Mandat autem sancta synodus parochiis provinciae foraneis, ut ea, quae in suis parochiis posita sunt, tanquam ab episcopis specialiter delegati, saltem quolibet anno visitent: et si quid irreverentiae vel in officiorum celebratione vitiosi aut abusive compererint, episcoporum intercedente auctoritate corrigant ac reforment: videantque praesertim, an fundationibus, quarum exhibita sibi documenta perlegent, sive aliis ecclesiasticis servitiis fideliter juxta testatorum mentem satisfiat.

CAP. VI.

Processiones extraordinariae nullae sint, nisi episcopo auctoritate ordinatae et modeste fiant, advocato parochi²⁾ jus praecedendi penes eam sodalitatem sit, quae prius fuerit instituta.

Sexto, processiones publicae extraordinariae tam intra parochias fines quam extra nunquam fiant, nisi facultate ab episcopo data, et nisi parochus aut, recusante parochi, proprius *confraternitatis* capellanus aut hujus defectu alius presbyter, a parochi subrogatus, in *poenitentium* societatem adsciscatur, quod ut gratis fiat, mandant concilii patres. Viri ac mulieres separatim, ordinatim, graviter ac modeste procedant³⁾, vitent contentiones, quibus incensus interturbari possit, nec unquam extra territorium pernocent. Quod vero spectat ad praecedendi ac praecedendi jus, de quo ejusdem oppidi vel loci *confraternitates*, alia cum alia, contendere possunt, haec erit controversiae dirimendae regula, nempe, ut, quae prius instituta fuerit ac confirmata sodalitas, priorem gradum obtineat.

CAP. VII.

In exsequiis sodalium, sive defunctus in ecclesia parochiali sive in ipso sodalitatibus sacello sepellatur, de cereis ac faculis fiat, ut statuitur.

Septimo, licet ex ecclesiae indulgentia liberum cuique relinquatur arbitrium, sepulturam sibi eligendi: quoties tamen acciderit, ut eam quis elegerit in oratoriis supradictis, in quibus jus sepeliendi jam a concilii patribus vel ab eorum antecessoribus fuisse indultum, mandat sancta synodus non solum, ut iis funeribus ea, qua par est, ratione intersit parochus, verum etiam censet, faculas, quae circum cadaver ad funebrem pompam deferuntur, eidem esse parochi sine controversia tradendas. Quodsi sepultura in ecclesia parochiali eligatur, quamvis defunctus de gremio *confratrum* sit vel cum ipse sub exitum vitae consociatus, idem ipsa synodus servandum existimat, additis praeterea cereis altari impositis; caeteri vero, quos praemanibus habent singuli sodales, ratione tantum

supradictae consociationis ipse sodalibus indulgentur, nisi maluerint, eos in oratorii sui utilitatem adhiberi, salvo semper iuribus et legitimis consuetudinibus ecclesiarum.

CAP. VIII.

Sacerdotes, in sodalitatibus ad rem divinam adhibiti, erga parochos reverentes sint et eandem sodalibus reverentiam persuadeant; ne turbatores sint, sed pacis et concordiae conciliatores.

Octavo, sacerdotes quoscunque, servitio talium sodalitatibus addictos, serio sancta synodus monet, ut erga parochos reverentes sint, sinceroque pacis studio permoti, eandem sodalibus observantiam persuadeant. At si pravo consilio zizanias seminare et discordiam suscitare praesumpserint, de ministerio suo dimovendos se esse sciant et poenis a jure statutis, servato provinciae more, corrigendos.

CAP. IX.

Rectores atque priores ad institutorum observationem advigilent: fraternam foveant charitatem: pastoribus sibi praefectis sint obsequiosi: munus suum diligenter obeant.

Rectores quoque ac priores *confraternitatum* hortatur in Domino sancta synodus, ut constitutionibus suis religiose inhaerentes, nec unquam a fundatorum mente, quae disciplinae firmitatem est, nec a charitate, quae nexus est societatis, decedere quemquam patiantur: sed ipsi aliis exemplo sint, pastoribus sibi ab ecclesia praepositis obsequantur munusque suum tam integre, tam accurate exerceant, ut divinam gratiam promereri possint.

CAP. X.

Agitur nunc de aliis sodalitatibus. Officiariorum electioni, computationum receptioni, proventuum justae dispensationi, missarum votivarum celebrationi prospicietur.

Sunt et aliae *confraternitates* sive sodalitates artificum, vulgo *maîtrises*, sub patrocinio quorundam sanctorum in ecclesiis constitutae. Haec vero cum nostris plerumque indigeant monitis ad rectam administrationem reddituum, vel ex fundatione provenientium vel ex contributione sive elemosynis, quae exigi solent ab iis, qui, dato nomine, in societatem assumuntur: ideo sancta synodus, abusuum extinctioni semper intenta, sic decernit:

I. Electiones administratorum, vulgo *boiles*, aliorumque officiariorum nunquam fiant, nisi placide, moderate et praevia convocazione debita.

II. Electio fiat per vota secreta: nec valida habeatur consilii definitio, nisi ex tribus suffragiorum partibus quae in unam sententiam conspirarint, modo tamen aliter non fuerit in statutis praescriptum: alioquin satis erit, si suffragiorum multitudo dimidiam partem excesserit.

III. Quolibet anno rationes edantur promotoribus, ad hunc praecise effectum ab episcopo delegandis.

IV. Cum pessima haec invaluerit consuetudo, ut talium sodalitatum fructus sive proventus magnam partem in convivis et comensationibus impendantur, declarat sancta synodus, similes sacrae pecuniae dispersiones a promotoribus de mandato episcoporum non esse comprobandas, sed eas tantum expensas, quae aut pro ornando ac reconcinando sodalium sacello aut pro excudendis imaginibus aut pro comparanda benedicendi ac distribuendi panis copia necessaria factae fuerint. Hic tamen non improbantur cenulae sive jentacula aliae quaecunque epulae, quae de more magistratibus apponuntur.

V. Noverint tales administratores, quod, etiam in ecclesiis regularium constituta fuerint sodalitia, obnoxii tamen ipsi sunt legi supra statutae de re-

¹⁾ Conc. Aven. ibid. [Mansi-Coletti, l. c.]

²⁾ Conc. Aven. ibid. [Mansi-Coletti, l. c.]

ferendis quolibet anno rationibus coram delegatis ab episcopo, juxta sacri concilii Tridentini¹⁾ mentem plurimasque ejusdem sacrorum interpretum resolutiones. Quoties vero eleemosynae pro missis votivis offerentur in dictorum *confratrum* sacellis, nemo quisquam eas accipiat praeter rectorem aut aedituum, si quis sit sacrario praefectus, quo maturius certiusque ex fidelium voluntate fiat. In computationibus autem talium missarum celebratio pro nulla habeatur, nisi perpetratum sacrificium sacerdos ipse proprio chirographo testatus fuerit.

TITULUS XLII.

De montibus pietatis et frumentariis.

Montium pietatis administratores munia sua diligenter impleant. A fundatoris mente et conditionibus in erectionis bulla expressis ne discendant. Pareant episcoporum decretis ac statutis. Rationes quotannis referant episcopo vel vicario generali vel alii civis delegato. Consilium de re gravi nunquam habeant, nisi praemonito episcopo. Quod ad montes frumentarios spectat, aequitati consulat dispensatores, dum frumentum distribuitur, usurae parcant, cum restituitur.

Prooemium.

Inter onera pastoralis sollicitudinis non minima sane habenda est *montium*, hospitalium omniumque piorum locorum cura²⁾. Ut igitur quae recte instituta sunt, in suo permaneant statu et, quae sunt vitiosa, emendentur: licet jam plura a nobis nostrisque coepiscopis fuerint in nostris eorumque visitationibus definita, haec nunc et alia quaecunque provide a praedecessoribus nostris ad dictorum locorum regimen edicta vim decreti provincialis obtinere, declarat sancta synodus.

CAP. I.

Primo itaque, *montes pietatis et frumentarii* cum nomen prae se ferant, ex quo facile dignoscitur summorum pontificum voluntas in pauperum solatium propensa, tam pie constitutioni ipsique aequitati valde consonum erit, si bona ex fundatione testatorum ad hoc misericordiae opus legata summa diligentia, omnique vitata usurae suspicione, administrentur.

CAP. II.

Quapropter eorum administratores, quorum fidei ac probitati plurimum patres concilii confidunt, instanter monendos esse censet sancta synodus, ne quid suo arbitrio immutari posse existiment ex iis rebus, quae expresse continentur in bulla erectionis vel in statutis ab episcopo confirmatis vel in constitutionibus seu decretis in pastoralis episcoporum visitatione factis. Quae omnia nisi inviolate serventur, salva esse non potest indigentium ac inobedientium conscientia.

CAP. III.

In computationibus recensendis eo accuratiori disquisitione opus est, quo major est nominum sive *partitarum* numerus: ideoque³⁾ in civitatibus episcopalis residentiae quolibet anno reddatur coram episcopo vel vicario generali hujus administrationis ratio; deinceps computa, ut rata fiant, vel episcopi vel vicarii generalis subscripta approbatione muniantur. In aliis vero provinciae locis officiales, decani aut parochi pro cujusque loci natura et opportunitate dictis computationibus pari modo recognoscendis praesint.

¹⁾ Trid. sess. 22, cap. 11, de ref.

²⁾ Trid. sess. 7, cap. 13, et. sess. 25, cap. 8, de ref. Conc. Rom. sess. 4, tit. 28, de religiosis domib. [Maasi-Coleti, Conc., (1802), XXXIV, 1892-3]. Benevot. a. 1693, tit. 81.

³⁾ Trid. sess. 22, cap. 9, de ref. Conc. Rom., tit. 28, de relig. domib. [Maasi-Coleti, l. c.]. Conc. Aven., tit. 51, de hospitalibus [Maasi-Coleti, XXXIV, 1860].

CAP. IV.

Praeterea, ubi de re gravi consultandum erit ac deliberandum, seniorum consilium non cogatur, nisi praemonito episcopo, qui vel ipse vel per suum delegatum praesideat.

CAP. V.

Jam vero, cum *montes frumentarii*¹⁾, quoque in plurimis parochiis institutos novimus, diversis pro foundationum diversitate legibus constant ac conditionibus, eas episcopus quisque in pastoralis sua visitatione diligenter expendat. Videat praesertim, an frumenti distributio, quae ad pauperum levamen praecipue a fundatoribus ordinata est, ex aequo et bono fiat; an adaequetur necessitati subsidium, habita scilicet ratione non inopiae tantum, sed et numeri et qualitatis egentium; an demum aliquid causae sit, cur de fide ac aequitate dispensatorum merito dubitetur. De caetero cavendum pariter, ne, cum mutuitium illud frumentum restituitur, quidquam aliud supra mensuram aut pretium dati mntui exigatur praeter certam quamdam accessionem, ab episcopo in ipsa *montis* constitutione approbatam et rectae horrei administrationi necessariam. Absurda siquidem res esset et monstro similis, si beneficentia in pauperes cum usura consisteret.

TITULUS XLIII.

De hospitalibus et aliis locis piis.

Publici valetudinarii regimen in tribus maxime positum est, scilicet bonorum administratione, corporum curatione, animarum moderamine. De his tria subsequencia capitula statuunt: in quorum ultimo sacerdotibus, aegros christianae caritatis studio invisentibus, indulgentiae conceduntur.

Prooemium.

Nosocomia sive *hospitalia*, quae ad pauperum infirmorum solatium condita sunt, non minorem patrum concilii sollicitudinem sibi vindicant; ideo eorum rectores et administratores obtestatur in Domino sancta synodus, ut ex providis sacri concilii Tridentini hac de re decretis idonea muneri suo documenta sumant sicque se gerant in tanti momenti negotio, ut, dum pauperum sanationi assidue ac diligenter invigilant, tum facile ipsos admittendo, quoties nota infirmitate et inopia urgentur, tum admissos omni ope ac medicamine curando, dumque eorum bona non minus religiose administrant, quam qui de Christi sanguine rationem reddituri sunt, veri miserorum conservatores ac consolatores habeantur.

CAP. I.

Quoniam autem hunc potissimum finem spectaverunt fundatores ac benefactores, nempe ut alimenta et remedia pro cujuscunque infirmi necessitate sufficientur: caveant rectores, ne quid unquam nimiae parcimoniae ipsis hac in re objectari merito possit; quod procul dubio vitabunt, si, seposito omni humano respectu, spretisque sordidae oeconomiae consiliis, non alios medicos, chirurgos, pharmacopolas, familiares famulosque ad aegrotantium ac domus hospitalis curam adhibeant quam peritos; probos et ad misericordiam propensos. Constat autem, non melius bono temporali hospitalium consulti posse, quam si valida opportune parentur

¹⁾ * *Montes frumentarii* a *monte pietatis* hoc differt, quod, dato pignore, pauperibus non pecunia, sed frumentum (ad serendum praecipue) matro datur. Pium hoc opus Benevotus XIII. maximopere fovit, qui in *synodico diocessano s. Beneventanae ecclesiae* leges montis frumentarii Beneventani et omnium similium illius dioecesis institutionum earumque statum accurate descripsit (t. II, p. 321-325) (*Nota collectiois Lucensis*).

remedia et congrua alimenta; nam sicut illorum ope morbi semina et radices citius evelluntur, ita, his apposite subministratis, facilius reficiuntur convalescentium vires, indeque publici pauperum aeris non mediocre fit compendium. Nec minus commodum capiatur ex multa linteorum facta comparatione, at curare potissimum debent rectores, ut munda sint; plurimum enim potest mundities ad sanitatem aegro restituendam. Caveant praeterea, ne (quod saepe quodque dolentes viderunt patres concilii) duo simul in eodem lecto aegrotantes accumbant; hinc enim bene multa et gravissima oriuntur incommoda. Mutua siquidem aliquando contagione inficiuntur infirmi novaque veneni accessione ex sanabili morbo in insanabilem ac mortiferum incidunt; erratur in remediorum atque ciborum dispensatione; quodque pejus est, paenitentiae et extremae unctionis sacramenta frustra fere, ubi necessitas non urget, interdum administrantur, interdum, ubi praesens periculum est, omnino denegantur.

CAP. II.

Si quid itaque ex supradictorum inobservantia obvenit mali, culpam, quantumque sit, rectoribus imputandum esse statuit sancta synodus: vultque, ab iis pro laudabili consuetudine quolibet anno proferri coram episcopo seu vicario generali accepti et expensi rationes exequiendas ac deinde rata auctoritate, hoc est, ejusdem vel episcopi vel vicarii generalis chirographo, munendas.

CAP. III.

Cum tamen multo melior sit ac praestantior animarum curatio, multo etiam impensiori studio laborandum est, ut aeternae infirmorum salutis provideatur. Ideo, quicumque in nosocomiis nunc delegatus vel deinceps delegandus est in administrationem sacramentorum paenitentiae, eucharistiae et extremae unctionis, studium omne ac curam adhibeat, ut nullum infirmis auxilium ac solatium spirituale desit; praesertim vero, ut statim diebus peccata sua confiteantur, sacra reficiantur communionem, matutinoque ac vespertino tempore solitas orationes et preces recitent. Graviori morbo laborantes invisantur frequentius, nec in ultimo vitae agone positi deserantur: quod a capellanis, huic sancto muneri specialiter addictis, sedulo fieri praecipit sancta haec synodus. Ut autem plurimorum sacerdotum, sive saecularium sive regularium, qui propria vel suorum ordinum solita caritate ducti, infirmos dicti hospitalis visitant, fervor novis incrementis augeat et, novo quasi fomite admoto, magis ac magis accendatur, eorum quemque hortatur sancta synodus, ut in optima exercitatione constans salubribus et amicis verbis aegrorum anxietatem discutiat, horum, si legitima sit auctoritate instructus, confessiones audiat animosque validis munimentis corroboret, consecutus ipse sibi pro qualibet vice indulgentiam quadraginta dierum, quam ei, paterno instigante amore, patres concilii libentissime concedunt.

CAP. IV.

De hospitio pauperum.

Est sit hospitii pauperum cura, ut pauperes ipsi non negligantur. Infantes ut a bonis lactentur nutricibus, justo ne parcatur sumptui. Separatim a viris habitent puellae ac feminae. Multa sit lintea suppellex. Ubique salubris munditia niteat. Sic se gerant rectores, ut ad piam liberalitatem facilius quisque ac fidentius adducatur. Tales tandem se praebent episcopi, ut erga id genus hospitia non benevoli tantum, sed benedicti videantur.

Sic in Domino statutis, quae ad nosocomia spectant, nunc pauperum sanorum hospitio, vulgo

conventus generale sive maison de la charité, non minori diligentia prospiciendum esse existimant patres concilii. Cum autem hoc ad bonum commune non leviter conferat, si ii, qui angustia rei familiaris oppressi tenuitatem suam sustentare non possunt, in publica egenorum domo nutriantur et bonis instruantur moribus: ideo rectores domuum hujusmodi, quos paterno amore complectitur sancta haec synodus, paterne monentur, ut operis quam honoris studiosiores, earumdem temporalia jura bonaque ita tueantur et administrent, ut, dum pauperum hospitio utiles se praebere volunt, pauperes ipsos in hospitio alendos non deserant aut male habeant: sit enim Christus: *Quod uni ex meis fecistis, mihi fecistis*¹⁾. Supernae itaque providentiae fidant magis quam humanae atque circumscriptae industriae, benigneque potius quam austere, sentientes de iis, qui paupertatem causantur suam, egenos alliciant, imo et, docente Christo, compellant²⁾ intrare in domum refugii³⁾, non acerbe ac fastidiose excludant: *hilares quippe datores diligit Deus*⁴⁾.

I. Itaque, ubi infantium ex incertis parentibus procreatorum cura vel ex fundatione vel de consuetudine ipsis commissa erit, parentum ac loco esse sciant bonisque eos nutricibus justa mercede conductis lactandos tradant: si quae tamen forte sint in ipso pauperum hospitio, quae lactare queant, caeteris ipsae posthabitis adhibeantur, at minus parce minusque simpliciter, quam pauperum communitas solet, cibandae sunt. Ubi vero ad eam aetatem infantes supradicti devenerint, qua ediscendis fidei rudimentis maturescere videbuntur: tunc ipsi alique, ex legitimo partu nati, a sacerdote ad hoc designato, sancte erudiantur, nec ejusdem sacerdotis minor sollicitudo ac cura sit in caeteris hujusce domus ad religiosam rectamque vivendi rationem instituendis.

II. Certa et propria sibi habeant puellae ac feminae cubacula, eaque sejuncta, clausa et bene tuta: nec unquam ad illa pateat aditus laicis viris, in eadem domo degentibus, nisi necessitate cogente, testeque una ex sororibus, custodiae cubiculorum praepositis. Cum pariter summe cavendum sit, ne nimia pauperum frequentia corrumpatur aer, unde plerumque generantur morbi et languores: ideo optimum esse ducit sancta synodus, si lintea suppellex interdum reficiatur ac nova comparatione augeatur, et si munditia, quantumvis simplex, tam in arceis seu cavaediis, scalis atque porticibus, quam in rectoriis, cubiculis, lectis ipsoque praesertim pauperum vestitu et corpore niteat, juxta hoc divi Bernardi sententiose dictum: *Paupertas mihi semper placuit, sordes autem nunquam*.

CAP. V.

Hoc vero tantum christianae caritatis opus ut promoveatur atque augeatur, plurimum valebit fidelium liberalitas; at nunquam illa major erit ac frequentior, quam cum in procurandis pauperum rationibus ea esse manifestabit prudentia eaque miseratio, quae ad ipsorum congruam sustentationem ac religiosam educationem satis esse videantur. Res quidem, ut est, optatis nostris respondet, et gratulari nobis ipsi possumus de optima ac provida supradictorum hospitiorum rectione. Veruntamen sui officii putant esse patres concilii, ut episcopus quisque in sua dioecesi non modo propensum ac praebent in talium hospitiorum utilita-

1) Matth. XXV. 40.

2) Luc. XIV. 28.

3) Ps. XXX. 3.

4) II Cor. IX. 7.

tem, sed eis ex proventu subveniat suo, multarum quandoque ac confiscationum pretium pro ratione majoris indigentiae adjudicet, restitutionesque incertas, quae ultra certam summam episcopi arbitrio dispensandae reservantur, attribuat. Concionatores pariter, confessarii ac parochi moneantur saepe, ut de praemio misericordibus promisso verba palam facientes, hospitium pauperum piis munificentis juvandum fidelium miserationi commendent. Decretum tandem concilii provincialis, sub cl. mem. cardinali Taurusio, tit. de hospitalibus, § ultimo¹⁾, iterum publicari et observari mandat sancta synodus.

CAP. VI.

De conservatoriis.

Conservatoria non in novissimis curanda sunt. Eorum fundationes ac statuta episcopis intra mensem exhibeantur. Referantur quolibet anno rationes. Bonorum quorumcumque index describatur. Spirituali talium domorum rectioni nemo se immisceat, nisi legitime delegatus. Moniales congregationis Viennensis, in urbe Avenionensi ad quorundam locorum piorum moderamen adhibitae, quamvis claustris non detineantur, raro tamen foras procedant.

Non dissimili accuratione indigent quaedam domus in hac civitate et provincia erectae, vulgo *conservatoria* nuncupatae: quarum scilicet aliae ad servandam virginitatem, aliae ad ejusdem jacturam salutari paenitentiae ac solitudinis remedio resarciendam institutae sunt. Eae itaque ut tam in spiritualibus quam temporalibus summa sedulitate regantur, sancta synodus praecipit.

CAP. VII.

Quod ut ad mentem concilii facilius succedat, monet sancta synodus cujuslibet *conservatorii* rectores, ut episcopis intra mensem tradant *copiam* authenticam erectionis seu fundationis *conservatorii*, cui praesunt, necnon exemplar statutorum: ut, si quid in eis pro temporum ratione immutandum fuerit (ubi in eis confirmandis auctoritas apostolica non intervenerit), mutetur ac reformetur in melius. Rationes item quolibet anno referant ad libitum episcoporum. Inventarium pariter bonorum omnium mobilium atque immobilium confici curent vel jam confectum saepe recenscant, ut in ipso nova legata seu fundationes inscribantur.

CAP. VIII.

Conservatoria pariter, quae solis piarum personarum largitionibus ac beneficiis sustentantur, ita regi cupiunt patres concilii, ut eis majus in dies incrementum det Deus. Licet itaque de talium benefactorum conscientia atque intentione certa sit sancta synodus, providendum tamen credidit, ne illi ullo unquam titulo directioni spirituali puellarum se ingerant, sed soli sacerdotes, ab episcopis delegati vel delegandi, hanc sibi curam assumant. Nulla item dictis puellis mater sive moderatrix, quamvis honesta, praeponatur, nisi eisdem episcopis consultis, ut de ejus probitate, habilitate, ut par est, plane constet. Nulli item sacerdoti, licet per episcopum approbato, fas sit in posterum talium puellarum confessiones audire in ipsi *conservatoriis* seu conciones familiaresve de rebus divinis sermones habere sine episcopi vel vicarii generalis licentia. Moniales item congregationis Viennensis, quae in duarum ex hisce domibus regimen admissae fuerunt, quanquam *clausurae* voto non obstringantur, ad decentiam tamen regularis habitus atque professionis optat sancta synodus, ut raro in publicum prodeant, nisi

necessitas postulaverit vel debitum urbanitatis officium.

CAP. IX.

De variis rebus ad quaecunque opera pia pertinentibus summam hic, tum deinceps de peregrinorum hospitibus speciatim statuitur.

Perspectis hucusque quorundam piorum locorum necessitatibus, nunc ad quorumcumque piorum operum universitatem, attendente sancta synodo eademque approbante, haec statuta fuerunt:

I. Ut saepe congregationes, vulgo *biroaux*, pro eorum bono regimine convocentur, quibus, cum praesidere per se ubique non possit episcopus, praesint officiales foranei in civitatibus suae residentiae: in caeteris vero oppidis ac locis hujus provinciae decani capitulorum, si qui in eis sunt: si minus, parochi alique ad hoc munus delegandi.

II. Rectores curent, ut fundationibus missarum aliisque, si quae sint, diligenter ac fideliter satisfiat. Tabella etiam publice affixa retineatur, in qua fundationes supradictae sint ordine et singularim descriptae, memorato in ea nomine benefactoris, factaque mentione legati, anni et diei nominisque pariter notarii, qui de his instrumentum confecit.

III. Pessime inductam consuetudinem (praesertim ubi nullum est hospitium receptandis infirmis aptum), distribuendi hospitalium redditus rectorum seu consulum loci arbitrio, abolendam esse hoc synodali decreto concilii patres judicaverunt: voluntque, supra dictorum mandata, vulgo *billets*, pro nullis haberi in redditione solita rationum, nisi fuerint etiam parochi nomine autographo subnotata: huic siquidem perspectae magis esse debent suorum parochianorum angustiae, nec tantum erit periculum fraudis seu praedilectionis.

IV. Cum plures ad nos querelae delatae fuerint tam a parochis quam ab aliis bonis civibus, quod in quaedam peregrinorum hospitibus titulo hospitalitatis exercendae, at plerumque contra mentem fundatorum indistincto recipiantur pessimae utriusque sexus personae omni alio vagantes incitamento quam sanctae peregrinationis a benefactoribus intentae: tam gravi malo mederi volens sancta synodus obtestatur consules locorum omnium hujus provinciae, ut, consultis parochis et senioribus, probos et integros vitae viros praeponant custodiae talium hospitalium, nec praestari hospitium patiantur personis malae vel incertae famae, quandoquidem primariae fundatorum mens est, ut aegrotis pieve peregrinationis causa, iter facientibus subveniatur, non vero erronibus ignavis, vagis mulierculis caeterisque hujusmodi sordibus.

V. Tandem zelo omnium consulum, rectorum ac benefactorum supradictorum plurimum contenta sancta synodus loca eadem pia ipsis valide commendat eosque hortatur, ut nunquam a prima caritate decidant, sed novae semper sollicitudinis ac christianae liberalitatis ope atque opera faciant, ut aegrotis, peregrinis seu cujuscunque nominis pauperibus pro ratione instituti deserviat, nec eos quidquam deficiat tam de congruis alimentis quam de medicaminibus necessariis. Licet enim oeconomia tanquam provida liberalitatis ministra laudanda sit, cupit tamen sancta synodus, ut publicarum eleemosynarum dispensatores, tanquam fidi voluntatis ac misericordiae episcopalis interpretes, non solum pauperum indigentiae ac penuriae prospiciant, sed ea etiam ipsis suppeditent solatia, quibus eorum maerores et taedia, si in totum tolli non possunt, temperentur saltem ac minuantur.

¹⁾ Conc. Aven., tit. de hospitalibus, 51, § ultimo [Mansi-Coleti, l. c.].

CAP. X.

Nullus administrator hospitalium caeterorumque locorum religiosorum electus munere prius fungatur suo, quam in manibus episcopi vel vicarii generalis iuramentum praestiterit¹⁾, quo fideliter se diligenterque manus suam exsecutorum promiserit ac studiose invigilaturum, ne bona fructusque in alios quam legitimos et designatos usus impendantur.

TITULUS XLIII.

De sanotimonialibus.

Ex commendata à ss. patribus vita monialium inducitur earum ab episcopis habenda cura. Deinque nonnulla de ipsarum tum regulari disciplina tum regimine temporali sancienda esse statuit sancta synodus.

Prooemium.

Quandoquidem de sanctimonialibus, tanquam de selecta dominici gregis portione, quae caelestem propemodum in terris vitam degit, magnifice dicunt sancti patres: hinc facile argui potest, quanta a pastoribus hac in re sedulitas, quanta cautio, quanta prudentia requiratur. Ideo, licet ab episcopis nihil haecenus videatur defuisse, quo virgines illae Christo suo, cui se consecrarunt, conjunctissime semper adhaerent, nonnihil tamen provincialis haec synodus sancienda esse duxit, quod ad earum regularem disciplinam ac etiam ad temporale regimen conferre possit.

CAP. I.

Nemo ingrediatur claustra monialium absque episcopi licentia.

Quapropter sacrosancti concilii Tridentini summorumque pontificum decretis ad moniales spectantibus inhaerens sancta synodus²⁾ declarat: quod, quicumque ex quolibet sexu claustra monialium ingredi praesumpserit, canonicas in bullis summorum pontificum impositas censuras et poenas incurret, nisi prius habuerit ab episcopis licentiam, scripto et ex necessitatis causa tantum concedendam.

CAP. II.

Antecedentis capituli mens fuit explicatur: tum cavetur decreto, ne pueri masculi, cujuscunque aetatis, intra monasterii septa intromittantur.

Invalescendo in dies erronea quorundam opinione, creditum non violari claustra, quoties aditus ad monasteria liber esse videtur vel ex janua fortuito casu aperta vel ex murorum ruina, sancta synodus, errori simul et periculo ad conscientiarum securitatem occurrere volens, juxta mentem sanctorum pontificum eisdem censuris et poenis, subjacere declarat quocunque claustrorum temeratores, etiam in casibus supradictis, et quamvis nullo malo consilio inducti fuissent. Quapropter concionatores omnes omnesque provinciae sacerdotes, ad specialem monialium directionem seu confessionem delegatos, hortatur sancta synodus ac monet in Domino, primo, ut illi suorum auditorum mentes a tam erronea ac futili opinione deterreant debitamque sacrarum virginum claustris reverentiam ingerant; secundo, ut hi (confessarii nempe) creditas suae curae moniales serio moneant, ne ipsae in supradictis casibus aut assentiendo aut connivendo eisdem censuris et poenis reddantur obnoxiae. Vetat pariter sancta synodus, pueros masculos³⁾ cujuscunque aetatis intra monasterii septa quovis praetextu intromitti.

¹⁾ Conc. Aven., tit. de hospitalibus, § ultimo (Mansi-Coleti, l. c.).

²⁾ Trid. sess. 25, cap. 5, de regularibus. (Conc. Aven. hoc tit. 50) (Mansi-Coleti, l. c.).

³⁾ Trid. sess. 25, cap. 5, de regularibus.

CAP. III.

Renovantur pontificum et conciliorum decreta in parentes, qui adhibita vi aut fraude male filias suas ad suscipiendum monasticum institutum invitae adigunt.

Bonum sane est et jucundum, habitare plures in unum, quoniam illis mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in saeculum¹⁾; ideoque beata jure dici potest puellarum ad claustra vocatio. At religiosae vitae institutum divino, non humano quovis afflatu capiendum est, nec vera illa vocatio habetur, quae ex vi aut fraude adhibita procedit. Ne itaque audeant parentes a natura datam et probatam a canonicis et civilibus legibus paternam potestatem in tyrannidem vertere: neve ab ipsis compellantur meticulousae filiae vel seducantur quovis pacto, ut monasticae disciplinae se addicant, sicut invitae votis solemnibus obstringantur, censuit sancta synodus, omnino observanda esse tum pontificum tum conciliorum decreta²⁾, quibus tam atrox paternae potestatis usus tollatur penitus timore poenarum: neque enim paterno amori, ipsis feris commendato, nuncium impune remittere licet. Caveant ergo parentes omnes, ne maledicto subjaceant, novum scilicet saevienti genus subdole exercendo, quoties, adveniente legitima suarum filiarum aetate, dum illae adhuc de velo sacro suscipiendo incertae sunt aut propositam veli susceptionem detrectant, eas illi assiduis molestiis de industria conspergunt domi et in claustra detrudunt, ut, omni matrimonii sublimitate spe, taedio saepe ferius quam zelo, secretaeque desperatione potius quam vocatione, velum religionis ore petant, quanquam reapse aliud nihil velint quam ineluctabili necessitati cedere, non vero Deo inservire propriaeque saluti prospicere.

CAP. IV.

Puellas suae curae commissas ad emittenda religionis vota non inducant moniales.

Graviter etiam peccare declarat sancta synodus moniales illas, sive sint consanguineae talium puellarum sive earum parentibus amicae, quae, veteris hominis cum exuere debuissent affectus, eos adhuc in corde retinent carnisque et sanguinis fallacibus suggestionibus sic assentiuntur, ut puellas sibi ad educationem commissas suasoria quandoque verbis et versuta saepe ac simulata nunc severitate nunc indulgentia ad morem pravis parentibus gerendum et ad vota tandem emittenda inducant; unde series dolenda malorum erumpit, constitutionum nempe neglectio vel arbitraria nimia interpretatio, nonnunquam etiam religiosae familiae confusio.

CAP. V.

In exploranda puellarum vocatione non alienis facile credatur dictis, sed earum ipsarum mens sagaciter introspectatur.

Maxima item vigilantia curare debent episcopi, ut, qui ab ipsis delegari solent ad puellarum sacro velo initiari postulantium explorationem, solerti indagine omnique humana ratione seposita, veros earum exquirant sensus nec monialium dictis facile acquiescant.

CAP. VI.

De canonicis monasticisque, quibus obstringantur, legibus doceantur moniales a suis confessariis ac directoribus.

Ut monialium conscientia tranquilletur, quam ex ignorantia canonicarum sanctionum vel ex oblivione, violatione seu inobservantia constitutionum illaqueari saepe contingit, sancta synodus hortatur earum directores ac confessarios, ut eas ipsi edoceant de canonicis legibus, quibus obnoxiae sunt,

¹⁾ Ps. CXXII, l. 3.

²⁾ Trid. sess. 25, cap. 18, de regularibus.

et quae ad earum regimen pertinent, moneantque, quam stricte fidem ipsae obligaverint suam, se a monasterii legibus nec indiligentia nec oblivione nec desuetudinis specie unquam discessuras.

CAP. VII.

In contractibus, quoties puellae ad religiosam familiam aggregantur, conficiendis nullae unquam sint pactiones illicitae. Nec in puella adiacendis abbatissae aut superiorissae cupiditate lucri moveantur.

Dispositis juxta episcoporum superius expressam mentem puellis, ingressum in aliquod monasterium tam libere quam enixe petentibus, episcoporum ac generalium vicariorum cura esse debet, ne in conficiendis contractibus ullae unquam illicitae pactiones ad parentum seu monialium placitum inaeantur. Scire enim contrahentes debent, dotes alimentarias, quae in ingressu virginum monasterio adjudicantur, eo solo consilio ab ecclesia tolerari seu permitti, ne ex modicis redditibus, qui assignari solent in foundationibus, sufficere non possint annui proventus ad congruam monialium sustentationem. Quapropter serio moneri debent abbatissae et superiorissae quaecunque, ut in recipiendis puellis ad animi ingeniique dotes, docilitatem nempe, lenem indolem, pietatem et moralem saltem verae vocationis certitudinem, animum potius intendant quam ad turpem lucri opimaeque dotis nummariae cupiditatem explendam. De pensionibus vero, ad merum supplementum ob egestatem monasterii toleratis, ea servari patres concilii volunt, quae quisque episcopus in sua visitatione sancte decreverit.

CAP. VIII.

Caveat, ne ullus sacerdos audiat monialium confessiones, ne concionem apud illas habeat neve capellani ordinarii fungatur officio sine speciali episcopi aut vicarii generalis licentia scripto concessa. Praefinitur tempus, quo vacua confabulationibus et clausa esse debent locutoria. Prohibetur, ne quemquam sibi procuratorem aut notarium, inconsulto episcopo vel vicario generali, moniales adhibeant.

Nullus sacerdos, saecularis aut regularis, quantumvis generaliter approbatus, monialium confessiones audiat, nisi specialem ab episcopo aut vicario generali approbationem et facultatem in scriptis obtinuerit, juxta decretum fel. recordat. Gregorii papae XV. Ne quis etiam saecularis aut regularis in earum ecclesiis missam celebret tanquam ordinarius capellanus aut concionem habeat, sine facultate praedicta, scripto similiter obtenta. Prohibetur praeterea omnibus cujuscunque ordinis monialibus, ne ullum capellanum sive procuratorem aut quemvis notarium vel ei substitutum recipiant, nisi parem ab episcopo aut ejus vicario generali licentiam impetraverint. Logea seu locutoria monialium tempore divini officii clausa sint, nec cuiquam in iis confabulari seu immorari liceat nisi consanguineorum causa seu propinquorum, qui exteri sint: nec nisi raro colloqui ipsi possint cum monialibus sibi sanguine conjunctis.

CAP. IX.

In monialium sacrariis atque in ipsis monasteriis, quis fenestrarum clathris muniendarum modus.

Cum autem ad sacraria monialium liber accessus pateat, occasione festorum seu missarum, quae celebrari solent in earum ecclesiis, cumque ad traditionem sive transmissionem sacrarum vestituum, certis quibusdam rotis seu armariis versatilibus, vulgo *tour* et *tambour*, uti liceat ad sacerdotum ipsarumque monialium commodum: et in quibusdam ex dictis sacrariis toleretur minor fenestra clathrata, quae tamen in pluribus monasteriis juxta praescriptum in constitutionibus munita est a parte

interiori lamina ferrea vel lignea compage, parvis foraminibus interita, ad solam vocis emissionem in casibus simpliciter necessariis: censuit sancta synodus, quod, si vel ex negligentia vel ex laxata disciplina in quibusdam monasteriis eorumque sacrariis extant adhuc crates non ut supra munitae, mandent omnino episcopi, ut quamprimum dicti cancelli ferrei vel lignei superaddantur, qui vel muro fixi et stabiles inhaereant, vel quorum clavis, si valvarum more vertantur in cardine, penes superiorissam remaneat.

CAP. X.

Frequens computorum recensio ac recognitio episcopis commendatur.

Quoniam vero in monasteriis summam ab episcopis vigilantiam requirit et aedulitatem rei domesticae administratio, cum raro perfecta caritas et filialis obedientia exigi possint a monialibus, nisi vitae communis condiciones, congruo vestium, alimentorum ac remediorum subaidio non deficiente, facile pro instituti ratione sustineri possint: hinc est, quod frequens debet esse computorum recensio ac recognitio, ne imperitia monialium electorum ad dispensationem annuorum reddituum, res monasterii negligenter aut improvide geratur.

CAP. XI.

In recensendis computis delegandi sunt viri probi et periti, qui certiores reddant episcopos de statu oeconomico cujuslibet monasterii.

Quapropter non in fine solum triennii recensendae sunt rationes computorum, sed delegandi quandoque intra triennium viri probi et de rei familiaris administratione periti, qui diligentem examinationis expensis et peculii monastici dispensatione cognita, certiores reddant episcopos de statu oeconomico cujuslibet communitatis, ut opportuna dentur consilia, ne male disperdatur, quod ex multiplici dotium accessione augeri deberet in melius.

CAP. XII.

Abbatissae et superiorissae non inaeant contractus, inconsulto promotore mensae episcopalis.

Cum autem eveniat saepe, ut re familiari comminuat monasterium ex nimia monialium fiducia vel ex minus diligenti perquisitione facultatum eorum, quibuscumque agi debet de constituendis censibus seu capitalibus pro reinvestitione dotium: ideo, ne in posterum falli vel decipi possint, stricte sancta synodus prohibet abbatissae ac superiorissae, ne ullum contractum inaeant, nisi consulto promotore mensae episcopalis, ut fraus omnia vitari possit, utque consulatur simul bono regimini monasticorum reddituum.

TITULUS XLIV.

De usuria.

Detestabile vitium est usura, eo severiori zelo profiganda, quo judaice nequitiae similis est. Innotantur excommunicatione notarii, proxenetae, testes caeterique consilio et opera contractibus usurariis faventes. Quisquam censendus sit usurarius contractus. Caveant notarii, ne quid ex conniventia damno fiat in contractibus cum personis rusticis aut cum illis familiaribus. Assidue laboret confessarius in discernendis casibus usurarum redolentibus, et in dubiis quid agendum.

Prooemium.

Quam detestabile feneratorium scelus, quam injuriosum nomini christiano, quam religioni et conscientiae perniciosum, quam denique humanae societati contrarium sit, dum reputant patres concilii, quaedam decernenda esse statuunt, ne inultum remaneat tam damnabile flagitium, neve culpa aut incuriae pastorum id unquam tribui possit, quod

de iniqua Jerusalem dolenter dicit psalmista rex¹⁾:
Non defecit de plateis ejus usura et dolus.

CAP. I.

Ideo, licet in hac provincia parce hucusque et sobrie adhibitum fuerit censurarum poenarumque canonicarum terculamentum, ab eo tamen abstinere diutius non posse sancta synodus censuit, ubi longe ab hujus provinciae finibus ablegandum occurrit tantum aeternae damnationis periculum scelusque, eo severiori zelo profigandum, quo propius ad Judaeorum fraudem et nequitiam accedit.

CAP. II.

Ut igitur tam prona lucri sordidi via prorsus intercludatur, notarios omnes, proxenetas, testes caeterosque quomodocunque illiciti lucri participes, eosque pariter, qui, licet non expresse nominati, consilio tamen et opera contractibus usurariis favent, excommunicatione innodatos sancta synodus declarat reprobaturque omnino lucrum quodcumque immediate proveniens ex mutuo, sive illud ad pecuniam pertineat sive ad honorem, sive sit aliquid pretio ac pecunia aestimabile, quod supra sortem seu summam capitalem oriatur vel intendatur solummodo ratione mutui, etiam nullo praecedente pacto, imo etiamsi accipiatur ut donatum, modo detur ut debitum. Studeant ideo confessarii diligenter animum advertere in casibus usuram redolentibus ad circumstantias omnes, quibus involvi solent vel excusari id genus pacta seu verius peccata. In basibus autem dubiis, suspensa caute absolute, peritos in hac materia magistros consulant, a quibus erudiri possint de justis lucrandi titulis ex mutuo aliisque in similibus contrahendi modis evenire solitis.

CAP. III.

Usurariae pactiones ut plurimum cum personis rusticis ac filiis familiae fiunt. Ideo solertius subveniendum est eorum imbecillitati, ne quid ex aliena malitia in simplicium damnum accidat. Monitos itaque vult sancta synodus notarios omnes, ne in censura ecclesiasticae lucri vilissimi studio incidant occasione contractuum seu mutui seu societatis²⁾ ac eorum praecipue, in quibus alter pecuniam, alter operas confert, vel uterque socius sortem sive capitale, distributione scilicet lucri non nisi per quotas partes facienda pro rata portione rerum vel operarum, quae in contractu constituuntur. Cumque saepissime fraus et dolus in acta similia sive in societates ingeri possint, maxime ubi agitur de pecudibus aliisque hujusmodi armentis: caveant notarii, ne quid, quod usuram sapiat, damno rustici contrahentis ad placitum alterius ex conniventia fiat.

CAP. IV.

Cum tandem hic fieri non possit, ut infinita propemodum dubia, quae ex variis pactionum rationibus sciant, memorentur et aperiantur: plurimum commendat sancta synodus professoribus casuum conscientiae omnibusque parochis et concionatoribus ut in publicis concionibus invehantur saepe contra usurarios eorumque ministros ac fautores, ne maledicto subiaceant, neve in rem familiarem damni plus inferant quam lucri, quoties ex tam damnabili contrahendi modo ditescere et ad pinguiorem fortunam se deventuros esse arbitrantur.

¹⁾ Ps. LIV, 12.

²⁾ Bulla Sixti V. quae incipit: *Detestabilis*, const. 45, die 21 oct. 1585.

TITULUS XLV.

De maledictis et detractoribus.

Detractionis crimen quam horrendum. Quinam censendi sint maledicti et detractores. Ad quid teneantur, ut de violata fama pro ratione injuriae proximo satisficiant propriamque suam conscientiam exonerent. Quid cum his agendum a confessoribus. Contumaces quomodo coercendi.

Prooemium.

Cum satis actum sit de fidei publicae temerariis, quo nomine designare convenit usurarios, qui sanctissimas leges jusque ipsum naturale nefarie proculcant et privatas hominum sortes remque eorum familiarem malis artibus ac immodico fenore penitus exhauriunt: nunc in aliud pessimum hominum genus pari cura animadvertendum esse sancta synodus judicavit. Eo enim timendi sunt magis, quo enixius proximi famam venenato detractionum halitu deturpare contendunt, non parentes gregi, imo in ipsum Dei sanctuarium, quod dolenter dicimus, ausu temerario irrumpentes et falsis quandoque criminationibus vel malignis commentis pastores ipsos sacrorumque ministros denigrare non grubescentes.

CAP. I.

Ut ergo fideles hujus provinciae tam nefarios homines, alienae existimationi infensos, sibi ipsis consulendo effugiant, neve quid habeant commune cum humani generis hoste, qui mendacii pater est et iniquus proborum insectator, parochos omnes, confessarios et concionatores sancta synodus hortatur in Domino, ut omni apostolico zelo plebem sibi concreditam instruant de tanti gravitate delicti deque necessitate restitutionis laesae famae ac de stricta obligatione congrue satisfaciendi parti offensae. Quicumque enim, non solum falsum crimen imponens, sed et verum malo animo detegens ac revelans; exaggerans, e mentis circumstantiis aggravans, proximi famam dehonoreare praesumpserit, sive verbo sive scripto famosive libellis, noscat, se non solum ex justitia et praeecepto teneri ad integram cumulatamque laesae famae reparationem, sed etiam ad dicta scriptae contrariis scriptis aut verbis iisque publicis, si opus fuerit, retractanda eademque simul lege teneri ad cujuscumque temporalis damni refectionem, quoties ex detractione damnum etiam fortunarum alteri obverit.

CAP. II.

Circumspectissimi proinde ac consideratissimi esse debent confessarii, ubi aliquis tanti criminis reus ad eorum tribunal accedit: videant itaque, ne nimis praecipitanter et inconsulto absolutionem prodigant, sed praevio diligenti examine, poenitentium dispositiones perspicendo suggerant eis, duce prudentia atque discretionem, non solum ea, ad quae tenentur, sed aptissima quoque media, quibus ad reconciliationis gratiam obtinendam et ad conscientiae securitatem pervenire valeant.

CAP. III.

Ut itaque maledicorum acuta velut serpentis lingua retundatur tutius: quoties detrahendi pruritus extinguere aut saltem temperare non possunt hortationes et pastorales admonitiones, ad severiora canonum remedia procedendum esse concilii patres duxerunt, licet inviti. Quocirca omnes et singulos, qui libellos probrosos mordacesque satyras seu cantiones, graviter proximi famam laedentes, confecerint, conscripserint, publicaverint, poenis canonicis coerceri ac censuris etiam puniri,

metropolitanus et comprovinciales curabunt, ubi tam execrabile facinus ad ecclesiasticum forum delatum fuerit et legitimis iudiciis ac testimoniis fuerit probatum.

TITULUS XLVI.

De archivis et juribus ecclesiae recuperandis seu conservandis.

Assidue laborent episcopi et quicumque beneficiati, ut suorum beneficiorum jura conservent ac recuperent. Retinentes ecclesiastica bona, jura vel jurium documenta moneantur in parochiali concione diebus dominicis habenda, ut ea restitui curent. Beneficiorum seu capellaniarum rectores infra tres menses post publicatum concilium episcopali cancellario tradant in manus instrumenta authentica bonorum mobilium et immobilium suarum ecclesiarum.

Prooemium.

Episcoporum onus et cura non levis fuit olim administratio et dispensatio omnium oblationum, quae ministris altarium in ecclesia fiebant; in sua scilicet quisque dioecesi idoneos divino servitio addecebat clericos, quibus congruam collatitiae pecuniae portionem dividebat, unde vitam sustentarent. At crescente postea pietate ac munificentia fidelium, multiplicatisque in bona etiam stabilia oblationibus supradictis, horum administratio seu oeconomia quibusdam de clero partite attributa fuit, quae portio cuique assignata beneficium nuncupatur. Non ideo tamen, quia pluribus plura ecclesiae bona sunt distributa, defervescente licite potest pastorum sollicitudo, quoties de iisdem bonis ecclesiasticis servandis et, si forte in pejus ruerint, pristino statui restituendis necnon ab usurpatione et invasorum cupiditate defendendis agitur.

CAP. I.

Metropolitanus igitur et comprovinciales, qui iurejurando obstricti tenentur bona ac jura beneficiorum hujus provinciae sarta tecta servare, exemplo aliis esse debent:

I. In instituendis, disponendis ordinandisque archivis, quae sunt ecclesiae aut pauperum scrinia¹⁾.

II. In colligendis recuperandisque omni diligentia sparsis quandoque apud notarios actis seu instrumentis *particularise* legatorum ac foundationum, quae occasione motae litis persaepe extrahuntur ex archivis et per oblivionem aut incuriam non reponuntur.

III. In conficiendis (ad mentem summi pontificis) diligentibus ac fidelibus beneficiorum ejusdem provinciae inventariis cum enumeratione reddituum ac fructuum, qui vel praesenti pecunia vel ex frumento, vino, oleo etc. quotannis percipiuntur: in quo promptissimam a capitulis omnibus, etiam ab ecclesiae metropolitanae canonicis, executionem concilii patres expetunt.

IV. In meliorandis instaurandisque fundis beneficiorum, in reparandis urbanis ac rusticis praediis, ne in supremo iudicio a patre familias pro male gesta villicatione et dissipatis bonis ipsius damnentur²⁾, neve ira summi vindicis in nos tanquam perjuri fontes effundatur.

CAP. II.

Ut itaque ad curam operamque, in hoc adhibendam tam a capitulis quam a quocunque beneficiorum possessore, auctoritas hujus concilii provincialis accedat: praedecessorum episcoporum statutis inhaerens, praesenti decreto mandat sancta synodus, moneri in parochiali concione, diebus do-

minicis haberi solita, omnes et quoscunque et cujuscunque status ac dignitatis sint, qui jura vel jurium documenta vel bona quaecunque, ad ecclesias vel loca pia hujus provinciae quomodolibet pertinentia detinent, ut ea quamprimum restitui curent capitulis seu beneficiorum possessoribus seu piorum locorum rectoribus et ipse tam gravi conscientiae consulant suae, ne poenis tam sacrilegae detentioni reservatis subiaceant. Quodsi publicae ac iteratae huic monitioni propriae salutis obliti obtemperare detrectaverint, ubi episcopi de monitionis negligentia atque contemptu certiores facti fuerint: ab illis, quorum intersit, severius etiam monitoriorum, quod est extremum, remedium opportune adhibeatur, ut canonicis omnibus modis frangatur simul contumacium pertinacia, et tantae ecclesiarum utilitati prospiciatur.

CAP. III.

Quia tamen clericorum saepe vel incuria vel ignorantia fit, ut, qui talia jura seu bona possident, ea tanquam transitoria et a re familiari prorsus aliena negligant laicorumque, ecclesiae patrimonio invidiose inhiantium, cupiditati permittant: ideo inventarium, ut supra, tam mobilium quam immobilium infra tres menses a die publicatae synodi confectum omnino patres concilii volunt.

CAP. IV.

Quapropter fore sperat sancta synodus, ut ab omnibus capitulis tam metropolitanae ecclesiae quam caeterarum cathedralium ac collegatarum exemplum in re tanti momenti praebeatur, injungitque omnibus beneficiorum seu capellaniarum rectoribus, ut infra praefinitum tempus deferantur in manus secretarii episcopalis *copiae* authenticae inventarii supradicti. Huic autem decreto eo libentius obsequi debet quicumque beneficiatus ad exonerationem propriae conscientiae, quod fidelem se et laudabilem ecclesiastici patrimonii administratorem sic praebebit Deo, cujus providentia, et ecclesiae, cujus beneficio sustentatur.

TITULUS XLVII.

De taxa functionum curialium.

Nullus sacramentorum dispensator quidquam mercedis exigere debet, nisi tanquam persona legalis: hoc primum. Plures habentur coram episcopis querimoniae de immoediciis ministrorum ecclesiasticorum exactionibus: hoc alterum. Ex his duobus inducitur necessitas taxationis, qua et habendi cupidini modus et conquerendi libidini finis imponatur: hoc ultimum.

Prooemium.

Quamvis jam expresse prohibita fuerit omnis exactio seu pactio pro sacramentorum dispensatione; cum tamen parochi duplicem personam gerant ratione duplicis ministerii, ad quod ab ecclesia delegantur: sunt enim et sanctae nostrae religionis ministri, qui sacra dispensant, et personae legales, quibus competit confectio quorundam actorum civilium, qualia sunt testamenta seu legata, ad quae jure canonico adhiberi possunt, quales etiam sunt commentarii publici, sponsalium publicationes scriptaeque testificationes, vulgo *certificates*, tum baptismorum tum mortuorum, sponsalium etc., quibus in iudicio et extra adhibenda est fides: ideo invigilent episcopi, ut, dum procedent ad taxam dioecesanam, in iis tantum immorentur, quae nullo modo ad sacrorum dispensationem pertinere possint.

CAP. UNICUM.

At, quoniam saepissime coram episcopis habentur jure vel injuria querimoniae de immoediciis ministrorum exactionibus, quae sane fidelium in

¹⁾ Conc. Rom., tit. 12, de fide instrumentorum [Mansi-Coleti, Conc., (1808), XXXIV, 1869-71].

²⁾ Luc. XVI.

viros ecclesiasticos, proprioque pastores amorem restringunt reverentiamque imminuunt ac fiduciam: ideo curabunt episcopi, in sua quisque dioecesi, ut generalis conficiatur taxatio, in qua ratio habeatur veteris consuetudinis, probati provinciae usus, subventionum aliorumque onerum, quibus subjacent beneficia, et majoris proventuum casualium qualitatis. Haec vero taxa, ubi in unaquaque dioecesi publicata et juxta juris normam intimata fuerit, mandat sancta synodus, ut inviolate observetur et in praesentis concilii appendicem inseratur.

TITULUS XLVIII.

De taxa pro salario et mercede expeditionum cancellariae episcopalis¹⁾.

Taxatio expeditionum cancellariae episcopalis diligenter fiat, ita tamen, ut, quoad ejus fieri potest, et taxae Innocentianae et aliorum, quae in hoc negotio pensanda sunt, ratio habeatur. Quicumque clericus in hac provinciam ex alienis dioecesibus venerit sacris ordinibus initiandus, dimissorias litteras proferat cancellario episcopali; eas autem cancellarius non restituat, nisi in acta publica relatas, nec recipiat clericus, nisi restitutas sibi fuisse scripto testatus fuerit.

Prooemium.

Cum nullo partium studio patent aures querimoniarum, sive a clericis sive a laicis prodeant, tunc res aequiori lance majorique diligentia pensantur, nec aliud quidquam praeter juris aequabilitatem in statuendo spectatur. Patres itaque concilii, apud quos habitae sunt querelae de nimietate sive immoderatione salarii, quod pro dimissoriis litteris aliisque similibus expediri solitis a cancellariis episcopalibus exigitur, quamvis non certae omnino fidei esse putent id genus expostulationes, omnem tamen objurgandi causam occasionemve submovendam esse arbitrantur. Ideoque curabunt episcopi, si taxam dioecesanam a se vel a praedecessoribus suis statutam nondum habeant, ut novam diligenter conficiant, quae, quantum fieri poterit, cum taxa Innocentiana congruat, habita tamen ratione usus regionum, in quibus sitae sunt dioeceses, antiquae consuetudinis et monetae tum papalis tum maxime regiae, quae quoad extrinsecum valorem incerta saepe est et commutabilis, aliisque pro rei momento perpensis atque discussis, necnon auditis interessentibus.

CAP. UNICUM.

Quia vero clerici, quoties ab aliis dioecesibus in hanc provinciam sacris ordinibus initiandi veniunt, non solum authenticas testificationes proferre debent, a quibus ordinis ultimo loco suscepti certa notitia depromi possit, verum etiam dimissorias litteras a propriis suis episcopis obtentas: idcirco majoris cautionis causa placet sanctae synodo, ut archetypae illae seu *originales* dimissoriae litterae non reddantur a secretariis episcopalibus, nisi postquam in acta publica ordinationum fuerint relatae, easque dein sibi restitutas fuisse declaraverit ordinandus, apposito in publici codicis margine chirographo.

TITULUS XLIX.

De medicis.

Renovantur et denno publicantur decreta de medicis, in ultimo concilio provinciali Avenionensi facta.

Quandoquidem in ultimo concilio provinciali Avenionensi, sub clarae memoriae cardinali Taurasio, hujus tunc provinciae metropolitano, de medicis ad mentem sanctorum pontificum caute pro-

videoque statutum fuit, estis futurum esse censuit sancta synodus, si tam pii tamque considerati viri premerentur vestigia: ideoque ejusdem hac de re decreta renovari et iterum publicari mandat.

DECRETUM

clar. mem. cardinalis Taurasi in suo concilio provinciali.

Ita corporis valetudo curanda est, ut animas salus non negligatur. Quapropter medicis tam physicis quam chirurgicis praecipimus, ut, cum primum ad aegrotos vocati fuerint, eis necessariam peccatorum confessionem faciendam esse persuadeant. Quoniam vero res ista magni est momenti: idcirco, quaecumque constitutio Pii V. fol. record.¹⁾ circa medicorum munus decrevit et sancivit, hic commemoranda esse censuimus, ne cuiquam ignorantia suffragetur.

Medici itaque tertio die ulterius aegrotos non visitent, nisi longius tempus ipsis confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientia oneratur, concesserit, et illis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi, ut praenittitur, peccata sua confessi sint.

Quodsi qui medicum praemissa non observaverint, ultra poenas in constitutione Innocentii III.²⁾ contentas, quas incurrunt, iis etiam subiaceant, quas in supradicta bulla Pii V. continentur.

Nullus item medicus, sub poenis supradictis, pro corporali salute aliquid suadeat vel permittat, quod in animae periculum vergat.

Quod autem de medicis haecenus dictum est, de pharmacopolis intelligendum est pariter, ubi medicorum vices obeunt.

TITULUS L.

De formulis.

Parochi, cum baptismata, conjugia mortuosque in acta publica referant, eadem omnes utantur formula, a patribus concilii praefinita; nec parochorum testificationes, nisi conceptis verbis perscriptae, auctoritate publica muniantur.

Hoc etiam totius provinciae commodo non ita inutile futurum est, si omnes parochi una eademque utantur formula scribendi, cum baptismatum, conjugiorum mortuorumque indicem conficiunt. Provide itaque decrevere hujus concilii patres, ut, quam, consultis theologis parochisque bene multis, normam praefinierint, ab ea nemo quisquam curam animarum habens unquam recedat: monenturque ad hunc finem secretarii episcoporum seu cancellarii, ne *legalitatem* apponant testificationibus, quas parochi, etiam proprio chirographo munitas, concesserint, nisi conceptis et solemnibus verbis perscriptae sint.

TITULUS LI.

De synodo provinciali ejusque decretis et constitutionibus.

Statuta jam in synodis dioecesanis et in metropolitani ac provincialium episcoporum edictis atque constitutionibus, quae hujusce concilii decretis non adversantur, confirmat sancta synodus. Praecipitur, ut ejusdem concilii exemplar comparatur, et in eo contenta observentur. Interpretatio veri sensus decretorum, ad quos pertineat, et quae sit res difficile ac dubias enolandi aut aperiendi ratio.

Licet, quae haecenus definita et publicata sunt, pro majori parte decerpta fuerint ex antiquioribus conciliorum provincialium Avenionensium codicibus,

¹⁾ Constitutio Pii V. quae incipit: *Supra gregem*. Const. 8 die 8 martii 1566.

²⁾ Cap. *Cum infirmis*, 18 de poenit. (V. 88).

¹⁾ Trid. sess. 21, cap. 1, de ref.

omnemque ideo observantiam ipsa praestendam esse, ex obedientia et docilitate cleri nostri facile confidamus. Ut tamen caetera, quae vel in synodis dioecesanis vel in nostris et comprovincialium episcoporum edictis et constitutionibus statuta jam sunt, in suo vigore ac usu remaneant, declarat sancta synodus, hanc sibi mentem fuisse, ut eorum omnium vis et auctoritas augetur, non imminueretur, in iis praesertim, quae hujusmodi decretis directe non repugnant. Ne autem, quae hic a nobis et eisdem episcopis unanimi judicio renovata, correctae ac in divini cultus augmentum et in strictiorem disciplinae observantiam statuta sunt, eo, quem intendimus, fructu careant, praecipit sancta synodus omnibus praepositis, decanis, prioribus, parochiis et ecclesiarum rectoribus, ut, statim ac auctoritate pontificia fuerint examinata, probata et confirmata typisque demandata, horum exemplar sibi comparent, penes se habeant semperque retineant, legant et in eo conclusa observent. Si qua autem difficultas circa decretorum sensum aut praxim occurrat, eam proprio judicio et interpretatione solvendam ne existiment, sed eorum explanationem seu declarationem usque ad proxime futuram synodum reservatam esse noverint metropolitanam et episcopis comprovincialibus respective: quod intelligendum est de dubiis levioribus. Quoad graviora vero et urgentiori explanatione indigentia, ea quilibet episcopus ad metropolitanam deferat, ut cum eorumdem comprovincialium voto et consensu opportune provideatur, salva semper sanctae Romanae ecclesiae suprema auctoritate, cui omnia a patribus in hac provinciali synodo acta atque decreta, ea, qua decet, obedientia et reverentia subjiciuntur examinanda, explicanda et emendanda.

DECRETUM

de concilii conclusione ac dimissione.

Ut tandem praedecessorum metropolitanorum et comprovincialium episcoporum veneranda traditio in similibus cleri comitiis servetur: exoptata reverendissimorum coepiscoporum sententia, pastoralique sollicitudine eos jam ad suas ecclesias revocante, ipsam synodum merito dimittendam esse existimamus et praesenti decreto tanquam absolutam dimittimus.

Dat. Avenionis in ecclesia metropolitana, hac die prima novembris anno 1725.

Ego Franciscus Mauritius, archiepiscopus Avenionensis metropolita, supradictis decretis provincialis synodi definiens subscripsi.

Ego Franciscus Maria, episcopus Carpentoractensis, consentiens subscripsi.

Ego Joseph, episcopus Cavallicensis, consentiens subscripsi.

Ego Joseph Ludovicus, episcopus Vasionensis, consentiens subscripsi.

*Cl. Carret, eccl. metrop. canonicus,
secretarius concilii.*

ELENCHUS MINISTRORUM CONCILII.

I. Promotores fiscales.

Hieronymus Barbier, i. u. d. et mensae archiepiscopalis advocatus.

Spiritus Josephus Dumas, i. u. d. et ejusdem mensae advocatus.

II. Secretarius.

Claudius Carret, canonicus ecclesiae metropolitanae, in s. theologia licentiatus.

III. Magistri caeremoniarum.

Spiritus Laget, canonicus ecclesiae parochialis et collegiatae s. Mariae Magdalenae Avenionensis.
Franciscus Ranchet, presbyter.

IV. Cancellarius.

Joseph Philip.

V. Notarius.

Joannes Franciscus Mantillery.

VI. Theologi et canonistae.

Pro parte illustrissimi et reverendissimi metropolitae.

Lupus Paulus de Sallières de Fosseran, i. u. d., canonicus ecclesiae metropolitanae, vicarius et officialis generalis illustrissimi et reverendissimi archiepiscopi.

Josephus de Clero de Mollières, i. u. d., ecclesiae collegiatae s. Marthae Tarasconensis thesaurarius canonicus et officialis a parte Provinciae.
Alexander de Fortia d'Urban, i. u. licentiatu ecclesiae collegiatae s. Joannis Rupiamaur. decanus et officialis a parte Occitaniae.

Abbas Franciscus de Tullia, Tricastinensis ecclesiae antiquus praepositus.

Josephus Franciscus de Salvador, presbyter, i. u. d., superior seminarii N. D. a S. Custodia Avenionensis.

Claudius Franciscus de Bellis de Roays, presbyter, i. u. d.

Paulus Antonius Bruyère, presbyter.

P. Josephus Patin, ordinis Praedicatorum, s. theologiae doctor et in academia Avenionensi professor perpetuus.

P. Lambertus Gaud, ordinis Praedicatorum, s. theologiae doctor et in academia Avenionensi professor perpetuus.

P. Claudius Rousset, ordinis Carmelitarum, doctor Sorbonicus.

P. Bartholomaeus Moiroux, soc. Jesu, majorum scholarum praefectus.

P. Ignatius Arnaud, soc. Jesu, s. theologiae professor.

Pro parte reverendissimi episcopi Carpentoractensis.

Joseph Franciscus de Jarente de Cabanes, s. theologiae doctor, praecentor ecclesiae cathedralis Carpentoractensis.

Ludovicus de La Motte d'Orleans, s. theologiae doctor, ecclesiae cathedralis Carpentoractensis canonicus theologus.

Joseph de Ste-Marie, presbyter, i. u. d., superior seminarii S. Caroli a Cruce Avenionensis.

Petrus Paulus Franciscus Tussanus de Cabanis, presbyter, doctor Sorbonicus, director seminarii s. Caroli a Cruce Avenionensis.

Pro parte reverendissimi episcopi Cavallicensis.

Ludovicus de Guyon de Crochant, s. theologiae doctor, canonicus ecclesiae metropolitanae et reverendissimi episcopi Cavallicensis vicarius et officialis generalis.

Jacobus Gavotty, canonicus ecclesiae cathedralis Cavallicensis et reverendissimi episcopi vicarius et officialis generalis.

Laurentius Dominicus Bertet, presbyter.

Pro parte reverendissimi episcopi Vasionensis.

Joseph Gabriel Barbier, i. u. licentiatu, baccalaur. Sorbon., praepositus ecclesiae cathedralis Vasionensis.

Spiritus Petrus Julien, s. theologiae doctor, archidiaconus ecclesiae cathedralis Vasionensis.

Paulus Joachim Barthoquin, s. theologiae doctor.

BREVE SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI

divina providentia pape XIII.

quo praesentis concilii Avenionensis constitutiones
ratae habentur et pontificia auctoritate confirmantur.

BENEDICTUS pp. XIII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Provincialis concilii constitutiones, quibus fraternitas tua ad vota nostrae sollicitudinis explenda aliorum solertiae antevertare studuit, sicut a te missae libenter accepimus, ita a nobis merito comprobatae ad fraternitatem tuam grato laetique

animo remittimus, tuum et coepiscoporum solum ac sapientiam dignis laudibus prosequentes. Eisdem proinde sanae doctrinae disciplinaeque ecclesiasticae munientiae et propagandae, Domino adjuvante, mirifice profecturas nostra etiam auctoritate confirmamus. Tibi autem, venerabilis frater, et comprovincialibus episcopis, qui ad colendam vineam Domini strenuam operam per synodalia decreta contulerunt, caelestem mercedem supplices exposcimus et apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae, apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXV. februarii MDCCXXVIII. pontificatus nostri anno quarto.

C., archiepiscopus Emissenus.

APPENDIX AD CONCILIUM AVENIONENSE.

Praefatio.

Probatissimum jam ex pontificia benignitate hujus concilii provincialis constitutionibus, ac inde pari indulgentia concessa nobis earumdem editione ac publicatione, quaedam in ejus appendice addenda esse duxit sancta synodus, quae uno volumine complexa ad manus totius provinciae cleri haberi possent et ad ipsius eruditionem paratiora fierent, quo promptiora; suntque selectae quaedam constitutiones summorum pontificum seu decretales, quibus et apostolico robore firmarentur synodalia haec statuta, et contra nostrorum temporum novi-

tates ac errores inflictae jam censurae atque damnationis provida recordatio clerum omnem redderet cautiorem.

Quaedam item recenseri conducibile visum est, publica nempe documenta, et sua antiquitate spectanda et gravissimorum antistitum auctoritatis pondere veneranda, tum etiam alia ex veterum hujus provinciae patrum synodalibus comitiis excerpta, ut sic ad instar patris familias ad utilitatem plebis suae nova et vetera proferantur.

Epistolarum et constitutionum in appendice contentarum textum non dabimus, quia inveniuntur in bullariis, sed horum documentorum seriem hic notare juvat.

I. Constitutio Pii V. contra 79 propositiones Baii: „Ex omnibus afflictionibus... Romae, 1 oct. 1567.“

II. Constitutio Urbani VIII. contra librum Jansenii: „In eminenti ecclesiae... Romae, 6 martii 1641.“ [Magnum bullarium Romanum, (Luxemburgi, 1737), V.] [Bullar. cit., V, 369-73.]

III. Constitutio Innocentii X. contra quinque propositiones Jansenii: „Cum occasione impressionis... Romae, 31 maii 1653.“ [Bullar. cit., V, 486-7.]

IV. Epistola cleri Gallicani ad Innocentium X.: „Optata pervenit ad nos.“ Absque data.

V. Constitutio Alexandri VII. in qua quinque propositiones ex libro Cornelii Jansenii excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio intento damnatas fuisse declaratur: „Ad sacram beati... Romae, 16 oct. 1656.“ [Bullar. cit., VI, 46-8.]

VI. Constitutio Alexandri VII. in qua certa formula contra Jansenianam haeresim subscribenda traditur: „Regimini apostolici... Romae, 15 februarii 1665.“ [Bullar. cit., VI, 211-2.]

VII. Decretum Innocentii XII. super fomulario Alexandri VII. die 28 januarii 1694: „Sanctissimus d. n. d. Innocentius XII., auditis...“

VIII. Constitutio Clementis XI. confirmans praecedentes constitutiones Innocentii X. et Alexandri VII.: „Vineam Domini Sabaoth. Romae, 16 octobris 1656.“

IX. Constitutio Clementis XI. contra librum Quesnellii: „Unigenitus Dei filius... Romae, 8 sept. 1713.“ [Bullar. cit., VIII, 118-22.]

X. Epistola Ravennii aliorumque episcoporum Gallorum, ad Leonem papam: „Perlati ad nos.“ [Mansi, Conc., VI, 161-5.]

XI. Epistola Ceretii, Salonii, et Verani, episcoporum Gallorum, ad Leonem papam: „Recensita epistola.“ [Mansi, Conc., VI, 81-2.]

XII. Eusebii, Mediolanensis episcopi, epistola ad Leonem papam: „Reversis, Domino annuente.“ [Mansi, Conc., VI, 141-4.]

XIII. Constitutio Benedicti XIII. super ecclesiastica disciplina in Hispania: „In supremo militantis... Romae, 23 septembris 1724.“ [Bullar. cit., VIII, 472-8.]

XIV. Constitutio Benedicti XIII. de immunitate ecclesiastica: „Ex quo, divina... Romae, 8 junii 1725.“ [Bullar. cit., VIII, 482-5.]

XV. Constitutio Clementis X. de regularium privilegiis: „Superna magni patris-familias... Romae, 21 junii 1670.“ [Bullar. cit., VI, 305-7.]

XVI. Epistola congregationis concilii Tridentini interpretis, ad archiepiscopum Avenionensem, super exercitiis spiritualibus singulis annis peragendis: „Inter gravissimas pastoralis... Romae, 1 febr. 1710.“

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

1725 mense novembri.

Synodi istius acta memoramus tantum *κατ' ἐπιτομὴν*, ut aestimare quisque possit, quanti ponderis negotia interdum agantur penes ecclesiae orientalis antistites, viros illos maximae gravitatis et amplitudinis. Cum in maiori patriarchatus Con-

stantinopolitani templo nova per totum ambitum sedilia a mulieribus occupanda extracta essent, horum decimum quartum in parte sinistra e regione ipsius sedis patriarchalis collocatum uxori domini Thomae Testabuza medici eiusque haeredibus ex

totius synodi sententia in perpetuum concessum est. Diploma, quo ius illud datur, publici iuris fecit Georgius P. Purnaras apud Ath. Palaeologum, *Hμερολόγιον της Ανατολής του έτους 1885, Constantinopoli, 1884, p. 157-158.* Huic subscripserunt una cum Hieremia patriarcha metropolitae tredecim, quorum nomina haec sunt: δ Ηρακλής;

Καλλίνκος. — δ Κυζίκου Αλέξανδρος. — δ Νικομηθείας Παύλος. — δ Νικαίας Γεράσιμος. — δ Χαλκηδόνος Νικόδημος. — δ Αθριανουπόλεως Αθανάσιος. — δ Σηλυβρίας Μακάριος. — δ Πισιδίας Ματθαίος. — δ Αγγιόλου Καλλίνκος. — δ Δρύστρας Σεραφείμ. — δ Χίου Δανιήλ. — δ Παλακίων Πατρών Δανιήλ. — δ Μαρωσσίας Αθανάσιος.

LONDINENSES ET CONSTANTINOPOLITANAE SYNODI

pro ineunda concordia Anglicanos inter et orthodoxos Orientales (1716-1725).

Saepe quidem subinde actum est de ecclesia Orientali cum Romana concilianda, sed infelici semper conatu. Nec meliori sane fortuna protestantes elaborarunt, quemadmodum multisprehendit experimentis. Etenim ut silentio praeteremus ingens illud *intercommunio*nis (ut vocant) negotium, quod annis abhinc non multis summo labore susceptum gravi lapsu corruit, optime cuique notum est, quis exitus fuerit famosi illius per litteras colloquii, quod theologi Tybingenses cum patriarcha Hieremia anno 1576 et sequentibus habuerunt. Unitas instaurari non potest apud eos qui ab ecclesia catholica recesserunt: ubi ut omnes a catholicis, ita a seipsis singuli incredibili odio dissident. Sola catholicae veritatis invidia coniuncti, caetera omnia toto caelo differunt, quasi Sampsonis vulpeculae, quae caudis colligatae capite in diversa tendebant. Cui veritati comprobandae luculentum sane ac plane novum adducimus exemplum, negotium iniquum infeliciter gestum saeculo XVIII ineunte Anglicanos episcopos inter et Graecos patriarchas. Qua ratione susceptum, tractatum, confectum fuerit, id ex epistola utrimque in eo obeundo scriptis satis aperte lectoribus significabitur. Priusquam tamen litteras ipsas aggredieremur, pauca quaedam, quibus res illustraretur, prae loqui causa generaliter praemittenda duximus. Totius igitur negotii summam hanc habeto.

Sub initium saeculi XVIII Alexandrino patriarchatu fungebatur Gerasimus cognomento Pallidas, qui die 25 iulii 1688 summum illud munus adeptus, post annos viginti duo, 30 ianuarii 1710, sponte dimisit, cum aeris alieni pondere, tum senio oppressus. Eadem qua se removet die, Samuel Capasules, genere Chius ac Lybiae metropolitano, in eius locum successit, ac tertia die, 22 nimirum ianuarii eiusdem anni, in nova sede sollempni ritu constitutus. Vix iste patriarcha salutatus est, cum ad dissolvenda debita, quibus demergebatur Alexandrina sedes, animum totum appulit; atque ultima statim expertus, duos viros, Arsenium Thebaidos metropolitanum una cum Gennadio archimandrita Alexandrino, in Angliam amandavit, qui suo ipsius nomine pecuniam colligerent. Litteris commendatitiis, quibus eos instruxit, Annam Stuartam, Britannorum reginam (1702-1714), rogavit Samuel, ut legatos blande suscipere ac prompte adiuvare, immo cunctis regni proceribus vehementer commendare velit. Ut autem quivis hac de re iudicare eo facilius possit, verba epistolae ipse diligenter expendat, cuius potior locis sic habet¹⁾:

Διὰ ταῦτα καὶ ἡμεῖς τεθαρρηθέντες ἐλπίζαντες, ὡ γαλήνοτάτῃ Ἰνασσα, πέμπομεν εἰς ταπεινὴν προσκύνησιν τοῦ ἱεροῦ καὶ διοργανήτου κράτους τῶν

ἐν Χριστῷ ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν πανιερώτατων κυρ Ἀρσένιον μητροπολίτην Θηβαΐδος, ὑπερίτερον καὶ ἔξαρχον παντός κατὰ Νείλου ἐπαρχίας, ὑποκειμένης τούτῳ τῷ καθ' ἡμᾶς ἀγιοτάτῳ θρόνῳ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ τὸν δούλοτάτον ἀρχιμανδρίτην τοῦ αὐτοῦ ἡμετέρου θρόνου ἐν ἱερομοναχίῳ κυρ Γεννάδιον μετὰ τῆς συνοδείας αὐτῶν. Καὶ πρῶτον μὲν παρακαλοῦμεν, ὅπως ἐνώπιον τῆς σῆς φιλανθρωποτάτης βασιλείας εὐρωσὶ χάριν τῆς φιλοθέου ἀποδοχῆς καὶ εὐμενοῦς δεξιώσεως (πρόσωπον καὶ γὰρ ἐπιφέρουσιν τοῦ ἀγιοτάτου τούτου θρόνου καὶ τῆς ἡμῶν μετριότητος, ἀπὸ νεαρῆς αὐτῶν ἡλικίας πιστοὶ καὶ γνήσιοι πεφυκότες θεράποντες τῆς ἀγιοτάτης ταύτης τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας)· δεῦτερον δὲ καὶ ἡμᾶς μετόχους γενέσθαι τῶν πλουσιῶν δωρεῶν καὶ ἀφθονοπαρέχων ἐλεημοσυῶν καὶ εὐποιῶν τῆς σῆς μεγαλοδωροῦ βασιλικῆς δεξιᾶς· μέγα γὰρ τὸ ἐφ' ἡμᾶς δεινόν, ἦ τε ἀπορία ὑπερβάλλουσα καὶ ἀκρα ταλαιπωρία, ὅς ὢν καταπιεζόμενοι ἀθλίως εἰς βυθὸν κινδυνεύομεν καταστρεφῆναι τὸν καθ' ἡμᾶς πατριαρχικὸν θρόνον τὸν ἐν μέσῳ τῆς τοιαύτης καὶ τοσαύτης ἀθείας τοῦθων τῶν ἀραβικῶν μερῶν καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ὡς ἀστὴρα λάμποντα καὶ κηρύττοντα, ὡ μόνου ἀπὸ κακίας καὶ φθόνου τῶν ἐχθρῶν τοῦ Χριστοῦ εἰς ἐλεῆρον τοσοῦτον φθίσαντα. Ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμῶν ὁμοιοσχίμων κινήθεισας τῆς κακίας καὶ τῶν μελῶν, καθιχθῆμεν εἰς χάρος ἐπιώθονον καὶ ἀθλιότατος καὶ ταλαιπωρίας καὶ χρέους βαρυτάτου ἐπέκεινα τῶν ἐξήκοντα πουργίων, ἅτινα ἐθανείσθημεν κατὰ ἀλλοτρίων καὶ ἀλλοφύλων τῶν τόκῳ δεινοτάτῳ. Καὶ τῶν μὲν ἱερῶν σκευῶν, πατριαρχικῶν ἀμείνων καὶ πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν τὰ μὲν ἀπεμπολήθησαν καὶ τὰ λοιπὰ ἐνέχυρον μένουσι διὰ τὸ χρέος. Τῆν δὲ αἰτίαν τοῦ τοιαύτου ἡμῶν ἐστολέου ἀφαισμοῦ καὶ τῆς πανολέθρου καταδίκης, γνωρίμην ποιήσουσι καὶ δόλῳ ἐν συνέψει τὰ τε μαρτυρικά τὰ ἐν χερσὶ τῶν ἡμετέρων πατέρων, διεξοδικώτερον δὲ ἀπὸ γλώσσης αὐτῶν καὶ ζώσης φωνῆς· οὐκ ἔδοξε γὰρ ἡμῶν ἀμύδιον ἔλεος καὶ χάριν ἀπαυτοῦσας τὰς ἱερὰς ἐκκλῆσας τῆς ἡμετέρας βασιλείας βαρύνειν διὰ τοῦ πολλοῦ τῆς διτηγῆσεως καὶ παρεξόντων θρήνων καὶ θακρῶν ἀποκαταστάσειν (!).

Datae erant litterae ex aedibus patriarchalibus aegyptiacis anno salutis MDCXXII, mensis februarii 25, indictione V.

Legatorum in Angliam adventum paucis narrat Wanley, vir tunc temporis magni apud suos nominis. Sua ipsius verba hic referre iuvat¹⁾: „Gerasimus the aged patriarch of Alexandria resigned his office, that he might go and end his days at Monte Santo (i. e. Monte Atho). The people elect Samuel archbishop of Lybia in his room; but Cosmas, archbishop of Mount Sinai, purchasing the

¹⁾ Integram vide apud Sp. Lampros, *Ἱστορίαι τῆς ἱστορίας καὶ ἐθνολογικῆς ἐταιρίας τῆς Ἑλλάδος*, t. III (Athenis, 1888), p. 562-567.

¹⁾ British Museum, Harl. No. 3778, fol. 111, apud G. Williams, *The orthodox church of the east in the eighteenth century*, Londini, 1898, p. XXVII.

favour of the Grand Vixier, the church of Alexandria is so much oppressed that they send hither Arsenius, metropolitane of Thebais, and Gennadius a Cypriot and archimandrite, and cathegumenes of Alexandria, with four deacons, an anagnostes, a cook and an interpreter, to crave the assistance of good christians." Graecos cum Londinum appulisse cognovisset Joannes Covel, collegii Christi apud Cantabrigienses rectoris, ad amicum Wanley scripsit, unum atque alterum argumentum contra catholicam circa transubstantiationem doctrinam de Arsenio eiusque socio expiscaturus. Remisit ille epistolam indiciorum plenam, cui testimonium, quod a Graecis acceperat, inclusit. Quod utrumque scriptum, cum ad rem nostram non parum conferat, lectori benevolo laeti ac hilares impertimus. Sequitur proinde primum epistola Wanley ad Covel, et ea finita, testimonium Arsenii de transubstantiatione¹⁾:

Humphrey Wanley to Dr. John Covel.

Coach Office, 21 December, 1714.

Reverend Sir,

According to your Desire, I did (some months since) enquire of Arsenius the Metropolitane of Thebais, and of the Archimandrite Gennadius, touching the *μετουσίωσις*, which word they seemed not to understand: and afterwards owned that they had never heard of it before. They said that in the Blessed Sacrament of the Eucharist, they receive Christ's Body *πνευματικῶς*, and declared that they would give me a Certificate of such their Belief when I should require it. This I did upon the Receipt of yours of the 13th instant, which I also communicated to the Bishop of London, who is much harrassed about them, and cannot as yet get them to accept the £ 200 given by our late pious Queen for their Departure. His Lordship had them to Dinner last Saturday, and was pleased to have at that time some conference with me and others, with or concerning them. The Result is, the men (although we have reasons sufficient to persuade and satisfy us that they are True and Honest Men) must quickly be gone; we are against a Brief, or any General Collection for them; and we do not like that the Universities should be pestered with them. The poor Archbishop cried out like a child, when my Lord of London told him he must Depart. Only thus far he Relented (upon much Intercession) that they might petition to his Majesty (which he advised should be done in French, and not in Greek), and if that had any good effect, well; if not, to be gone. They are extremely necessitous, and live in much misery and want. I have lent them some pounds, since I saw you, and have gotten them some charities; and yet their numerous Family consume all. On Monday, I got the following confession from them, craftily worded. I told them I believed it was taken from some book I had heretofore read: they replied it is taken from the Liturgies of Basil and Chrysostome. I told em roundly, the Question was not, about what Chrysostome or Basil believed but about what they themselves believed; they Answered, they believe as those saints did. I would have had them to declare against the *μετουσίωσις* in their certificate; they said they would not meddle with what did not belong to them, etc. I am therefore forced to content myself with what you see in the margin, which is a

faithful copie of the badly spelt and badly accented original, which I keep by me. They would have put no date, nor no names unless I had particularly required them.

The crosses (†) also were left out, which when I asked the reason of, they said that since that mark was not used in this Country, they complied with the fashion: but at my speaking they freely put them to.

If you have any other service to command me, you may freely make use of

Reverend Sir,

Your most faithful

and obliged Servant,

Humfrey Wanley.

The last is *ὁ ἀρχιμανδρίτης Γεννάδιος*, by way of the monocondylia.

Autographo epistolae huius auctor Londinensis sequens apographon in margine subiecerat:

+ Περὶ τῆς ἀγίας εὐχαριστίας τοῦ τίμου Σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ἰπνοκᾶτος εἰς τὴν θεωρίαν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου, εἰς τὸ ὅποιον εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως παρῶν, ἦγουν κατὰ τὸ πρᾶγμα, ὁ Ἰησοῦς Χριστός. καὶ κατὰ τὸ φαινόμενον εἶναι ἄρτος, καὶ οἶνος. εἰδὲ κατὰ πνεῦμα Σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. οὕτως ἔχει.

Κάτετος, ἀψιδ^{*)} Δεκεμβρίου 21.

+ ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης θεσσαλονικῆος ἀρσένιος.

+ ὁ ἀρχιμανδρίτης γεννάδιος.

*) — Here they mistook the day of the month: and as bad as this their certificate is, it had been worse if they were to have drawn it from their heads alone without the help of books: at least for Gennadius his part.

Haecenus illa epistola, quae satis quidem accurate, etiam minus liberaliter, negotium Arsenianum proponit ac pro ratione circumstantiarum de eo disserit. Ex qua aperte comperitur, Graeculos illos gravibus Britannis brevi molestos et odiosos fuisse: atque hos quidem omni studio et opera elaborasse, ut peregrinantes loco exturbarent. Illos vero a sententia nec transversum unguem deflexisse, ex altera eiusdem Wanley epistola ad dominum Tudway, 24 decembris 1715 data, pronum est intelligere, in qua Thebaidos metropolitani apulsum ad Cantabrigienses denuntiat, stipis colligendae gratia: *The Greek metropolitane of Thebais, scribit ille, will come to Cambridge soon after Twelfth-day on purpose to collect your charities: pray acquaint the master (i. e. Covel) of this*¹⁾. Quin immo septem interiectis mensibus a scripta, hac epistola Londinensium compita rursus pervagabantur, cum mense iulio 1716 uni alterive episcopo pusilli *Non iurantium* gregis occurrentes vias plane novas sibi aperuere.

Qui fuerint illi *Non iurantes* (Non juratores), cuique rerum historicarum non prorsus ignaro notum est. Confestim a suscepto Angliae regno sub initium anni 1685, Jacobus secundus catholicos a tot annis crudeli iugo depressos voluerat libertati reddere. Rem aggressus, tam pervicaces animos offendit, ut inde famosa illa rerum conversio traxerit originem, qua coniuratione inita et comitibus generalibus pronuntiantibus Jacobum a iure regnandi excidisse, in Guillelmum Arausicanum collatum est imperium. Novo tamen principi sacramentum dicere abnuerunt non pauci vel ex Anglicanis. Hinc factum est, ut in illa pravaram religionum turba, quibus Anglia iam in tot partes scindebatur, nova secta surrexerit, eorum scilicet

¹⁾ Exstat ex Museo Britannico, add. man. 22, 911, fol. 163, apud G. Williams, op. cit., p. LX.

¹⁾ Cod. Musaei Britan., Harl. 3782, fol. 182; G. Williams, op. cit. XXX.

qui *Non iurantes* (Non jurata) dicti sunt; quorum numerus, etsi principio exiguus, crevit tamen in dies, quando Araucanus anno 1697, ubi actum de pace generali, legitimus regni possessor renuntiatus est; item quando in eius locum Anna Danica principissa, Jacobi II filia altera, anno 1702 suffecta est, praecipue vero anno 1714, cum regnum cepisset Georgius Hannoveranus. Sed quid istud negotii cum mendicantibus Graeculis? Exstat quaedam pagina eaque satis brevis D. Brett, viri cuiusdam ex *Non iurantibus* insignis, in qua res tam luculente exponitur, ut hic integram exhibere placuit. Illa itaque a verbo ad verbum sic sonat¹⁾:

In the month of July 1716, the bishops called Nonjurors, meeting together about some affairs relating to their little church. Mr. Campbell took occasion to speak of the archbishop of Thebais then in London; and proposed that we should endeavour an union with the Greek church, and draw up some propositions in order thereto, and deliver them to that archbishop, with whom he intimated, as if he had already had some discourse upon that subject. I was then a perfect stranger to the doctrines and forms of worship of that church, but as I wished most heartily for a general union of all christians in one communion, I was ready to have joined with Mr. Campbell on this occasion: but Mr. Lawrence being in the room, drew me aside, and told me, that the Greeks were more corrupt and more bigoted than the Romanists, and therefore vehemently pressed me not to be concerned in this affair. Therefore I then declined it. But Mr. Collier, Mr. Campbell and Mr. Spinkes joined in it, and drew up proposals, which Mr. Spinkes (as Mr. Campbell informed me) put into Greek, and they went together and delivered them to the archbishop of Thebais, who carried them to Moscow, and engaged the Czar in the affair, and they were encouraged to write to his majesty on that occasion, who heartily espoused the matter, and sent the proposals by James, proto-synellus to the patriarch of Alexandria, to be communicated to the four Eastern patriarchs. Before the return of the patriarchs' answer to the proposals, a breach of communion happened among the Nonjurors here, Mr. Hawes, Mr. Spinkes and Mr. Gandy on the one side, and Mr. Collier, Mr. Campbell, Mr. Gadderar and myself on the other. So that when the patriarchs' answer came to London, in the year 1722, Mr. Spinkes refused to be any further concerned in the affair, and Mr. Gadderar and I joined in it. After Mr. Gadderar went to Scotland, Mr. Griffin, being consecrated, joined with us. The rest of the story relating to this matter may be gathered from the letters and the subscriptions to them. Mr. Collier subscribes Jeremiae, Mr. Campbell Archibaldus, Mr. Gadderar Jacobus, Mr. Griffin Johannes, and I, Thomas.

March 30th, 1728.

Thomas Brett.

Haber hic, lector benevole, totum unionis tentatae negotium Anglicanos inter et Orientales summatim quidem, sed accurate expositum ab uno ex illarum rerum actoribus. Quo vero facilius intelligas, quae fuerint actoris cuiusque partes quamque tandem fabula solutionem habuerit, operae pretium erit memorasse nudam ac simplicem rerum narrationem ac seriem, ut ex illa discas actus, ut vocant, cuiuslibet argumentum et oeconomiam.

Vix *Noniurantes* episcopi exiguitatis suae sibi concilii cogitare coeperunt de ineunda cum Orien-

talibus unitate et concordia, eamque ad vehementer expetere Arsenio significarunt, cum ad condiciones Orientalibus offerendas animum appulerunt. Hanc in rem a Campbell, viro inter illos spectatissimo, schema editum, mox ex anglico in latinum graecumque sermonem translatum, in latinum quidem pro sancta Russorum synodo, in graecum vero pro Graecorum patriarchis; ne autem hoc refutato conatu restinguantur studia Orientalium, quod sine ingenti Anglicanorum probro ac detrimento contingere non posset, consilium ceptum de tota re potentissimum Russorum imperatorem Petrum I certiolem facere, ac propositae unitati supremum eius patrocinium supplicibus litteris flagitare: litterae datae, quibus instructus ex Anglia festinato itinere in Moscoviam adventans Arsenius, eas una cum ineundae concordiae pactionibus Petro I offert. Rei favet Caesarea sua Maiestas, et cupit optime; neque desinet, in posterum eam favore fulcire suo: ad id temporis providet, ut graecum schematis exemplar Constantinopolim ad orthodoxos patriarchas per Jacobum, Alexandrinae sedis proto-synellum, transmittatur. Pro suo isto negotii promovendi studio gratias gloriosae principi maximas referunt Anglicani litteris 8 octobris 1717 datis, quas secundo loco edemus.

Protinus a suscepto Anglorum schemate, Graeci patriarchae, coacta Constantinopoli episcoporum clericorumque synodo, condiciones oblatas mente animoque considerant. Re diligenter perpensa, respondent ad singula schematis capita, alia probantes, alia reiicientes; uberiori sermone declarantes in quo ipsis cum Anglicanis conveniat, et in quo non conveniat. Sententias Anglorum totidem verbis ordine describunt, ut subiectis animadversionibus pateat, quantum tota ista componendae transigendaeve religionis ratio, ad quam conveniendi necessitas in summo dissentienti arbitrio adversarios compulit, ab immutabili ea veritatis norma discedat, quam scriptura, quam patres ac synodi ita munierunt, ut nullis contradictionibus expugnari aut everti posset. Mirum sane cuique videbitur, Graecis omnibus, qui de sua ipsorum ecclesia scripserunt, haecenus plane ignotam mansisse luculentam istam orthodoxae, ut vocant, fidei expositionem, quam exaravit Chrysanthus, patriarcha Hierosolymitanus, praeclarum illud tunc temporis totius Orientis lumen, idem decernentibus Hieremia Constantinopolitano et Samuele Alexandrino, eo scilicet ipso, a quo Arsenius sex ante annis in occidentales partes missus fuerat, stipem collecturus. Patriarcharum responsum, anno 1718, die aprilis 12, scriptum, Jacobus proto-synellus Petropolim, indeque adseito sibi Gennadio archimandrita Londinum defert, ubi tantopere ab Anglicanis expetitum mense demum novembri anni 1721 in eorum manus traditur. Adiectae erant duae aliae synodicae disquisitiones, una e mense ianuario 1672 ad Anglos itidem missa, altera e martio mense 1691, qua Graeci pro doctrina catholica de transsubstantiatione in eucharistiae sacramento acerrime propugnant.

Dum unitatem cum Orientalibus parant Noniurantes, impedire non valent quo minus novum inter se dissidium erumpat; stantibus (ut ipsius Brett verbis utar) ab una parte dominis Hawes, Spinkes et Gandy, ab altera vero dominis Collier, Campbell, Gadderar ac Brett. Quod causae est, cur Spinkes, qui schema anno 1716 in graecum transtulerat, se negotio amplius admiscere abnuat. Concordiam tamen non habent in desperatione domini Collier, Campbell, Gadderar et Brett; immo patriarcharum responsum ipsis ansam praebet, alterum

¹⁾ (Y. G. Williams, op. cit. p. 3-4.

adorandi rescriptum, quo suam sententiam satis operose confirmant, et Graecorum argumenta solvunt atque prolixè refutant. Quae omnia gesta sunt anno 1722 mensis maii die undetricesima.

Ad optatissimam reconciliationem firmiorem faciendam, votum quoddam exposuerant Anglicani theologi, quod fas esse putabant protestantes postulare ab orthodoxis; propositionibus scilicet schematis septima et octava expetierant divini cultus aequalitatem, servatis tamen singularum ecclesiarum iuribus, pro viribus utrique praestari. Quem propositum finem ut assequerentur, Anglorum liturgiam iusserant ad pristinam formam revocari passimque amplificare et emendari, quo propius ad Orientalium liturgiam similitudine accederet, rati et optantes, novum hunc ritum, immo dissentaneorum partium congeriem, a Graecis adscisci posse. Haec in re prae caeteris desudavit atque elaboravit Jeremias Collier, nova edita liturgia sub hoc titulo: *A Communion Office, taken partly from Primitive Liturgies, and partly from the first English reformed Common-Prayer-Book: together with offices for Confirmation, and the Visitation of the Sick*, London, Janus Bettenham, 1718, in-8° (British Museum: 3475 b. 40 [1]; t. 695 [6]; 116 e. 49; 117 g. 52), altera editio eodem anno excusa a J. Smith, London, in-8° (British Museum: 4327 b). Haec etiam postea edita est; ac primum quidem a P. Hall, *Fragmenta liturgica*, t. V, Bath, 1848, in-16° (British Museum: 3478 aa. 23); deinde vero a J. Dowden, *The Annotated Scottish Communion office. An historical account of the Scottish Communion office and of the Communion office of the Protestant-Episcopal Church of the United States of America, with liturgical notes. To which is added a reprint in reduced facsimile of the edition of the Scottish office of 1764; and also reprints of the American Communion office, the Scottish office of the 1637, and the Nonjuror's office (of) 1718*, Edinburgh, R. Grants & Son, 1884, in-8°, XII-346 pp. (British Museum: 3406 df. 2). Eum quem induxerant ritum multis Iniurati tuiti sunt argumentis ac dissertationibus; quarum unam alteramve memorabimus. Unam celato nomine protulit in lucem N. Spinkes sequenti titulo: *No just grounds for introducing the new Communion office . . . by a Non-Juror*, London, 1719, in-8° (British Museum: 3475 b. 42 [4]). Harum autem praecipuae Jeremiam Collier auctorem habent, qui in unum eas collegit, titulo isto praefixo: *A Collection of tracts written by the late rev. and learned J. Collier, in-8°*, London, 1736. Insunt: 1) *Reasons for restoring some prayers and directions as they stand in the Communion Service of the first English reformed Liturgy compiled by the bishops in the 2^d and 3^d years of the reign of the K. Edward VI*, second edition, London, 1717; — 2) *A defence of the Reasons (etc.), being a reply to a book entitled No reasons for restoring them*, London, 1718; — 3) *A vindication of the Reasons and Defence (etc.), part I: being a reply to the first part of No sufficient reasons (etc.)*, London, 1718; — 4) *A vindication (etc.), part II*, London, 1719; — 5) *A farther defence (etc.), being an answer to a reply to the vindication of the Reasons and Defence (etc.)*, London, 1720 (British Museum: 3475 b. 22). — Uberrimam hanc librorum notitiam mihi suppeditavit L. Baillet, O. S. B., a Gallis apud Anglos exactus, cui gratias referro quam maximas mihi aequum ac iucundum est.

Novum illum sacri peragendi ordinem in Graecorum sermonem paucis immutatis transtulerunt Iniurati, cuius translationis autographum ipsum etiam nunc servatur in bibliotheca Constantinopoli-

tana sancti sepulcri, unde diligentissime descriptum publici iuris facimus. Eius simul ac alterum Anglorum patriarchis rescriptum in Moscoviam asportavit Jacobus protosyncellus, quem Iniurati litteris etiam systaticis eodem tempore datis instruxerunt, rem commendantes cum sacrae totius Russiae synodo, tum summo rei publicae cancellario comiti de Golovkin. Eiusdem anni die nona septembris Petropolim demum adventavit Jacobus, uti ex epistola, quam inde in Angliam misit, comperitur. Ea vero tempestate Russorum imperator Mosquae commorabatur; cum autem illic mense novembri se contulit Jacobus, Astracham Petrus iam petierat. Inde tamen Mosquam reversus, statim Anglicanorum responsum Orientalibus patriarchis transmitti iussit, illud quoque exoptans, ut unus alterve ex Iniuratis in Moscoviam se conferret, quo citius negotium absolvi posset. Quod regium consilium amicis Londinensibus protinus nuntiavit Arsenius, missis etiam in Britanniam conciliatoribus, Jacobo protosyncello et Bartholomaeo Cassano, qui rem urgerent ac legatorum perfectionem maturarent. Arsenianae illi epistolae adscripta dies 25 augusti 1723. Instante autumno, perfectionem parat protosyncellus; sacra quoque Russica synodus tradita Jacobo epistola concordiam mox absolvendam amplissimis verbis decantat.

At veteribus negotiis nova quotidie accrescentibus, annus ad exitum venit, quin Jacobus loco cedat. Interim ex Oriente patriarcharum affertur responsum, alteri Britannorum responsioni oppositum, in quo argumenta ab Anglicanis allata intacta relinquunt orthodoxi praesules. Verum ne silentio suo futurum esset, ut protestantibus assentiri viderentur, tanquam fortasse recte opinantibus, ideo confutationis loco antiquam (ne dicam antiquatam) Dosithei patriarchae confessionem exarant, nihil fere in ea immutantes, sed adiectis in fine propriis subscriptionibus. Immo data eodem tempore ad Russicam synodum epistola, eam rogant ne quid amplius Britannis respondeat. Litterarium potius cum peregrinis colloquium abrumperere quam verbis diutius contendere maluerant Graeci.

Russica vero synodus, durioribus hiisce nihil territa, graecum quidem scriptum in Angliam transmittit, sed Anglos iterum monet, ut e suis duo in Russiam se conferant, cum duobus itidem ex orthodoxo clero de unitate procuranda sermonem habituri. Cui Russorum epistolae dies secunda februarii 1724 adscribitur. Eam Jacobus protosyncellus Londinum affert, duos inde viros ab Iniuratis delegandos mox apud Russos tracturus. At inexpectata quaedam negotio mora iniicitur: eorum enim, qui profecturi sunt, legatorum alter cum locorum distantia, tum rei familiaris implicationibus prohibetur, ne aestivo huius anni tempore iter suscipiat. Quin etiam d. Gadderar in Scotiam discedenti alius in eius locum subrogandus est; qua de causa d. Griffin, is ipse qui in postremis subscriptionibus sub Joannis nomine abditus latet, episcopus creatur. Procrastinationis istius culpam ut levent, multa excusationes utuntur Anglicani, missis in Russiam litteris ad Arsenium Thebaidos metropolitanum, totius negotii ducem ac magistrum, ad sanctam synodum Petropolitanam, ad magnum imperii cancellarium. Quae litterae eodem tempore dantur, die scilicet iulii decima tertia anni 1724.

Dum vero tempus ad agendum idoneum ita conteritur, terribilis e Russia rumor per cunctas Europae regiones vulgatur: Petrum primum, potentissimum illum Russorum imperatorem, morte occubuisse. Inopinato hoc evento, qui 8 februarii 1725

accidit, negotia per tot annos protracta, concordia infecta, abrumpuntur. Etsi enim litteris ad Arsenium, ad sanctissimam synodum, ad magnum cancellarium, die undecima aprilis datis, iniurati exoptent, ut colloquia de unione instauranda olim repetantur, tamen ex epistola comitis de Golovkin, cui dies 16 septembris 1725 adscripta, satis aperte comperitur, ad calendae graecas rem dilatatum iri.

Eam huc usque tractaverant Noniurantes, inscii, ut videtur, iis episcopis, qui publicas ecclesiae Anglicanae personas gerebant. Quorum primus id temporis ordine, Guillelmus Wake, archiepiscopus Cantuariensis, accepto tentatae concordiae nuntio, magnam operam dedit, ut Graecos ab incepto avocaret. Hunc ad finem Chrysantho, patriarchae Hierosolymitano, perferendas inscripsit litteras, in quibus post actas pro libris quibusdam acceptis gratias, Graeco praesuli narrat, unde tandem originem duxerint illi qui societatem cum Orientalibus inire quaesierant. Multum sane in ista epistola momenti est, quam propterea ex autographo ipso benevolo lectori libentes communicabimus, adiecta eiusdem in graecum translatione a Chrysantho expressa. Postremo tandem loco epistolam, quam Chrysantho Britanno viro rescripsit, luci commitemus. Haec XIX ianuarii 1727, illa VI septembris 1725 data est. Thomae Payne, presbyteri illius, a quo Guillelmus Wake rei infeliciter tentatae nuntium accepit, duas epistolas Chrysantho inscriptas, quarum uni XIV iulii 1724, alteri VI iunii 1726 dies adscripta est, in tabulario Metochii, ut vocant, Constantinopolitani sancti sepulcri olim existisse nos monuit vir optimus nobisque amicissimus Aemilius Legrand, quem maturius mortuum merito omnes lugent. Eas multis abhinc annis, a Georgio Constantinide subreptas in praesentia detineri ab altero hominis istius parum verecundi genero audivimus; quarum copiam lectoribus facere non posse eo magis dolemus quo ex eis rerum indicia copiosius sane suppeditarentur.

Atque ista ea aetate gesta et de concordia utriusque ecclesiae procuranda utrinque disputata sunt. Exitus vero alius non fuit, quam colloquiorum inter partes dissidentes susceptorum et initorum plerumque esse solet. Ne tamen merita laude fraudentur, exemplum posteritati reliquisse existimamus, quod de controversiis in religione capitibus, semoto omni odio et acerbitate, agendum et disputandum sit. Quin etiam ex his actis non pauca, nec solum ex Anglorum, sed et ex ipsorum Graecorum dictis et concessis hac in causa suppetunt, quae ad doctrinam catholicorum confirmandam apprimè faciunt. In his porro persequendis prior nobis in eo laborandum esse mens fuit, ut ad certa doctrinarum capita niteremur singula revocare, ac velut in unum colligere, quae in toto illo quaestionum responsorumve curriculo huc et illuc fusa et dispersa occurrunt; re tamen diligentius considerata, eam potius ordinis rationem tenendam, esse duximus, quam ipsi secuti sunt auctores disputationum, a quibus expectanda sunt ea singulatim, quae gravissimi in re nostra videntur esse momenti. Qua ratione satis apte illi, quam agimus, causae consultum iri confidimus, si nonnulla capita, quae ad praemuniendam reconciliationem viam exposuerat britannus theologus Thomas Brett, vir inter Noniurantes praecipuus, hic appendicis gratia exhibuerimus. Sunt quidem illa anglico vermone scripta; ne tamen lectori nimis proluxae rerum narrationes taedium forte pariant (quod nihilominus factum iri suspicamus), latino tantum idiomate laudata capita referre visum est.

CONCIL. GENERAL. TOMUS XXXVII.

Illa itaque de verbo ad verbum reddita sic sonant¹⁾:

Capita, de quibus cum Graecis disputandum est, haec sunt:

1. Additamentum ab ecclesia Latina symbolo Nicaeno, immo Constantinopolitano, factum adiecta voce *filioque*, quod additamentum reformationis tempore a nobis retentum hactenus adhibemus; promisimus autem vocem hanc adiectam, si de ceteris rebus consenserimus, nos esse praetermissuros. Quapropter non multum disceptandum erit. Quaedam tamen hac de re dicenda erunt ad probandum rectam fidei nostrae rationem ac ostendendum semper nos nihilominus existimasse, patrem in divinis unum esse fontem tum filii tum spiritus sancti. Atqui Graecos putabamus sentire, e patre per filium, *ἐκ πατρὸς ἐκείνου*, procedere spiritum sanctum: ita ut utrique crederemus spiritum sanctum e filio procedere, modo tantum ac verba dissidentes. Quae persuasio hactenus apud nos fere omnes constare videtur, ut ex his colligere est, quae hac de re disserit doctor Waterland in sua *Historia critica symboli Athanasiani*. Ex quo opinabamur nostrum hac in re cum Graecis dissidium, ieiunium esse verborum certationem, utraque voce idem sonante, quippe cum existimarem *ἐκ* atque *ἐκείνου* idem valere. At in eo, quod nobis miserunt, responso Graeci negant eandem esse vim praepositionum *ἐκ* et *ἐκείνου*, atque asserunt voculam *ἐκ* nunquam sumi pro *ἐκείνου* nec vice versa *ἐκείνου* pro *ἐκ*. Illud etiam affirmant, quod cum de spiritus sancti processione per filium sermonem habent, non eam processionem significant quae naturalis est, aeterna, prior tempore, atque eam ob rem cum de filio loquuntur neque praepositione *ἐκ* neque praepositione *ἐκείνου* utuntur. *Non enim* (inquiunt) *secundum hanc processionem dicimus sanctum spiritum ex filio vel per filium procedere; sicut enim filius non generatus est a patre mediante spiritu sancto, ita nec spiritus sanctus processit a patre mediante filio. Secundum temporalem autem et exterioriorem processionem confitemur procedere illum sive exire et emitti per filium sive mediante filio, et ex filio ad externa procedere ad sanctificandam rem creatam.* Cum igitur ad rectam fidei nostrae rationem probandam cum Graecis disceptantes asserimus sanctum spiritum procedere ex patre et ex filio, non amplius possumus in nobis defendendis id argumenti afferre, quod *ἐκ* et *ἐκείνου* idem valeant sive valere possint, cum aperte illi negent, sive *ἐκ* sive *ἐκείνου* adhiberi posse, si naturalis est aeterna spiritus sancti processio spectetur, quam neque ex filio neque per filium fieri annuunt; de ea porro aeterna processione agitur in symbolo, cum ex altera processione, pro qua voculam *ἐκείνου* probant, spiritus sanctus non significetur verus esse et aeternus Deus, quod tamen hoc symboli articulo esse declaratur. Pearson autem episcopus, qui percepisse videtur, qua tandem ratione processio per filium a Graecis definiatur, quam isti nunquam in aeternam ipsius processionem transferunt, argumentum illud, licet vulgatissimum sit ac saepe a Latinorum additamenti propugnatoribus adhibeatur, omnino neglegit. Quapropter quod additamentum hoc retinuerimus ac retineamus hactenus, id Pearson episcopi argumento defendendum est, sacram scilicet scripturam, cum conceptis verbis spiritum sanctum e patre procedere demonstret, ita processionem illius e filio potentialiter docere. Ille

¹⁾ Apud G. Williams, op. cit. p. 182-180, e codice collegii s. Trinitatis apud Glenalmond a d. Lyon ex ipsius Brett autographo exarato.

enim utpote e patre procedens, *pater spiritus* (Matth. X, 20) ac *Dei spiritus* (I Cor. XI, 12) vocatur; atqui *filius* etiam *spiritus* (Gal. IV, 6) et *Christi spiritus* (Rom. VIII, 9; I Petr. I, 11; Phil. I, 19) nuncupatur. Si sanctus igitur spiritus Dei et patris spiritus vocatur, quatenus e patre procedit, sequitur illum, cum filii spiritus appellatur, etiam e filio procedere. Idcirco de spiritu loquens Christus (Joh. XVI, 14, 15) ait: *Ille de meo accipiet*. Cum in prototypo tum in vulgatis editionibus legitur: *ἐκ τοῦ πατρὸς λαμβάνεται*, cui lectioni congruit translatio nostra. At ex doctore Nilles perspicuum est, optimos codices in utroque loco exhibere λαμβάνει, accipit. Ex alterutra porro lectione evicit Pearson episcopus, veteres patres Graecos id de aeterna processione filii intellexisse. Qua occasione Epiphazium refert (Haeres. 69): Καὶ γὰρ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος βλάσφημοι: καὶ τοῖμασι λέγειν κακίοντα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ἔπει ἐστὶν ἄκτιστον ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Praeterea (Haeres. 62, § 4): Αἱ γὰρ τὸ πνεῦμα σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ, οὐ συνάδελφον πατρὶ, οὐ γυνεὴν, οὐ κτιστόν, οὐκ ἀδελφὸν υἱοῦ, οὐκ ἔγγονον πατρὸς, ἐκ πατρὸς δὲ πορευόμενον καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Eodem quoque modo S. Cyrillus Alexandrinus (Comment. in Joann., I, 11): Ἐπειδὴ (τὸ πνεῦμα) ὁμοούσιον τὰ ἐστὶ τῷ υἱῷ καὶ πρόκειται θεοπροπῶς, ἔξ αὐτοῦ, πάσαν αὐτοῦ τὴν ἐν ἑαυτῷ τελειωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, διὰ τοῦτο φησὶν, ἐκ τοῦ πατρὸς λαμβάνεται. Quod autem e filio accipere neque intellexerint veteres patres ac e filio procedere, id cum ex Epiphaziano perspicuum est (Ancorat., cap. 9), ubi dicit: Ἄρα θεὸς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, tum ex multis aliis eiusdem sententiae locis.

Concedit nihilominus episcopus, adiectionem recepto symbolo invita orientali ecclesia factam defendendam non esse; quo excusari exinde poterimus, si ad procurandam unitatem excludere illud non recusemus. Nos tamen, si nulla iniatur concordia, illam retinere iure poterimus, quippe qui rem veram esse existimemus, modo ne contenderemus a concilio id esse definitum, sed adiectum explicationis interpositae gratia, neve eos vituperaremus, qui maiori synodiarum huiusmodi definitionum verecundia additamenta istius generis non probaverint neque aliter locuti fuerint atque scripturae patresque locuti sunt. Atque ita hac de re sentit Pearson episcopus.

2. Ad eas vero animas, quae poenas dant in inferno, quod attinet, futurum esse spero, ut disceptandi locus hac in re contingere non possit, cum utrimque conveniamus sacrificia orationesque pro mortuis, qui in fide decesserunt, esse offerendas. Quod si orationibus hisce ac sacrificiis poenas illorum mundi aut felicitatis qua iam fruuntur incrementum afferri credatur, nihil id ad rem, modo ne in orationibus istis verba adhibeantur, quibus alterutrius sententiae causa adiuvetur, neve altera pars persuasionem suam alteri imponat, sed utraque pristinos ritus retineat, Graecis aequae ac nobis epinantiibus, papisticum purgatorium commenticium quiddam esse ineptamque fabulam ad quaesitum faciendum simplicioresque decipiendos excogitatum.

3. Quod ad illam quam vocant septimam synodum oecumenicam vel alteram synodum Nicaenam, anno Domini 787, regnantibus Irene imperatrice filioque eius Constantino adhuc puero, celebratam, oecumenicam eam fuisse annuere non possumus, cum tres patriarchae orientales, Alexandrinus scilicet, Antiochenus et Hierosolymitanus, invitati ad eam non fuerint neque ei interfuerint, eumque Palaestini monachi, Joannes et Thomas, qui se

eorum legatos esse personasque in hac synodo gerere contenderunt, nullam ab illis legationem acceperint. (Vide Cavaei *Hist. Liter.*, tom. II, p. 260 [lege 649]). Quamvis vero episcopus Romanus legatos ibi habuerit, caeteri tamen episcopi occidentales nec concilio interfuerunt neque eius decreta admittere voluerunt; immo septem annis interiectis, anno 794, synodum Francofurti egerunt, in qua concilii illius decreta damnarunt. *Hic causa imaginum summa cura ventilata, conclusumque, in ecclesiis quidem memoriae et ornamenti causa retineri posse, omnem vero cultum et adorationem penitus esse abrogandum; acta synodi Nicaenae secundae, quae in partibus Graeciae, pro adorandis imaginibus, stolidè sive arroganter gesta est (ut habet operis Carolini inscriptio) post longum et diligens examen rescissa et reprobata: testimonia ex patribus scriptisque ecclesiasticis a Nicaenis deprompta sedulo excussa, omnia ipsorum sophismata et argutiunculae solide refutatæ. Unde synodum Nicaenam nec pro oecumenica, nec pro septima, habendam esse rite iudicaverunt.* (Cavaeus. *Hist. Liter.*, tom. II, p. 264 [lege 652]). Photius ipse, qui alteri Nicaenae synodo ardentè favet, non plures quam duos illos monachos, Joannem et Thomam, deprehendere potest, qui cunctorum Orientis patriarcharum archiepiscoporumque vices gerant. Namque de synodo ista agens in prima sua epistola, quae Bulgarorum regi veram fidem erudiendo inscripta est, post factam de episcopi Romani legatis mentionem, ait: Ἄρα δὲ τοῦτοι Ἰωάννην καὶ Θωμᾶν, ἀνδρας μοναχικῆ πολιτικῆ περιωνήμου; καὶ ἱερατικῆ τιμῆ διαλάμποντας καὶ τῆς ἀνατολικῆς ἀπάσης; διοικήσεως τῶν ἀποστολικῶν καὶ μεγάλων θρόνων τοποτηρητὰς καὶ τῶν ἀρχιερέων προνόμιον ἔχοντάς, λέγω δὲ Ἀπολλωνίου τε καὶ Θεοδορήτου καὶ Ἡλίου, ὧν ὁ μὲν Ἀλεξανδρείας, ὁ δὲ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ λοιπὸς δὲ Ἱεροσολύμων ἱεροπροπῶς; τε καὶ παντοφῶς προειστικῆς κείσων. Rogerus de Hoveden, historicus Anglus, qui circa annum 1180 scripsit, in suis Annalibus dicit, parte I, fol. 232, C. anno 792: *Carolus rex Francorum misit synodalem librum ad Britanniam, sibi a Constantinopoli directum, in quo libro (heu pro dolor) multa inconvenientia et verae fidei contraria reperiebantur; maxime quod pene omnium orientalium doctorum non minus quam trecentorum vel eo amplius episcoporum unanima assensione confirmatum fuerit imagines adorari debere, quod omnino ecclesia Dei execratur.* Simeon Dunelmensis, qui circa annum 1130 floruit, in Historia sua, quae inter *Decem scriptores*, pag. 3, edita est, idem omnino asserit atque prorsus eisdem fere verbis. Idem etiam refert Matthaeus Westmonasteriensis qui circa A. D. 1377 vixit, in suis *Floribus Hist. Au. Grat.* 793. Haec sunt eius verba: *Anno 793, Carolus rex Francorum misit librum synodalem ad Britanniam, in quo verae fidei multa reperta sunt obviantia, et eo maxime quod pene omnium orientalium doctorum unanimes assensione est definitum, imagines adorari debere, quod omnino ecclesia catholica execratur. Contra quod Albinus scripsit epistolam ex auctoritate divinarum scripturarum mirabiliter dictatam, illamque cum eodem synodali libro, in persona episcoporum ac principum idem Albinus ad regem attulit Gallicanum.* Pinius de synodo Francofurtana sermonem habens, eam asserit ex 300 circiter episcopis Galliae, Italiae et Germaniae constituisse. Quod satis est ad evincendum synodum Nicaenam secundam generale concilium non fuisse, cum eius decreta a tanta occidentis synodo tam cito reiecta ac damnata fuerint. Imaginum cultus saeculo tantum duodecimo ad finem vergente et tertio decimo ineunte apud Germanos invaluit.

Nicetas Choniates in Isaaci Angeli Annalibus (Lib. secundo, § 3, pag. 437, 4 edit. Genev. 1893) dicit: Ἀρμένιοι καὶ Ἀλαμανεὶς ἐπίσης ἢ τῶν φύλων εἰκόνων προσκύνουσι ἀπηγγέλονται. Isaacus postquam Angelus, tempore cuius haec commemorantur, A. D. 1184 principatum aggressus, ab Alexio fratre a. 1194 deturbatus est et a Latinis a. 1202 restitutus; Nicetas vero circa 1205 historiam absolvit. Quantum vero temporis effluxerit, priusquam apud Anglos et Gallos imaginum cultus admitteretur, haud reperio; inde autem apparet, amplius quadringentia post annis a celebrata synodo Nicaena secunda, hunc apud Germanos admissum non fuisse; atque ex verbis Simeon Dunelmensis, Rogeri de Hoveden et Matthaei crederes tantum temporis praeteriisse, quoad in Anglia reciperetur. Immo Pinus (*Eccles. Hist.*, cent. 8, p. 146) Gallos aequae ac Germanos asserit in sua sententia diu permanisse, ac sero admodum synodum Nicaenam secundam in se transtulisse, cuius loco concilium Francofurtanum haberent, quemadmodum ex multis scriptoribus historicisque Gallis colligere est.

4. Quid discriminis sit inter latrae, duliae et hyperduliae cultum, plane non assequimur. Namque I Sam. VIII, 3, legimus: Ἐτοιμάσατε τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς κύριον, καὶ δουλεύσατε αὐτῷ μόνῳ. Et in Actibus XX, 19: Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ. Rom. VII, 6: Ὡστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος. Rom. XII, 11: Τῷ κυρίῳ δουλεύοντες. Atque I Thess. I, 9: Δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Legimus etiam Num. XXVIII, 18: Πάν ἔργον λατρευτῶν οὐ ποιήσατε. Eadem pariter verba coniuncta inveniuntur Num. XXIX, 1, 7, 12, 35.

Hactenus theologus ille britannus, cuius elucubratio in eo saltem codice, quo usi sumus, abrupte desinit imperfecta; utrum absoluta unquam fuerit, comperire non potuimus. Eam tamen, qualiscumque demum sit, eo libentius referendam esse duximus, quo nobis clarius capita nonnulla elucidaverit, quae satis leviter *Iniurati* rescripto perstrinxerant.

Neque vero notatu minus digna nobis videtur coetanei cuiusdam Graeci pagella, qua articuli Anglos inter et Orientales praecipue controversi brevi comprehenduntur. Quis fuerit ille, asserere nequimus; eum tamen unum et eundem fuisse ac Jacobum protosyncellum, cuius in ea causa, de qua agitur, partes iam lectori notae sunt, inde colligere est, quod se suo nomine rem cum Britannis tractasse ipse fateatur. Id etiam nobis pro comperto habetur, quantum ex ipsa scribendi ratione perspicere est, eundem illum fuisse ac amanuensem, cuius opera prioris Graecorum ad Anglos responsi in codice Constantinopolitano sancti sepulcri asseruati, una alterave pagina descripta est. Qualiscumque demum is fuerit, en eius opellam, prout continetur folio quodam adventitio codicis Constantinopolitani sancti sepulcri 828, in quod optima fortuna incidimus:

Τὰ ἐναντία τῶν Βρετανῶν καὶ εἰς μερικὰ ζήτηματα ἔποδ θέλουσι συγκατάθεσιν, καὶ εἰς μερικὰ ἔποδ διστάζουσι.

α'-ον. Ἐν πρώτοις (cod. πρώτης) κυβερνοῦν καὶ συγκατάθεσιν εἰς τὰς ἀγίας τεσσαρακοστάς, οὐχὶ πῶς νὰ τὴν ἔγερσαν αὐτοί, ἀλλ' ἡμεῖς, ἐπειδὴ εἰς ἕσον καπρὸν ἐκάμαμεν αὐτοῦ, ἐμάθομεν τὴν γνώμην τους. Ἡμεῖς ἔξαιρούμεν μερικοὺς ἔποδ τὴν μεγάλην τεσσαρακοστήν καὶ αὐτὸ τὸ λάδι νηστεύουσι: τὸ βεῦτερον μόνον δὲν νηστεύουσι, διὰτὶ ἔδω ἔχει τὸ λάδι τέσσαρα βρούτια τὰ 160 βράμια.

β'-ον. Δεύτερον ζήτημα, καὶ διὰ τὰς γυναίκας ἔποδ ἔχουν οἱ ἐπίσκοποι, διὰτὶ αὐτοὶ βαβαίωνονται εἰς τὸν λόγον τοῦ Παύλου ἔποδ γράφει πρὸς Τιμό-

θιον α'-ον, κεφάλαιον γ'-ον, στίχους β'. καὶ εἰς τοῦτο εἶπαι δυνατόν νὰ τοὺς ἀποκριθῆ τις με παλαιὰς μαρτυρίας.

γ'-ον. Πῶς πρέπει οἱ ἱερεῖς νὰ πέρνουν μίαν γυναίκα, καὶ ἐν ἀποθάνῃ ἢ γυνὴ τοῦ, νὰ μὴν ἔχη ἄδειαν νὰ πέρνῃ ἄλλην αὐτοῦ τοῦτο, ἔχ' ἔλοι, ἀλλὰ μερικοὶ ἀνίσταίνται, ἐγλαθῆ νὰ μετακαυθεύονται.

δ'-ον. Ἀποκρίσιν καὶ εἰς τοῦτο, διὰ τὴν χεῖρος τῶν (cod. χειροτονεῖαν) τους, εἰ μὴν καὶ εἶναι εὐλογον νὰ μεταχειροτονεῖται ἢ ἔχι.

ε'-ον. Ἐχουν συνθήματα καὶ εὐορῶν τὰ γένεια οἱ ἱερεῖς, καὶ ἐστὶν μίᾳ κακῇ συνθήμα, καὶ ἐποῖς ἔχει γένεια (cod. γένει) τὸν πονάουον πόρερ ἢ τὸ πτωχόν.

ζ'-ον. Καὶ διὰ τὴν τετραγαμίαν, ἀγκυλὰ (cod. ἐν γκαλὰ) αὐτοὶ λέγουσι πῶς φυλάττουσιν τὰ ἔρια τῶν ἁγίων πατέρων.

η'-ον. Καὶ διὰ τὴν συγγένειαν τοῦ γάμου καὶ τοῦ βαπτίσματος.

θ'-ον. Καὶ διὰ τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα τῆς μοναχικῆς πολιτείας.

ι'-ον. Καὶ διὰ τὴν ἐξομολόγησιν ποῖα (cod. ποῖα) σύνδοξ, τὴν ἀποφάσις.

κ'-ον. Καὶ διὰ τὰ μνημόσυνα τῶν θανόντων, ἐπὶ ποδ ἐστὶν.

λα'-ον. Καὶ διὰ τὴν προσκύνειν τῶν εἰκόνων καὶ τὴν τιμὴν ἔποδ προσφέρουμιν τῇ θεοτόκῃ.

μα'-ον. Καὶ διὰ τὰς ἑορτάς τῶν ἁγίων τοῦ καθ' ἑνὸς τὴν ἑορτήν τους.

ν'-ον. Καὶ ἐπὶ ποδ ἐστὶν ἔχον αἱ τέσσαραις τεσσαρακοστάς ἔποδ ἡμεῖς οἱ ἐρθεῖοξοι νηστεύομεν.

γέλλουσαν, — l. 32 τῶν om., — l. 36 αἰθιράνην,
— l. 40 δαίμων, — l. 48 προσηρόντων, — l. 54

- ἀνάγκη omittit quidem, sed reiecit ad l. 58 post τὸν αὐτὸν, — l. 60 τῆς om. ante vocem ἀνατολικῆς.
- Col. 387, l. 4 ὁμολογεῖται, — l. 7 γινώσκοντες, — l. 13 διακονοῦσαν (!), — l. 34 αὐτοῦ, — l. 47 κυρίως ἢ ὑποβαλιστάς, — l. 52 προσέχοντι, — l. 55 τὸ om., — l. 61 ἀνοκτάται, — l. 61 καὶ τὰς recte, — l. 64 διαβαλιστάς, — l. 67 ὑποτάσσονται.
- Col. 389, l. 15 προσηκούσας sic, — l. 27 γῆς addit supra versum propria manus, — l. 30 ἐκφυγάλλουσι, — l. 38 προσκαρτέωσι καὶ χρηματίζωσι, — l. 54 συνοδοὺν ἡμῶν, — l. 57 μικρότατον, — l. 62 συνονομήνους.
- Col. 391, l. 3 σαφῶς καὶ ἀκριβῶς omnino recte; alludit ad Matth. XVI, 17, — l. 11 ἀγαθὰ δὲ, — l. 14 τοῦ om., — l. 16 εἰνα: om. ac vocem insequentem habet διαβαλιστάς, — l. 20 σκανδαλοῦν, — l. 21 Μαρχιμαθάνους, ac post αὐτὸν om. δὲ, — l. 28 πρὸς τὰ ταῦτα pessimo, — l. 35 συνθήκῃς, — l. 37 Λονδινῶν; item lin. insequenti Λονδίνου, — l. 51 ἢ τῷ τὸ μέρος melius, — l. 65 Βριτανίας ac l. 67 ἑβριτανῶν.
- Col. 393, l. 5 σπουδαίον. Ad finem addit: Δόξα ἰν ὕψιστοις θεῶ.

Λονδρῶν βοηδρομιου 18, 1716.

Τέλος.

Eiusdem documenti translatio e cod. A, p. 9-18:

Proposita ad concordiam inter ecclesiarum Britannicarum reliquias catholicas et orthodoxas et a ecclesiam orientalem catholicam et apostolicam stabilendam.

Proponitur,

I. Ut ecclesiasticae unitatis principium, omniumque ecclesiarum reliquiarum parens genuina, a qua nempe singulae particulares natae sunt, cuique ob id reverentiam debent peculiarem, agnoscat ecclesia Hierosolymitana.

II. Ut episcopo Hierosolymitano prae reliquis omnibus episcopis christianis, hanc ob causam, principatus quoad ordinem concedatur.

III. Ut ecclesijs Antiochenae, Alexandrinae, et Constantinopolitanae, earumque episcopis ejus collegis, omnia et singula jura, privilegia, et praerogativa antiqua, prout canonibus stabilita, concedantur.

IV. Ut episcopo et patriarchae Constantinopolitano cum episcopo Romano honor aequalis praebatur: utque utriusque horum eadem potestates eandemque (sic) privilegia aequo convenire concedatur.

V. Ut Britannicarum ecclesiarum reliquiae, utpote quae evangelium, antequam ecclesiae Romanae aut ejus episcopo subditi essent, ab illis qui ab Hierosolymis provenerunt acceperint; nec non profitentes eandem sanctam catholicam fidem ab apostolis traditam, inque synodis antiquissimis Nicaeae et Constantinopoli habitis per symbolum explicatam; tanquam pars a ecclesiae catholicae, quae communionem cum s. s. apostolis cumque s. s. praedictorum conciliorum patribus eorumque successoribus tenet, ab orientali ecclesia universa ubique accipiatur.

VI. Ut praedictae Britannico-catholicae reliquiae, hoc pacto, semet ad antiquae ecclesiae disciplinam pie instaurandam obstringant; utpote quam lapsam restituere non solum in votis diu habuerunt, sed nunc serio incoeperunt.

VII. Ad unionem aeternam, in cultu uniformitatis, quantum fieri potest, salvo ecclesiarum particularium jure, salvisque gentium variarum consuetudinibus, aut praesentibus rerum circumstantiis, ex utraque parte stabiliantur.

VIII. Ut liturgia Anglicana antiquissima, tanquam ad ecclesiarum orientalium usum magis accedens quam illa quae nunc apud Anglos in non est, quamprimum reducatur et restitatur: idque non sine ejusmodi additionibus ac emendationibus, quae tam ecclesiae orientalis, quam primaevo omnium ecclesiarum fundamento ac statere maxime congruere videantur.

IX. Ut a patris Chrysostomi aliorumque ecclesiae orientalis patrum, vulgo probatorum, homiliae aliquot in linguam Anglicanam (sic) quamprimum transferantur, ut in sacris coetibus nostris publice legantur.

X. Ut quodcumque preces apud nos pro ecclesia catholica offeruntur, episcopi Hierosolymitani memoria semper habeatur: utque in sacrificio eucharistiae nunquam non interpellatio fiat pro ipso, proque reliquis sub eadem communione viventibus patriarchis, metropolitibus, et episcopis, sicut etiam pro totius ecclesiae orientalis liberatione ac instauratione.

XI. Ut ecclesiarum Britannicarum reliquiae orthodoxae ac fideles earumque episcopi, ex altera parte quodcumque erit opportunum, aut diebus quibusdam indictis, solenniter ad altare offerantur, precibusque ejus communibus ab ecclesia orientali includantur.

XII. Ut ex utraque parte literae encyclicae et communicatoriae mutuo stabiliantur; ut quae acta et promulgata ab una parte, rata habeantur ab altera.

Quapropter, ut praefata concordia sive confederatio inter ecclesias praedictas, usquedum unio inter has plenaria ac perfecta fieri possit, stabiliantur, episcopi catholici qui in Magna Britannia antiquam constitutionem ecclesiasticam sequuntur, tametsi ob id hodie oppressi, notas volunt esse articulos, tam illos quos cum ecclesia orientali consentientes recipiunt, quam istos quibus eandem plenum et illimitatum praebere nequeunt.

Consentiant ergo

I. In omnibus duodecim fidei articulis, sicut in concilijs oecumenicis prima et secunda declarati sunt: quam declarationem in symbolo eo contentam ad fidem sufficere existimant; neque cum ecclesia Latinorum igitur, quae tot articulos novos superaddidit fidei, consentire queunt.

II. Credendo spiritum sanctum cum patre ac filio consubstantialem esse, secundum orthodoxam ecclesiae orientalis confessionem: patrem autem ipsum proprie esse fontem sive originem, unde procedit spiritus; neque plus ad salutem requiri quam quod Christus hanc in re expresse docuit.

III. Credendo spiritum hunc sanctum mediante filio mitti a patre. Quod si verò ejus emissio sive processio nonnunquam in confessionibus suis sive formulis a filio esse pronuncietur, nec quicquam inde aliud per id significare sentiunt, quam illud quod et nunc profitetur semperque professus fuit orthodoxa ecclesia orientalis, id nimirum fieri a patre per filium.

IV. Credendo spiritum sanctum per prophetas et apostolos olim locutum fuisse; eumque genuinum omnia s. scripturae auctorem esse.

V. Credendo spiritum sanctum aeternum ecclesiam in rebus fidei concernentibus ritè determinandis adjuvare; atque insuper concilia tam generalia quam particularia, si ad concilium Hierosolymitani primi modum celebrentur, ejus auxilium et assistentiam sperare posse.

VI. In charismatum s. spiritus naturâ et numero.

VII. Credendo nullum aliud ecclesiae fundamentum existere praeter unicum Christum: prophetas autem ac apostolos fundamenta sensu minus proprio sive secundario, hoc est respectivè tantùm.

VIII. Credendo quòd Christus unicus sit ecclesiae caput: quem titulum igitur mortaliu[m] neminem, sed laicum multè minus, quantumvis excellentem, sibi arrogare debere autamant: nec tamen negando quòd episcopus quilibet sub Christo principatam quandam vicariam, tanquam ipsius vicem et personam in terris propriè gerens, habeat, unde in spiritalibus nulli omnino potestati seculari subditus sit. Ac proinde in ecclesiâ orientali patriarchas presulesque, ecclesiam Dei in spiritalibus à potestate omni civili liberam ac independentem esse: nec non episcoporum deprivationes, laicorum decreto factas, consequenter nequoquam valere, unà agnoscituros sperant: utque hic etiam ab illis articulis explicitè et disertè asseratur, eas propter summopere postulant.

IX. Quòd omnes christiani ecclesiae subditi sunt; quodque in subditos suos omnes, qualiacunque etiam sunt illorum ministeria sive officia, ecclesiae potestatem à Christo sufficientem habeat, ad ea quae vel illorum scripta vel personas respiciunt: probanda ac dijudicanda.

X. Quòd sacramentum corporis ac sanguinis Christi sub utràque specie fidelibus sit administrandum; quodque Latinorum inde ecclesia unam speciem à populo auferens, à Domini institutione deflexerit.

XI. Quòd hoc sacramentum, sicut etiam baptismus, omnibus fidelibus ad salutem apprime necessaria sit (*sic*): sed quòd reliqua etiam omnia sacra mysteria sive sacramenta, vel à Christo ipso vel ab apostolis ejus instituta, quae singulis non sunt necessaria, cum debita nihilominus reverentiâ, juxta consuetudinem catholicam ac immemorabilem, recipi ac celebrari debeant.

XII. Quòd in mundo futuro ad animas purgandas non detur ignis purgatorius, nec animarum consequenter ex purgatorii flammis redemptio per vivorum suffragia: attamen quòd non detur illis immediatus ad caelum ascensus; quòd vero sanctorum animabus receptacula quaedam sive promptuaris inferiora, ubi usque ad resurrectionis diem possint manere, concessa sint; ubi illius diei revelationem in spe expectant, dum ecclesiae in terris militantis, tam supplicationibus quàm gratiarum actionibus fide oblati communicant.

Quoad articulos autem illos, in quibus impresentiarum consensus haud adeò perfectus videatur, declarant,

I. Quamvis antiquorum conciliorum oecumenicorum canones atque determinationes debita cum reverentiâ accipiant, non eadem (*sic*) tamen illis ac sacrae scripturae auctoritatem tribuere, sed dispensabilia etiam esse, ubi aut charitas aut necessitas id requirat, si ecclesiae gubernatoribus visum fuerit, credere.

II. Quamvis s. virginem *Θεοτόκον* benedictam nuncupent celebrentque; quamvis etiam gratiam divinam, quae illam in honorem tam sublimes exaltavit, coram ecclesiâ magnificent; ne illam tamen ipsam benedictionibus et magnificationibus suis nimis onerando aliqualem Dei gloriam creaturae tribuere videantur, se hinc potius eligere ut ipsam Deum, tam propter summam illi gratiam praestitam summisque honoribus, tam propter beneficia cuncta quae in homines exinde derivata sunt, benedicant, unquam cum illâ magnificent.

III. Quamvis tam angelos quàm sanctos beatos, et propter peccatoris unius conversionem, et conversi unius progressionem, gaudium in caelis habere; quamvis etiam hoc precibus nostris, sacrificiisque eucharisticis, ritè ad Deum oblati, ac in ecclesiae communionis sancta peractis, sicut nobiscum adunare facile concedatur: ne autem ab officio Domini Jesu Christi mediatorio vel minimo detrahant, piâ zelotypiâ affectos, se nullum, nullamve, nec virginem ipsam semper benedictam exceptam, disertè aut directè invocare posse; cum illis omnibus in spirita nihilominus se adunantes, inque perfectâ illorum charitate, eandem cum illis communionem semper tenerè optantes.

IV. Quamvis sacramento altaris, per spiritus sancti super elementa invocationem, mysterium quoddam divinum inesse credant, unde Christi corpus et sanguis a fidelibus revera accipiuntur, id tamen fieri per modum, quem caro et sanguis comprehendere nequeunt. Ac proinde neque in s. literis, neque in traditione antiquâ, pro modi determinatione fundamentum aliquod videntes, illum indefinitum ac indeterminatum linqui cupiunt: ut unusquisque, secundum Christi ipsius institutionem ac mentem cum fide sacramentum illud venerabile accipiat, Christumque ipsum in spiritu adoret, illum tanquam revera ac reipsa praesentem intuens, sacra tamen ipsius praesentia symbola non adorando, nec adorare obstrictus.

V. Quamvis testium omnium pro Christo fidelium memoriam in honore habeant: nec imaginationem imaginibus pictis testium illorum, vel acta vel passiones gloriosae representantibus, vel personas nudè exhibentibus, adjuvare, rem in se illicitam esse contendant: se valde tamen metuere, ne ex unâ parte Iudaicis ac Mahometanis, ex alterâ verò christianis bonae voluntatis qui sint, eisque haud paucis, scandalum inde praebentur. Quinetiam suspicio apud illos quaedam est, etsi sapientes nullum inde damnum percepturi sint, à pravâ illarum applicatione securi, ne vulgus saltem indoctum hinc irretiat, et ad consuetudines idolatricas incogitenter feratur: Ad damnum igitur tale praecavendum, proponitur ecclesiae orientalis patriarchae episcopisque, ut concilij Nicaeni secundi canon nonus de imaginum cultu, per prudentem illorum moderationem ita explicetur, ut legitima omnis offensio tollatur, scandalumque per rectam cultus applicationem auferatur.

Concordato hoc pacto, cum exceptionibus et concessionibus nonnullis ex utraque parte datis et acceptis, tunc proponitur etiam ut Londini vel prope Londinum aedificetur templum, quod sub patriarchae Alexandrini jurisdictione manebit, vocabiturque in perpetuum rei memoriam *Ecclesiae Concordiae*: ubi statim temporibus liturgiae Anglicanae, simul ab eodem patriarcha, vel ab ecclesiâ orientali representativo approbata aut indulta fuerit, celebrabitur à Britanno-catholicis concordantibus: ex alterâ verò parte, si ecclesiam Britannicam cum episcopis suis sub cruce hodie gementem, aliquando liberare ac restabilire dignatus erit Deus, hi se fideliter totisque viribus moliri obstringant, ut episcopo orientali pro tempore tunc in Angliâ sedenti, aut illius deputatis, statim quoque diebus liturgiam in sede s. Pauli juxta ritus proprios celebrandi privilegium concedatur. At si una eademque liturgia communis, ab utràque parte concordante, ex liturgiis Graecis antiquis collecta, praetermissis tantùm periculis et ritibus quibusdam, quae de illorum substantiâ non sunt, ac quae uni saltem concordantium parti offensivae esse

possent, qualis futura est inde omnino irreprehensibilis, mutuo concordata ac constabillita fuerit: certo ad concordantiam tam uniois quam communiois catholice conciliandam ac firmandam nihil magis valebit, quam ut communis incipiamodi liturgia per Magnam Britanniam, tam et Graecia hic peregrinantibus vel commorantibus, quam a Britannis etiam concordantibus catholicis et orthodoxis, cum patriarcharum orientalium privilegio, pio ac misericorditer concessio, adhibeatur.

Cautum est praeterea, ne quis a concordantia hac excludatur, qui libens illam accepturus est. E contra omnia a concordantibus his tentanda, ut ecclesiae vulnera sanari, utque apud christianos omnes unanimitas ac pax ubique promoveri ac propagari possint.

Londini, augusti 18^o 1716.

3.

Documenti 2 latina translatio e cod. B, p. 2:

Serenissima Majestas,

Nuper per archimandritam archiepiscopi Thebaidos Londini comitem, nobis innotuit, Majestatem tuam pro summa benignitate res nostras propius aspexisse, et conatui nostro ecclesiae Graecis et Britannica coalescentibus, favisse, utroque in se recepisse, articulos ex utraque parte concessos, ad quatuor patriarchas orientales perferendos, curaturam.

Nos tali honore ex inopinato dignati, officij nostri esse dudimus, Majestati tuae gratias quam maximas humillime agere.

Et cum tanto principii cordi est dissidij sopiendis, et concordiae inter ecclesias revocandae, operam navare, speramus rem ad foelicem exitum perductum iri.

Fatemur quidem, mutationes quasdam tam religionem quam rempublicam spectantes, partes nostras ad paucos redegrisse: sed non latet Majestatem tuam jus faeque non semper pluribus adesse, nec suffragia colligenda.

Coepit Majestatis tuae tam pietate insignia, prospero rerum cursu respiciantur: diu laetus terris intersis, tibi ipsi et subditis foelix: ac tandem gloriae et dierum satur, ad fastigium altius evehendus.

Hoc animitus in votis habent.

Majestati tuae

maximo cultu
deditissimi

N. B. Nulla temporis nota nec ulla subscriptio in cod. habetur.

3.

Documenti 3 textus archetypus e cod. B, p. 5:

Τοῖς Θεοσεβεστάτοις καὶ σοφωτάτοις ἐπισκόποις Κιαιμαλίῳ τε καὶ τοῖς ἄλλοις, τοῖς τε εὐλαβεστάτοις πρεσβυτέροις, καὶ ἀγαπητοῖς λαϊκοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἐρωσιματέτοις χριστιανοῖς. Ἀρσένιος Θρηβατὸς μητροπολίτης εὐκράτειν εὐχομαι.

Πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα κατακλιγόμενος ἀφορμαὶ εἰς τὸ γράψαι καὶ ἐπιστέλλαι πολλὰς εἰς τὴν ὑμετέραν θεοσεβείαν, πῶς δήποτε τοῦ τοιοῦτου ἀπίστη ἔργου καὶ πρᾶγματος, ἐλίγοις ὑμῖν δηλώσαι καὶ διασαφῆσαι ἔγνωσα. Οὐ γὰρ μοι ἀννηρίας ἔργον, οὐ ζήλου καὶ ἀγάπης τῆς πρὸς ὑμᾶς ἐπιλομένης, ἄνδρες ἀδελφοί, ἐλιγότητα κινήσασθαι βούλομαι. Οὐ γὰρ ἀποδοῦναι τῆ λήθη οὐκ ἐστὶ τὸν εἰς ὑμᾶς κέβον, ὅσπερ ἦδη τῆ πνεύματι μου ἐνώρισται, καὶ ἐκείνου ἐλεος ἐζητήματα. Δίσπασαι καὶ σιωπῆν δὲ καὶ ἡμῶν φηλαίην, καὶ ἀπὸν καρτεῖναι δέδοται μοι. Ἀλλὰ ἂν

ἀδελφοὶ εἰς τὸ ἀρίστον, καὶ ἀφ᾽ ἑαυτῶν, καὶ μὴν καὶ θυρόν¹⁾ τοῦ πρᾶγματος ἀποβλέπον, τῆ σιωπῆ πολλὸν χρῆσασθαι ἐπινοῦν, ἢ ὅσπερ π γράψαι, καὶ τρέψαι ὑμᾶς ἐλάττω, ἢ κατὰ ἐλεος εὐσεβείας οὐκ ἐπινοῦνται. Οἱ μὲν δὴ πατριάρχαι οὐ τοῦτο ἐπαρσαν, καὶ τοῦτο οὐκ ἐλιγοροῦνται, ἀλλὰ τῆ συνοδικῆ ἐπιστάσει²⁾ ἐνασχολούμενοι, ὅσπερ μοι δι' ἐπιστολῶν ἐδήλωσαν. Οἱ δὲ κριτεῖναι εἰ καὶ ἀγαθὰ μοι ἐλέγξαν ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων ἀποκρίσεων παρήχον τε καὶ παρήχουσιν, ἀλλὰ τὸν τὸ κριτεῖναι κριτοῦ ἀνομαλίῳ³⁾ χέρον, οὐκ εἰς πείρας εἶναι τὰ πρᾶγματα ταχῆσαι, ὅσπερ ὑμᾶς τε, καὶ ἡμᾶς ποθοῦμεν, ἵνα βῆδον. Ἄνθ' ἐστὺν τὰ τῶν ἐκ τοῦδε ἐζητημένων. εἰ: ἄλλο κριτεῖν ταπεινός, τὰ: πρὸς ὑμᾶς τῶν πατριαρχῶν ἀποκρίσεις: διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πατριαρχικοῦ πρωτοσυγγέλου Ἰακώβου (ὅσπερ τὰ: ὑμετέρας ἐρωτήσεις εἰς πρὸς πατριάρχας, καὶ τὰ: ἐκείνων εἰς ὑμᾶς ἀποκρίσεις αὐτὸς ἐνομίσαστο) τὴν ταχίστην κινήσασθαι κινήσασθαι ἔδοξε. Δίξασθε οὖν αὐτὰς καὶ αὐτὸν ἀγαπητοὶ ἕκαστὸν τῶν προσώπων, λάβετε ἐκείνας: τῶ ζήλου, καὶ τῆ κλίσει⁴⁾ ἐκείνῃ, ἐνπερ ὅτι κ' ἄμωσ παρόντος: ἀμαρτυρήσατε, καὶ λόγοις ἐποδείξαθε, καὶ ἔργοις: ἐβεβαιώσατε. Οὐ γὰρ τῶν ἡμῶν κόπων, οὐκ ὑπὲρ ὑμῶν ἀναδέεσθαι, λόγον ποιήσασθαι, οὐ τῶν ἡμῶν πόνων μνησθεῖσθαι, εἰ καὶ τίνα καρπὸν τῆς ὑμετέρας ὁμοιότητος καὶ οὐν ἡμῖν ἀρμονίας καρπώσασθαι. Ὑμεῖς: τοῖνον τὰς ἀποκρίσεις: ἀποδεχόμενοι, καὶ τῆ ἀγάπῃ αὐτὰς ἀνεγνωσκόντες, δεῖτε ἡμῖν γνώμην, ἡμῶν ἀγαθὴν ἰσομένην καὶ ἐχέμεθα καὶ ἐλπίσασθαι. Ἐπειδήπερ εἰ καὶ τίνα, ὑμῖν τὰ τὸ δόγμα μὴ βλέποντα, συγχωρήσατε: χρίστα, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς μητρὸς: καὶ τῶν ἐν ἐκείνῃ προεχόντων δεδύσασθαι. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τελευτᾶσαι ἔργοις: καὶ λόγοις διτοχυρῶσασθαι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ὕπνον οὐ δεῶν, οὐδὲ νυσταγήσασθαι: τοῖς βλεφαρίοις μου ἕως οὐ τὰ πρᾶγματα εἶδω πρὸς τὴν τελειότητα. Αὐτοὶ δὲ ὑμεῖς, ὡς δύνασθε τὸν εὐλαβεστάτον πρωτοσυγγέλον δέξασθαι, ἰδύναται τοὺς κόπους αὐτοῦ τῶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ὅσπερ καὶ εἰς ἡμᾶς ποτε ἐποίησατε, ἔρρωσθε.

Ἐκ Πατρωνόλεως, ἀψκα' μεταγεννηθῶν: τῶ μασονότος.

(1) Ταπεινός: μητροπολίτης Θρηβατὸς ἀρσένιος, καὶ ἐν χῶ ἀδελφός.

Inscriptio: Illustriss^{mo} et reverendiss^{mo} fratri in Christo dom^{no} Campbell episcopo prestantiss^{mo}.

4.

Graeci textus variantes e cod. A, p. 31-82:

- Col. 397, l. 16 ἀληθῆς καὶ εὐσεβεστάτη καὶ ὀρθή: ἔχουσα πίστις, — l. 21 καθαρωτάτη, — l. 35 post vocem γραφαίς addit παρέδωκαν, — l. 44 ἐν τοῖς δεξιῖν εἶδαι, τοῦ ἀρτοῦ εἶναι, — l. 53 λαϊκοῖς: λαοῖς, — l. 55 μὲ: μῆ, — l. 66 ἴνα κατὰ τὰ δοκοῦντα ἀποδ., — l. 67 τὰ μὲν... τὰ δεξ.
- Col. 399, l. 1 τῶ καιρῶ: τῶ ἱερῷ συμβόλῳ, — l. 5 αὐτὰ ταῦτα: τὰ παρακλήσια, — l. 21 post διαμῖναι: add. κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν διάταξιν, — l. 22 διαφυλάχθῃ ἀπαρᾶχρακτος, — l. 23 δηλαδὴ τῆς, τοῦ Λ., — l. 41 ἐπιλοκύναι, — l. 55 ἀληθινῆ μόνῃ.
- Col. 401, l. 1 π. om., — l. 12 οὐδὲ εὐως, — l. 19 εἶσαι, — l. 42 καὶ τὰ τε, — l. 49 καὶ om. post διότι, — l. 58 ἀραχθῆς, — l. 69 τῶν ὀφτῶν ἀνατ., — l. 70 ἴνα μῆ: ἴνα καὶ.
- Col. 403, l. 9 post ἡγεμόνος add. χρηματίσοντας, — l. 10-12 τοῦ πρότῃτα — ἐν τῆ Κωνσταντινίου om., — l. 16 τῶ διαφ., — l. 19 κραιπῖ, — l. 34 ἐγ.

¹⁾ Logo δεῖνον.

²⁾ Logo (ἐπιστάσει).

³⁾ Logo ἀνομαλίῳ.

⁴⁾ Logo κλίσει.

- Χαράξιντας και τον και έτερον από συννομοτάριον και ταύτην συνδικίην. — 1. 36 αναγνωσθέντων φως παρασχομαι. — 1. 66 από: 66δ.
- Col. 405, 1. 36 αύταίς· έν ταίς. — 1. 43 συννομοτάριον.
- Col. 407, 1. 1 ού μικρά om., — 1. 13-14 τον την τοιαύτην omision άλλην, αλλά μή, — 1. 17 πολυθρονες, — 1. 36 μέχρις ου, — 1. 40 ταρμάχων; item 1. 42 ταρμάχης, — 1. 45 eorr. mendam προσώληθ in προσώληθ. — 1. 56-60 και 6 αρχιεπίσκοπος... 6ς και ίδιως... καθολικός ονομάζεται. — 1. 63 Πεκίου.
- Col. 409, 1. 3 και σπαρρός· σπαρρός και, — 1. 16 άπαντα άκαί, — 1. 25 τον τον, — 1. 34 κησαι, — 1. 40 αρχαίαν τάξιν μη άδου, — 1. 41 συνεχαντήθωσαν, — 1. 42 αποβαλίθωσαν, — 1. 60 κατά: και.
- Col. 411, 1. 3 χρηματίζοντας προβ όπ' έκ., — 1. 4 ύποκαμμένους και ταττομένους, — 1. 12 τολμύντος, — 1. 16 initio add.: ή δε έκτη πρόθεσις ουτως επί λέξεως έχει, — 1. 18 επαγγέλλουσαι, — 1. 19 σκοποδοσίμους, — 1. 25 Βρεττανών, — 1. 33 τον om., — 1. 57 Βρεττανικαίς.
- Col. 413, 1. 1 άνακριθήσονται, — 1. 6 καθής· καθής, — 1. 12 περίργταν, — 1. 19 τοι om., — 1. 44 μοναστ. τε και φροντ., — 1. 46 και Άγιον Όρος omi, — 1. 50 φυχωφαλίσει, — 1. 55 Βρεττανολ.
- Col. 415, 1. 2 ήμάν· όμάν, — 1. 3 Βρεττανών, — 1. 4 κτησάμεθα, — 1. 6 και κερ' ήμιν, — 1. 25 pro ήτις habet: ή δ' έβδόμε πρόθεσις, — 1. 33 άφανής· σοσφής, — 1. 34 έκλάβωμεν.
- Col. 417, 1. 16 έκταλει, — 1. 21 καθ' έκαστην ήμέραν, — 1. 23 χρώνται· καθήσονται... αυτοί αυτοίς, — 1. 24 έβωμεν, — 1. 57 ου μόνον άποδεχόμεθα, αλλά και επαينوμεν.
- Col. 419, 1. 7 Βρεττανικαί, — 1. 19-20 συμφορησουσιν οι ταύτα omision δόγμασι, — 1. 22 post άν add. έξ, — 1. 23 διορίζεται om., — 1. 31 Βρεττανικαί, — 1. 33 συμφορησούσι, — 1. 34 φασίν, — 1. 56 Βρεττανικαί.
- Col. 421, 1. 16 άσασκράτιος, — 1. 17 perperam interrupt: όμολογούσαι, αληθειν ήμιν, και υίφ etc., — 1. 19 έκουσίματα, — 1. 23 Βρεττανικαί, — 1. 37 πρώτης και δευτέρας άγίας, — 1. 65 το πνευμα το άγιον, — 1. 67 ερμα.
- Col. 423, 1. 10 alterum ex πατήρ om., — 1. 17 έκώλυεν, — 1. 23 έκπορεύουσαι, — 1. 36 ένας· ένας, — 1. 50 alterum την om., — 1. 68 έαυτού· αυτού.
- Col. 425, 1. 19 και τους άποστ., — 1. 41 προέρχοντι.
- Col. 427, 1. 4 έν φ και ζώμεν, — 1. 43 οι άρχιεραίς, — 1. 44 παρά θεού, — 1. 55 του om. ante κυρίου, — 1. 58 ή· και.
- Col. 429, 1. 18 από· υπό, — 1. 24 έπαμένη· έσομένη, — 1. 36 επί της γης, — 1. 60 φησι inter ancinos, — 1. 63 έχεται (!).
- Col. 431, 1. 7 ουκ άν ποτε θνηθήσαν, — 1. 18 μη om. et pro έχοντας habet έχοντες, — 1. 26 διαρρηγοταν, — 1. 38 διόλης· διελής, — 1. 52 αποκαυθαίη· αποκαυθειή.
- Col. 433, 1. 4 λαμβάνουσαι qua in voce e corr. ex ου, — 1. 32 post Βασιλειών add.: τίς γ' ου, κερ. α'φ. θεματι α'φ: έν 64 ββλιφ α'φ, — 1. 53 post άναφθεγγομένην add.: ή άγάπη ή ανάγκη άνάιναί τι ή παραβλήται, — 1. 56 ηδη, — 1. 57 μικράς.
- Col. 435, 1. 34 αποχρώντας, — 1. 53 κας γάρ om., sed post και add. γάρ, — 1. 62 τφ θεφ.
- Col. 437, 1. 2 non interponit φησι γάρ inter ancinos, — 1. 10 τφ· τών, — 1. 66 μικρότατον.
- Col. 439, 1. 4 όπ' αύταίς, — 1. 6 συννομοτάριον, — 1. 14 ου super lineam et om. και, — 1. 31 ουκ άνδροκος, — 1. 43 post διακυλίθω add. ήμας, — 1. 48 και om. ante κερμαίς, — 1. 58 ανακαρβί.
- Col. 441, 1. 29 post κατανοήθησθαι add. δένουσαι, — 1. 50 θεολογίας, — 1. 55 Χριστόν.
- Col. 443, 1. 8 in μεταλαβέντες τε add. sup. hitoram man. rec., — 1. 16 αυτη om., — 1. 19 ή in αυτη sup. hitoram man. rec., — 1. 19 τούτου· του, — 1. 25 άμαρ έκείνη ταύτα, — 1. 48 μετανοήουσαι, — 1. 61 συνίστα, — 1. 65 καθ' αυτό.
- Col. 445, 1. 19 έπινοήθη, — 1. 21 έρθεός, — 1. 25 Λουδοβίχο et 1. 26 Λουδίνου, — 1. 28 μητρόσυνου πρόγματος, — 1. 44 το κατά τα, — 1. 45 έξουσίαις αις, — 1. 61 Βρεττανος, — 1. 62 πατριαρχειών, — 1. 70 τος έκείνων άθλους.
- Col. 447, 1. 13 ή σ'η, — 1. 26 αντιπροσώπα, — 1. 26 έρθητας αις, — 1. 40 ου· ουαν, — 1. 48 δυσαναρχουσι, — 1. 55 άθετήσαμεν.
- Col. 449, 1. 19 έχων, — 1. 20 πολυαριθμήτων άγιων άνδρών, — 1. 31 Άβυσσινών, — 1. 33 έβωμεν et pro άγίας habet άγιων, — 1. 45 eorr. θεοδώρου ex θεοδώρου, — 1. 53 Λουδοβίχο et Λουδίνου.
- Col. 451, 1. 2 λάθωμαι τοι αις, — 1. 15 ούκ et eadem 1. 7ν om., — 1. 19-20 και μόνος, σүн άλλοις τε και σύν όμιν, — 1. 20-όμοουσαι· όμοουσαι, — 1. 21 post παρηγοίας add. την ήραν; eadem 1. loco έκταλίσαται exhibit έκταλίτωσι, — 1. 23 πατήρ· σωτήρ, — 1. 40 πάντων των όρθ., — 1. 47 έκπερθεύηται, — 1. 57 και om., — 1. 58 verba ως ελίπόμεν θεού συνάροσι inter uncinos interponit, — 1. 59 μετά προθυμίας, — 1. 61 αποχρώντας, — 1. 68 έρθε in voce έρθεδόςος super hitoram add. man. rec.
- Col. 453. Additamentum quod anglie in editione exhibitur ita graece ex autographo se habet:
Αί τφ παρόντι συνταγματίφ άποκρίσεις πρός τας από Βρεττανικαίς άποσταλείσας πρόθεσις, συνδικίη της ανατολικής έκκλησίας· κρίσει και άποφάσει γεγένασιν επί συλαέσεσι και άκριβεστάτη συνδιακρίσει, του παναγιωτάτου οικουμενικού πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως νίας Ρώμης, κυρίου Ιερομίου, και των παρευρεθέντων μακαριωτάτων και άγιωτάτων πατριαρχών, του τε Αλεξανδρείας κυρίου Σαμουήλ και του Ιεροσολύμων κυρίου Χρυσάνθου, συνεδριάζόντων αύτοις, της τε ένδημούσης· ένταύθα των πανιερωτάτων μητροπολιτών όμνηγύρωσ, και του εθαγού κληρου της του Χριστού μεγάλης έκκλησίας· έν Κωνσταντινουπόλει: έν έτει· αψιη·ω έν μηνί άπριλλίφ ένδικτιώνος ια'ης.
N. B. Vox ένδικτιώνος solitis siglis repraesentatur, quae Anglici translatores perperam interpretati sunt legendo ήμαρ ή. e. die. Quoad notulam, qua Chrysanthus patriarcha auctor esse dicitur huicse responsionis, ea non exhibitur quidem in autographo, sed ut vera accipienda est: atque Chrysanthi conscriptio ea ipsa est, ni fallor, quae exstat in codice Constantinopolitano s. sepulchri 227, quo primo usus sum.
Epistola vero quae in editione sequitur ita in autographo inscribitur:
Απόκρισεις συνδικίη άποσταλείσας κατά το· αφορ·ον έτος το σωτήριοις τοις έν Βρεττανικαί φιλλήλων, έρωτήσεσιν, ένας φρονει ή ανατολική των έρθεδόςων Γραμικων έκκλησία.
Varietates autem quibus ab edita discrepat haec sunt:
Col. 453, 1. 26 eadem vel corrige in και, — 1. 52 εύχαριστίας.
Col. 455, 1. 2 mendam έσοται corrige in έσταται, — 1. 13 αυταρχείου, — 1. 25 vox αυδής statim post δοκίμους, — 1. 27 την om., — 1. 30 έν super hitoram man. rec., — 1. 62 άπονοσοίμενα.
Col. 457, 1. 6 ένας om., — 1. 26 άλλως et eadem 1. άλλος, — 1. 28 έξου, — 1. 36 απύστομα, — 1. 37

ἐστένων. — 1. 48 εἰς ἄ. — 1. 50 καθά. — 1. 57
 Μαλῆχοστία. — 1. 58 pro μέσον habet μέσον,
 ubi e corr. ex ο. — 1. 61 καθά. — 1. 63 πρὸ
 πρὸς ubi πρ corr. ex το.

Col. 459, 1. 5 ἐκ τούτων. — 1. 6 θεῖα νομοθεσία. —
 1. 13 ἀερόμενος εἰς. — 1. 17 ἐξαιρέσιμοι εἰς;
 eadem l. ἔκγασσον et iterum l. αἰγ., — 1. 24
 κρείσσονες. — 1. 30 post vocem ἰβραῖμα sub
 iicit statim τῆ; ἀληθείας. — 1. 36 τὸν λόγον. —
 1. 37 ἔχων τὸ ὄρατόν. — 1. 41 θεοῦ. — 1. 44
 βόθρημα: αἰς βοθήσειον. — 1. 48 ἐλάττωσον; ead-
 em l. eἰς om., — 1. 55 post εὐλαβῶς add.
 φαί. — 1. 61 Ἐπεισεύς τε καί.

Col. 461, 1. 8 τε om.; eadem l. ἀγίζεται: ἀγίζεται;
 — 1. 10 ἀγομεν. — 1. 18 Καρταγίνας. — 1. 21
 ἐπιπέλα (!). — 1. 27 προσπεραύνονται. — 1. 32
 ἔχων ἔχων. — 1. 34 καὶ τῆ. — 1. 44 Κωνστ.
 πρώην Διον., — 1. 46 Κωνσταντ. πατριάρχης. —
 1. 48 post Ἀλεξανδρείας add. πατριάρχῃ; super
 l. man. propria.

Col. 463, 1. 3 Μελέτιος ex Μεκάριος; refinxit man.
 pr., — 1. 12 Μεσημέρια; — 1. 19 εὐταλῆς: τα-
 κινός.

Alterius synodalis decreti lemma ita se habet:

Ἐκθεοῖς ἑτέρα συνοδικῇ συνοπτικωτάτῃ παρὶ
 τοῦ μυστηρίου τῆ; ἀγίας εὐχαριστίας ἀπὸ τοῦ
 ἱεροῦ κώδικος τῆ; τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλη-
 σίας ἀπαρλλακτικῶ; ἀντιγραφείσας ἐν τῷ παρόντι
 συνταγματίῳ.

Col. 463, 1. 46 Ἰησοῦ om.

Col. 465, 1. 14 ὡς in ἀοβῶ; super lituram. — 1. 21
 post ἀγίας add. γραφῆ; quod vult deleri? pr.
 man., — 1. 27 τῆν: τινά; — 1. 62 ante δηλαδὴ
 add. βιβλίον. — 1. 65 συναποφνημαίνων. — 1. 73
 κοινή.

Col. 467, 1. 4 λέγουσι. — 1. 5 τέτραδα. — 1. 13 ἐσ-
 θάμενον. — 1. 49 φασκορρημοσύνην. — 1. 55
 ἀριθνήωτον; eadem l. ἦν in artic. τῆν super
 lituram — 1. 68 ὁπωσδήποτε.

Col. 469, 1. 26 spiritus in voce τὰτά habetur qui-
 dem, sed eum vult deleri pr. man., — 1. 33
 καὶ ζωοποιῶ om., — 1. 46 τὰτὴν: ταῦτης, —
 1. 53 νέφ om.

Col. 471, 1. 2 Σπαντών, — 1. 3 Χρομού, τε;

Samuelis patriarchae testimonium, quod
 anglie in editione exhibetur, ita se habet in
 autographo:

+ Σαμουὴλ ἑλὲν θεοῦ πάπας καὶ πατριάρχῃς
 τῆ; μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας καὶ κριτῆ; τῆ;
 οἰκουμένης:

Ἡ μετριότης ἡμῶν, διὰ τῆ; παρούσης, πατρι-
 αρχικῆ; αὐτῆ; ὑπογραφῆ; καὶ σφραγίδος, παρὶ-
 στησι προσηματωμένη, καὶ διασχυριζομένη ἐπι-
 κυρεῖ, ὅτι τὰ ἐν τῷ παρόντι συνταγματίῳ περι-
 ἐχόμενα, ἀνέθεντα εἰσι καὶ ἀληθῆ, καὶ κατὰ
 πάντα τρόπον ἀπαρίτρεκτα, αἱ μὲν ἀποκρίσεις
 αἱ αὐταὶ αἱ συνοδικαῖς ἀποφανθεῖσαι: αἱ δὲ συνο-
 δικαὶ ἐκθέσεις ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κώδικος: (sic) τῆ;
 τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἀπαρλλακτικῶ;
 ἐκδοθεῖσαι: ἐν ἑταῖ σπηρίῳ, αὐτῆ; φ, ἐν μηνὶ
 ἀπριλίῳ, ἰνδικτιῶνος, α'-ης.

(L. S.) + ὁ Ἀλεξανδρείας Σαμουὴλ ἐπιβεβαῖος. +

N. B. In medio sigillo effingitur s. Marcus,
 et hinc illincque ecclesia figuratur: infra indica-
 tur annus 1710, is ipse scilicet, quo Samuel
 patriarcha designatus est; circum vero haec
 leguntur: + Σαμουὴλ εἰσεῖ θεοῦ πάπας
 καὶ πατριάρχῃς τῆ; μεγάλης πόλεως
 Ἀλεξανδρείας καὶ κριτῆ; τῆ; οἰκουμένης.

5.

Documenti 5 autographum ipsius auctus, scribitur
 ex cod. Edinburgensi nopolani. Eius transcriptio tantum
 repetenda est e cod. A, p. 163-180:

Reverendissimae ecclesiae orientalis patriarchis
 et domitis, d. Jeremiae Constantinopolitano, d. Sa-
 mueli Alexandrino, d. Athanasio Antiocheno, d.
 Chrysantho Hierocolymitano, reverendis admodum
 metropolitae et episcopia, reverendo denique clero,
 omnibusque Graecorum orthodoxia.

Catholicorum in Britannia reliquiarum ipsae, quae
 ipsis vicissim retulerint orientalis orthodoxorum
 ecclesiae, pro mutua utrinque concordia responsio.

Priusquam catholicae ecclesiae Britanniam in-
 colentis reliquiae responsa sua ferant ipsae, quae
 protulerunt catholicae ecclesiae orientalis reveren-
 dissimi d. d. patriarchae, id sibi negotij incumbere
 existimant, ut ex animo gratias agant dominationi-
 bus ipsorum patriarchalibus eo nomine, quod ipsae
 quae ex parte nostra proposuimus responsiones
 dare dignati sunt, et in Magnam Britanniam re-
 gionem tam procul a sua disitam transmittendas
 curarunt. Hinc spes exurgit summa, fausta et for-
 licia omnia esse proventum ex tanto pacis studio
 et caritate adeo magnanima, quibus imbuti patri-
 archae nihil sibi gratius fore profiterentur, quam ut
 omnia inter nos unanimiter procedant, et latius
 expandatur Christi una ecclesia. Cum vero tales
 gerant animos inter Britannos catholici, ut nihil
 se omnia spondeant, quod concordiam promo-
 vere poterit, quin et omnia, quae sibi haud in-
 licita putarunt, facile esse concessuros, quo res
 exoptatam contingat metam; cum etiam laeti ad-
 inveniunt dominationes ipsorum patriarcharum ad
 a. scripturas et primaevae iudicium ecclesiae pro-
 vocare velle, ut hoc indice lites inter nos exortae
 dudum dirimantur, diem illum, quo tandem in-
 separabili cohaereamus unitatis vinculo, maximo
 non sine gaudio videre videntur. Cum enim et
 ecclesiae orientalibus et Britanniae catholicis una
 atque eadem sit norma qua componantur dissidia,
 cum sacrosanctas veteris et novi testamenti scrip-
 turas primaevorum patrum suffragio explicatas
 fidei esse et cultus regulam utraeque agnoscant,
 sibi non desperandum censent Britanni, quia cum
 penitus perspecta res fuerit a catholica orientali
 ecclesia, eos in tantum esse detracturos ab ipsis
 quae rescripserunt, ut, adjuvante Deo, individuo
 communionis consortio olim fruamur. His itaque
 dilectionis et observantiae causa praemissis, ad rem
 ipsam nosmet accingamus, et responsionibus, qui-
 bus nos cohonestare dominationibus vestris placu-
 erit, rogamus nostras.

Articulos autem, de quibus nulla inter nos
 futura est controversia, silentio praeteriendos cen-
 semus, praeterquam quod eorundem numeros ad-
 notabimus.

I, II, III, IV, V. Responsionibus, quas dedistis
 prioribus, quinque propositionibus, nihil est quod
 objiciamus; sint modo episcopi Britannici xrtotax-
 taloi, nec a patriarchatibus dependeant.

VI. Non in animo nobis erat, ut hoc articulo
 derogatum iri vellemus sapientiae aut doctrinae
 catholicae orientalis ecclesiae. Quae nobis ratio
 erat vocis παιδαγῶ, per quam nihil aliud intellexi-
 mus, quam disciplinam illam quae leges ecclesiasti-
 cas spectat.

VII. Eadem est patriarcharum et nostra de
 hoc articulo sententia.

VIII. Statuimus quoque liturgiam, juxta cujus
 ordinem divisam facimus, Graeco redditam, fore

transmittendam, ut patriarcharum inspectioni sub-
jiciatur.

IX, X, XI, XII. De his quoque articulis inter-
nos convenit.

Praeterea, ijs, quae protulerunt de articulis a
nobis in propositionibus nostris praesentibus, sic
respondendum.

Contra primam, secundam et tertiam respon-
siones nihil a nobis esse obijciendum, modo de
caeteris omnibus consentiamus.

Quartam, quintam, sextam, et septimam tum
deum nos esse expensuros, cum de responsione
catholicae orientalis ecclesiae ad primam nostram
propositionem sermo erit, qua in re sententiarum
aliqua diversitas occurrit inter nos et catholicam
ecclesiam orientalem.

Octavae facile consentimus, sicut, ut nonae, de-
cimae et undecimae.

Duodecimam vero quod spectat, preces viven-
tium et sacrificium eucharisticum, vita defunctis
prodesse credimus, adeo ut horum ope animarum
foelicitas, quae in loco ijs a Deo definita iudicij
diem expectant, magis magisque intendatur; nihil
autem amplius de hac re a nobis statuendum
putamus.

De ijs etiam, quae ad postremos quinque arti-
culos prolata leguntur, in quibus et aliqua manet
inter nos accommodanda dissentio, hic solum ob-
servare liceat, quod quacunq; tandem de ratione
nos Luthero-Calvinismi suspectos teneat ecclesia
orientalis catholica, palam tamen profiteamur, nul-
lorum dogmata, quorum causa cognomentum sec-
tatoribus suis induxerunt utriusque sectae auctores,
nobis recte imputari posse; atque insuper credamus
ipso quoque cum hanc nostram perlegerint respon-
sionem, facile nos esse exoneraturos hac cal-
umnia. Ut ad rem deveniamus.

I. Ad ea, quae in responsione ad primam pro-
positionem adhibentur de septem concilijs oecum-
enicis s. scripturis autoritate aequiparandis,
dicimus nos non posse eodem observationis res-
pectu has et illa colere. Libenter quidem agnos-
cimus, fidem a sex prioribus oecumenicis concilijs
stabilitam nobis esse receptam, quippe quae doc-
trinae in s. scripturis traditae consentanea depre-
hendatur; attamen nulla possumus ratione in ani-
mum inducere, eodem prorsus inspirationis gradu
patres in his synodis congregatos fuisse afflatos,
quo gaudebant prophetae, evangelistae et apostoli.
Rogamus insuper, ut ab ijs quae in his concilijs
disciplinae gratia erant sancita nos non obstrictos
teneamus. Praeterea, ad septimum quod attinet
concilium oecumenicum, Nicaenum scilicet, id nobis
officij incumbere putamus, ut asseveremus vel du-
liae cultum angelis et sanctis vita defunctis tri-
buere nobis illicitum haberi. Propter has autem
praecipue causas, hanc ampleximus sententiam.
Nullo primum exemplo e veteri testamento de-
prompto liquido probatur angelis exhibuisse cul-
tum Iudaeos, e contra ab ijs non fuisse adoratos
potius constat. Quod si vero angelorum cultum
sibi haud inconcessum crediderint Iudaei, rationes
quaedam ijs propriae adfuerunt cur hoc facerent.
Nam patriarchis se conspiciendos praebuissent
angeli, leges tradidissent Moesae, Israelitas per
deserta duxissent; Michael quoque dicitur eorundem
princeps, et tutela terrae Israeliticae eidem
attribuitur, Dan., cap. X. Legimus quidem Abra-
hamum corpus incurvasse suum coram angelis;
attamen ex epulis, quas eundem parasse discimus,
haec angelos patet ab ipso pro hominibus fuisse
habitos. Sic Moes et Iosua iubentur calceos
sibi exuere, et ab angelo, qui apparuit, didicere

terram fuisse sanctam ab ipsis conculcatam: at
uno ore tradiderunt s. patres dominum nostrum
Iesum ab ipsis fuisse visum sub angeli persona
et nomine. Consulatur s. Iustini martyris Dial.
cum Tryphone, Irenaeus, lib. 4, cap. 22. Tertull.
lib. adv. Iudaeos, et Athanas. lib. 4, contra Ari-
anos. Et simili prorsus ratione observant patres,
cultum non sibi praebere permisisse angelos, qui
apparuisent; v. g. angelum quem viderunt Manoa
et d. Iohannes. - Iudic. XIII. 16, Apoc. XIX, JO.
Et tamen diversa ratio est colendi angelos, qui
coram oculis se sistunt, et qui videri non possunt.
Dum se conspiciendos exhibeant, dignitati eorum
naturae nostrae longe superanti, muneri quod
sustinent, vel legationi quam obeunt, aliqua sal-
tem debetur reverentia; at haec omnes observandi
rationes evanescent prorsus, cum ab hominum visu
se amoveant, et forsitan extra omnem vocis aditum.
Adde quod Origenes calumniae inculcat Celsum, scri-
bentem angelos a Iudaeis fuisse adoratos. Contra
Cels., lib. 1. Idem docet, Deum solum omnipoten-
tem esse adorandum, et nemini praeterquam enti
supremo preces esse effundendas; Deum tunc op-
time a nobis esse adoratum, cum illi supplicemus
per Iesum Christum, absque ulla omnino angelo-
rum invocatione; angelos omnes et beatorum ani-
mas nobis amicos esse futuros, et non rogatos pro
nobis esse oraturos, si modo Deus propitius fuerit.
Ibid., lib. 5. Ex plurimis quoque s. scripturae locis
colligere est, angelorum cultum esse illicitum.
Conferantur Deut. VI, 13 et 4; I Sam. VII, 3, ubi
LXX legunt δουλεύσατε, unde et distinctio illa inter
latrariam et duliae evertitur. Adde etiam Luc. IV, 8;
Coloss. II, 18, 19, et Theodoretii interpretationem.
Sed ad patres ut redeamus. Irenaeus, lib. II, cap. 57,
expresse dicit, ecclesiam non fecisse miracula aut
invocatione angelorum aut alia illicita curiositate.
Theophilus Antiochenus ideo scribit imperatorem
a christianis adorari non potuisse, quia Deus non
erat. Lib. I, ad Autol. Concilium Laodicensem,
can. 35, anathema denuntiabant adversos eos, qui
adorabant Angelos. At dicunt quidam canonem
eos tantum respicere haereticos, quorum iuxta
sententiam angeli salutem tulerunt, dum promul-
garunt legem, et qui proinde erant adorandi nulla
habita servatoris nostri ratione. Hoc autem non
voluisse concilium exinde patet, quod 1°. Angelo-
rum cultus in genere damnatur a synodo, absque
ulla praefinita determinatione; quod si vero ulla
ratione licitum putassent, consultissimis ille epi-
scoporum coetus, fas est dicere, discrimina cultus
explicassent, in quo crimen consisteret elucidas-
sent, et eatenus tantum anathemati hunc cultum
subiecissent, quatenus abnormis erat et impius.
2°. Tametsi, qui notantur a concilio, reliquiae
ecclesiam dicantur, hoc tamen nihil amplius de-
notat, quam quod segregatos habuerunt conveniendi
locos, ut ipse canon innuit. Nam si angelos promul-
gando legem salutiferos fuisse docuissent, si hos ut
veros et primarios respexissent mediatores, si nec
servatorem nostrum aut invocassent aut adorassent,
christiani quidem non fuissent; et si non christiani,
nec decretis concilij obnoxii; nam ut d. Paulus,
„quid nobis est cum extraneis, ut eos iudicemus“?
Ecclesia non solet abstinere Iudaeos, Ethnicos, seu
apostas. Hoc quidem esset ex societate sua ex-
pellere, qui prius seipso segregassent. Et praeter-
ea nullam habet potestatem, quam exerceat
contra eos, qui non sunt christiani. Hinc liquido
constat, anathema concilij eos tantum ferre, qui
non omnem servatoris nostri cultum abrogassent.
Qua de re igitur damnantur, nisi quod angelos
una cum ipso adoraverint, et plures esse media-

typos religioso cultu venerandos docuerunt? S. Athanasius in tractatu suo contra Arianos, lib. 4, postquam probasset angelos servatori nostro ministrasse, et eundem veneratos esse, non ideo, inquit, adorarunt eum, quia ordine erat superior, sed quia alia et increata gaudebat natura. Nam si dignitas et ordo angelis essent idonea adorandi causa, inferiores angeli superiores adorarent; non autem sic se res habet. *ἡ τιμὴ γὰρ ὑπερῷου οὐ ὑποκινεῖται*, creatura enim non adorat creaturam. Deinde inducit exemplum Petri Cornelium, qui ipsum adorare voluerit, prohibentis (Act. X), et simile prorsus exemplum angeli et d. Johannis (Apoc. XIX), et tandem infert Deum solum esse adorandum. Athanas. contra Arian., pag. 286, 394, edit. Paris. Epiphanius, dum recitat eorum haeresin, qui beatam virginem adorarunt, sic argumentatur: Nec Elias igneo curru, in caelum euectus, et qui adhuc aura vescitur aetherea; nec adoratur d. Johannes, servatori nostro ut plurimum dilectus, nec sanctorum quispiam. Si angelos Deus non sinit esse colendos, quanto minus filiam Annae et Joachim? Epiphanius. Haeres. 79. Atque alibi tradit, nullam creaturam esse adorandam. His et alterum addamus testimonium a d. Augustino adductum; qui, tametsi gente erat Latinus, vixit tamen pietate et doctrina clarus, et sua scripsit aut ad finem seculi quarti aut sub quinti initio. Observat hic pater angelum, de quo in Apocalypsi mentio est, interdixisse cultum sui ipsius, eundem fuisse apostoli conservum, et Deum solum fuisse adorandum. August. de doctr. christian., lib. 1, cap. 33. Denique sicut ex his quaedam testimonijs disertis verbis inhihent sanctorum invocationem; ita et altera illa, quae angelorum cultum praecipue spectant, a fortiori ferunt invocationem sanctorum vita defunctorum. Si etenim angeli, quos scripturae nominant tutores et spiritus haeredibus salutis ministrantes, Pa. XXXVII, Hebr. I, non sunt invocandi aut religioso cultu venerandi, quanto minus sancti vita defuncti, qui tale non obeunt protegendi munus, quibus nec venia haec revisendi terras concessa (nobis saltem hoc non liquet), et qui proinde haud pari sane ratione sunt colendi. Locos autem s. scripturarum quibus invocationi sanctorum defunctorum patrocinari conati estis, metam non contingere opinamur. Verbi gratia, exemplum Hesekiae ab exercitu Sennacheribi liberati propter Davidem tunc apud mortuos, ab argumenti scopo aberrare videtur. Nihil aliud etenim legimus apud sacrum authorem, quam quod Deus pollicitus erat se Hierosolimam tueri velle propter Davidem servum suum et propter seipsum; at hullibi reperire est Iudaeos Davidem invocasse, ut pro ijs intercederet; et tamen si quid valeret patriarcharum argumentatio, necesse est ut ita se res haberet. Locum proxime allatum videre est apud Act., cap. XII, v. 6, ubi dicitur ecclesiae indesinenter preces fuisse Deo pro s. Petro; quid vero hinc licet colligere, quam quod altera ecclesiae militantis pars pro altera oraverit? Sic cum d. Paulus Romanos hortatur conjunctis precibus Deum pro illo orare, ut liberetur ab infidelium machinationibus, eadem plane res est, nec ab istiusmodi mediatione averiamur. Praeterea libenter agnoscimus sanctos, qui fato cesserint, pro fidelium coetu in terris degentium apud Deum intercessuros; nequam vero exinde sequitur, propterea a nobis esse invocandos; cum enim natura sint benefici, fieri non potest, quin absque sacro cultu operam nobis ferant; et porro non constat eos supplicationes audiendi nostras esse capaces.

CONCIL. GENERAL. TOMUS XXXVII.

Homines quidem non raro adeo sunt malevoli, ut beneficium in alium conferre noluissent, nisi humili gestu et submissa vultu ambiantur; quodcumque alteri gratum fecerint dehonstant, dum inter faciendum adiat morae, difficiles aditus, et protervitas; est etiam aliquando, cum jaceat rei adiacentiae pretium propter eorum superbiam, e quibus est petenda. Ideo se magni aestimandos censent quod alios abjectos videant, et proinde nulla ab ijs impetranda est gratia, nisi eorum obsequatur studijs; se contemptui habitos existimant, si desit adulatio; et grandia merita succurrant fastu et arrogantia. Unde autem haec omnia? Ex ignorantia, scilicet, ex vili animo et, malo. Mundus aerumnarum plenus non magis interest foelicibus beatorum domibus, quam mens tam male disposita sanctorum affectui est aliena. Dignitatem, qua fruuntur, melius cognorunt suam, quam ut aliquid novae ex observantia nostra accessurum putent, atque, adeo sunt benigni, ut non est quod, ne fastidiosius sese gererent, vereamur. Exultat ocellis superbia, ex quo Deus ejecerit Luciferum; haud opus est igitur animos excruciare, ne sanctos offenderemus, quod forsitan nosmet parum civiles praebeamus; praesertim cum hoc sciatis, non ideo haec fecisse nos, quod eos despectui habeamus, sed quod metuamus, ne Deo injuriam offeremus. Beneficentia adeo consummata nulla objiciet impedimenta, quo minus auxilium ferat; excelso licet in gradu sint positi, fastu tamen non tument; neque ideo erga alios benigne se gerunt, ut par illis referatur gratia. Unde et non rogati omnia humanitatis praestabunt officia. Pectora eorum tantus implet caritatis ardor, ut quodcumque potuerint id gratis faciant, nec opus est ad benevolentiam eorum suscitandam aut importunitate nostra aut reverentia.

Cum vero dicatur quod servatoris nostri mediatio spectat tantummodo peccatum originale, et quod sancti sunt invocandi ut universorum. Deo intercedant pro remissione peccatorum post baptismum commissorum, hanc positionem, pace quod fiat dominationum vestrarum, et sacris scripturis directe contrariam, et muneri servatoris nostri mediatorio ut Dei et hominis derogantem plane censemus. Ipse etenim Dominus noster Jesus luculenter praecipit apostolis, et proinde toti fidelium coetui, ut Deum directe invocarent. Quodcumque, inquit, rogaveritis in meo nomine, id faciam; atque iterum in commate proxime insequenti, Si quid rogaveritis in nomine meo, id faciam. Joh. XIV, 13, 14. Et in capite decimo sexto discipulis suis pollicetur servator noster, quod quaecumque rogaverint patrem in suo nomine, ea illis concessurum fore. Unde et pergit Dominus noster: Hactenus nihil in nomine meo petiatis; petite et acceperitis, ut gaudium impleatur vestrum. Ibid. Sic disertis verbis jubemur Deum expressae invocare, ut nobis daret omnia bona, quibus vel in hac vita vel in futura fruituri sumus; atque eandem valere normam invocandi Deum pro remissione peccatorum post baptismum commissorum, ex iis discernere est, quae idem scribit apostolus Ep. I, cap. II, v. 1, 2. Si quis deliquerit, advocatum habemus apud patrem, Jesum Christum justum, et ipse est deprecatio pro delictis nostris. Ex his verbis apostoli, Si quis deliquerit, advocatum habemus apud patrem, Jesum Christum; constat actualia peccata solum denotari, nam peccatum originale humano generi adhaesit longe ante tempora d. Johannis. Praeterea, dum apostolus affirmat servatorem nostrum esse advocatum nobis et deprecationem pro delictis nostris,

manifesto inuit eum, etiam postquam ascenderit in caelos, etiamnum Deo patri intercedere pro peccatis nostris post baptismum commissis.

Eam autem dominationum vostrarum sententiam, qua panem et vinum in eucharistia post consecrationem in naturale corpus et sanguinem servatoris nostri transmutari contenditis, dum interim nihil de elementis relinquatur, praeter accidentia substantiae vacua; haec, inquit, opinionem, minime a nobis probatam volumus. Talis enim praesentia corpora, quam transubstantiationem vocant, nec scripturis sacris innitur, nec traditione venerandissimorum ecclesiae primaevae patrum, quippe qui aut talia proferunt ex quibus contraria evincitur sententia, aut totidem verbis hanc diserte negant. Scripturas quod attinet, Dominus noster dicit quidem panem et vinum eucharisticum esse corpus et sanguinem suum; haec autem verba non in proprio sensu esse exponenda, ex aliis licet colligere scripturis, ubi servator noster seipsum dicit esse januam, et vitem; atque alibi dicitur esse agnus Dei et Leo de tribu Judae. Quae omnia scripturarum loca metaphorice esse explicanda credimus, agnoscat orientalis ecclesia; et si haec omnia tropice sunt accipienda, quidni illa altera verba institutionis eucharisticae, quae si in sensu proprio intelligantur, aequae videntur esse absurda et impossibilia? His addatur d. Paulum elementum eucharisticum panem dominare etiam per¹⁾ consecrationem, cum eras jam consecendus. Ad patres igitur deveniamus, et eorum aliqua proferamus testimonia. S. Justinus martyr de consecrato pane et vino dicit quod ab his sanguis et caro nostra aluntur: Apol. II. Unde et plane sequitur, quod crediderit substantiam elementorum eucharisticorum post consecrationem esse relictam. Nam si doctrina de accidentibus nulli substantiae inhaerentibus tunc temporis fuisset stabilita (quam quidem primaevis patribus omnino fuisse ignotum liquido constat), qua tandem ratione dicere potuit s. Justinus corpora nostra puris putis accidentibus fuisse enutrita? Accidentia enim sunt enim sunt diversum aliquod a substantia; quomodo igitur potest corpus accipere nutrimentum et partium incrementum ab eo, quod non est corpus? Eodem saeculo secundo cum s. Justino vixit Irenaeus, qui nos docet eucharistiam ex duobus esse conflam, terreno ac caelesti, quorum alterum panis est et vinum, alterum in mystica vi et energia praeternaturali per descensum spiritus sancti his communicata consistit. S. Cyrillus Hierosolymitanus quidem altero in loco ea protulit quae transubstantiationis causae favere videntur. Scribit (enim) Catech. Mystag. IV, quod sicut servator noster aquam in vinum convertit ad Canam Galilaeae, sic sine dubio corpus dedit et sanguinem suum in eucharistica institutione. Unde pro rato habeamus, nos accipere corpus ejus sub specie panis et sanguinem ejus sub specie vini. Haec autem locutiones, hujusmodi licet transmutationi favere maxime videantur, non tamen de transubstantiatione esse intelligendas, ex his facile est colligere quae idem scribit de sancto chrismate, Catech. Mystag. II, his verbis: Sicut panis eucharistiae post invocationem s. spiritus non amplius est panis communis, sed est corpus Christi, ita hoc sanctum chrisma post invocationem non amplius est commune chrisma, sed fit $\chi\rho\rho\mu\alpha$ Christi, et ipsa praesentia et divinitas spiritus sancti. Ex hac argumentatione inferre licet, quod sicut a nobis non est supponendum sacrum chrisma in ipsam converti deitatis essentiam; ita nec pari ratione possumus concludere

hunc patrem aliud (intellexisse amplius, quam quaedam elementa eucharistica divina quadam virtute et potentia benefica fuisse praedita per spiritus descendens sanctificationem. In resp. nostram clara proxime accedent d. Chrysostomi verba ex ejus epistola ad Caesarium¹⁾; sanctissimus pater disputans contra haeresim Apollinaria illustrandi gratia mutuatur comparationem ab eucharistiae sacramento, Antequam sanctificetur panis, inquit, panem proponamus, divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem appellatione panis, dignus autem habitus est dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit. Ex hac loquendi forma, et ipsa comparatione, liquido ostendit pro sua sententia naturam sive substantiam panis post consecrationem permanens non mutatam. Similiter prorsus Theodoretus, qui Graecorum patrum agmen claudet, amice nobiscum conspirat in ejus dialogo secundo inter orthodoxum et eranistem, quorum posterior Eutycheis sectatorem denotat. Docuit autem Eutycheis unicum solum fuisse in Christo naturam, atque humanam a divina fuisse absorptam. Ut haeresin suam confirmaret, ex elementorum mutatione in sacra eucharistia argumentum ducit eranistes. Ut symbola, inquit, et dominici corporis et sanguinis alia sunt ante sacerdotis invocationem, post invocationem vero mutantur et alia fiunt, ita dominicum corpus post ejus ascensionem in divinam transmutatur substantiam. Tuo te ipsum jugulas gladio, inquit orthodoxus (qui Theodoretum vices gerit)²⁾; non enim mystica symbola post consecrationem suam amittunt naturam, sed substantia manet eadem qua prius. Nemo autem unquam dixerit, aut³⁾ d. Chrysostomum aut Theodoretum vel haereticos esse locutos, vel minus rectam amplexos esse sententiam de eucharistiae sacramento; unde et tuto licet concludere, eandem de hac re tradidisse doctrinam hos patres et ecclesiam primaevam catholicam.

Hanc orientalium testimonia confirmabit consensus trium patrum, qui in occidentali ecclesia floruerunt, praeclearissimorum: Horum primus est Tertullianus, qui sua scripsit sub initio saeculi tertii; alteri, s. Augustinus Hipponensis episcopus, et Gelasius I, episcopus Romanus, saeculis 4^o et 5^o vixere. Scribit Tertullianus, contra Marcionem, dominum nostrum per corpus suum in eucharistia intellexisse symbolum sive repraesentamen corporis sui. Corpus meum, hoc est, figura corporis mei. Tertul. contra Marcionem, lib. I, cap. XIV. S. Augustinus hanc regulam proponit interpretandi scripturas, Si scriptura inquit, ne impium aliquid ac sceleratum faciamus, nobis interdicit, tunc verba proprio sunt sensu accipienda; quod si vero, ut a bono abstinemus, et malum aliquid faciamus, jubere videatur, tum metaphorice sunt explicanda. Et hanc normam, illustrandi gratia, proferit ex evangelio d. Johannis, cap. VI, locum, quem ut praesentiam corpoream afferrent adduxerunt quidam, Nisi ederitis carnem filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hic malum aliquid et inhumanum praecipitur videtur; figura est ergo praecipiens passioni ejus esse communicandum et suaviter et utiliter in memoria recolendum quod pro nobis caro ejus crucifixa et vulnerata sit. August. de doctr. christiana, lib. III.

¹⁾ In margine haec leguntur: Vide Anast. inter gesta Galliarum (Claromontanae, Nicephor. Constantinopol. patriarch. in duobus mss. Bibliothecae Colbertinae. Denique a Johana. Damasc. ad finem tractatus contra Acoephalos.

²⁾ Duae lines in codice crasse.

³⁾ et cod.

¹⁾ Lege post.

cap. XV. Et in eodem libro clarissime dicit, quod Non revera Domini corpus est, quod cum illo non erit in aeternum. Ibid. cap. XXXIII. Unde manifestum fit, insignissimum hunc patrem non putasse elementa eucharistica in naturale corpus servatoris nostri fuisse transubstantiata: omnibus etenim concessum habetur, sacrificium eucharisticum ad iudicii diem esse cessaturum. Postquam etenim lata fuerit sententia, et vita aut amittitur aut tenetur; cum nullis jam remittendi peccata sit locus, et non amplius opus fuerit spiritali gratia ne in lapsum procumbamus; sacrificandi ratio cadet prorsus. Et cum diutius elementa eucharistica non consecrarentur, naturale servatoris nostri corpus, quod exinde provenire supponitur, haud potest produci, et proinde cum illo non erit in aeternum.

Gelasius papa sententiam nostram contra transubstantionem non minus confirmat. Floruit exoriente demum seculo quinto, et disertissimis ait verbis, substantiam et naturam panis et vini permanere post consecrationem. Tract. contra Nestor. et Eutychem. Dicit equidem eodem in loco elementa converti in rem divinam, i. e. virtute divina esse praedita, operante spiritu sancto; quam quidem mutationem libenter agnoscimus, videlicet mysticam quandam virtutem et potentiam praeternaturalem in elementa eucharistica esse derivatam, pronuntiante institutionis verba sacerdote, et invocante descensum sancti spiritus.

Haec vero testimonia ex patribus Latinis prolata sunt omni exceptione majora; vñ enim in primis ecclesiae temporibus vixerunt, et pietate et doctrina erant eximii, non ideo contemnenda est eorum auctoritas, quod in occidentali ecclesia floruerunt. Seculis enim aliquot antiquiores erant dissidio inter Graecas et Latinas ecclesias; et quod graecè non scriperint, eorum sententiam minus fore aestimandum a dominationibus vestris non censemus.

Ad ea, quae in responsione adhibentur ad quintum articulum, dicimus, quod sicut in animum inducere non possumus sanctorum invocationem et cultum religiosum nobis licere, multo minus imagines eorum cultu relativo aut veneratione divina prosequendas esse censemus. Cum enim hoc cultus et honoris genere prototypum venerari nequeamus, majori adhuc nobiscum laborat difficultate merum hujus representamen in honore sacro esse habendum. Praeterea neque imaginum cultum neque etiam earum usum in primaevis ecclesiae temporibus valuisse, dicere est ex s. Epiphania, episcopo Constantiae in Cypro, qui in epistola ad Johannem Hierosolymitanum zelo fervidus hujusmodi praxin reprobat¹⁾. Cum ecclesiam quandam intrarem Palaestinae ruri positam, et cui nomen erat Anablatha, supra januam pensilem vidi cortinam, in qua inerat pictura servatoris nostri vel sancti hominis cujusdam (haud etenim bene memini quem pictura representaret). Attamen cum figuram hominis in ecclesia viderim, praeter voluntatem s. scripturarum, hanc dilacerabam, et ecclesiae procuratoribus in mandatis dedi, ut cadaver aliquod huic involerent, et sepelirent etc. Et quamvis minus recte pronuntiaret hic pater, non licere picturarum usum, in ecclesiis, attamen hinc facile est colligere hoc moris non fuisse in Cypro aut Palestina, dum vixerit Epiphanius. His addamus, quod concilium Constantinopolitanum sub Constantino Copronymo, qui sacrum imaginum usum damnabant, diserte dicant in libellis praecum ab ecclesia usurpatis nullam consecrandi imagines adfuisse formulam,

quod quidem patres in synodo secunda Nicaena congregati non negant. Baron. A. D. 754. Concil. Labba, tom. VII. Et s. Augustinus de christianis quibusdam superstitiosis laborantibus verba faciens, scribit se multos novitios, qui picturas adorarent. August. de moribus Eccles. Cath., cap. 34. Sed ut sententiam nostram de hac re amplius elucidemus, libenter quidem agnoscimus imaginum usum in ecclesiis non solum esse licitum, verum etiam posse esse utilem, dum his repraesentetur historia sanctorum, eorundem acta in memoriam revocentur, et pietatis affectus in populo excitentur. Et proinde, priora attulimus testimonia, non quod imaginum usum, sed quod earum cultum minus probemus. Nam si orat, quando ipse imaginum usus damnaretur, neque unquam ab universali ecclesia primaevis admitteretur, a fortiori sequitur in primaevis ista temporibus imagines haud unquam religioso cultu fuisse honestatas.

His itaque, de quibus diversum aliquid sentimus, hoc modo expositis, restat ut conditiones aliquas ex parte nostra proferamus, quae inter nos concordiam conciliare²⁾ poterunt. Si igitur modo memorata nobis fuerint concessa; si ratio fecerint patriarchae orientales, episcopi etc., nos non teneri obstrictos invocationi sanctorum et angelorum, imaginum cultui, vel adorandae hostiae, si instrumento publico et authentico, et sigillis suis obsignato, his placuerit pronuntiari ab his rebus nos esse omnino liberos, liberos peregreque et domi, in suis ecclesiis aequae ac in nostris; his concessis et stabilitis, ecclesiae paci utrinque consultum iri confidimus, et unitatis leges tandem inter nos valere posse.

Id vero ex d. d. patriarchis obnixè rogamus, ut in animo habentes religionem christianam non paulatim pervenisse ad maturitatem, sed perfectam et absolutam fuisse ab apostolis et evangelistis jam morientibus relictam. Et proinde quanto sunt antiquiora³⁾ quae traduntur, tanto sunt praestantiora; atque id optimum, quod prius. Quo proprius enim accedatur ad fontem, eo purius hauriantur aquae. Unde et quaecunque deflexum teneant iter ab iis quae primitis invaluerunt, quaecunque aut fidei aut praxi primorum seculorum contraria deprehendantur, suspecta debent haberi. Sicut igitur prae caritate, qua pollent patriarchae, nos admonent ne cedamus opinionibus male confirmatis; ita summa, qua par est, humilitate nos obsecramus, ut in bonam partem accipiant, quod illos itidem moneamus, ut abimet ipsis bene consentibus morem gererent. Speramus itaque d. d. patriarchas rem aequa lance trutinantes, juxta praefinitas sententias non fore iudicatos, nec ad exempla sequioris aevi, at vero primas potius esse delecturos universali praxi et doctrina priorum quatuor seculorum, primi praecipuae, quam ut immutabile habeatis decretum aliquod solenne orientalis ecclesiae, octavo demum seculo factum; et cui ecclesia occidentalis aequali praedita auctoritate tunc temporis adversaretur. Sic summa freti fiducia rem fore utrinque probe examinatum, atque ambo non veritatem modo exoptaturos, at probaturos quoque; non possumus quin expectamus unanimam in tantum quae situm iri, ut discidium causis valere jussis in solidam corporis unitatem copulemur.

Denique, ne ultra quam par est d. d. patriarchas detineamus, supplices oramus Deum misericordem et consummata imbutum sapientia, qui homines unanimes facit in domo, qui autor est pacis, atque amat concordiam, ut pro benignitate sua bene-

¹⁾ In *Margine*: Vide Concil. Nicaen. 2 et Epiphani. Haer. 27, apud quem concessa his habentur.

²⁾ conciliare cod.

³⁾ antiquiores cod.

volentiam erga nos ipsorum perdurare faciat, ardoremque animet, et consilia dirigat, ut finem tandem foelicem assequantur: ut orthodoxa orientalis ecclesia, et catholicae Britanniarum reliquiae, solennium religionis rituum administratione jungantur, ut aetiori vinculo fiant unum ovile sub uno pastore Jesu Christo beato Domino nostro et servatore; cui una cum patre et spiritu sancto tribuantur omnis honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

D. d. patriarchas obnixè rogamus, ut sententiam eorum de nostris hieq. responsionibus¹⁾ exponere, et quid de hac re sibi statuendum putaverint, nobis transmittere dignarentur. Haec autem conciliariter a nobis erant sancita catholicae Britanniarum ecclesiae episcopis, cum adessent è presbyteris et clero non pauci, qui suffragio suo decreta haec nostra comprobant.

Scriptum Londini A. D. 1722, vicesimo nono die mensis maij.

Archibaldus Scoto-Britanniae episcopus. (L. S.)
Jeremias primus Anglo-Britanniae episcopus. (L. S.)
Jacobus Scoto-Britanniae episcopus. (L. S.)
Thomas Anglo-Britanniae episcopus. (L. S.)

Thomas Deacon registrarius.

¹⁾ responsionibus eod.

Ad documentum 15 addenda.

Publica postremae litterarum partis translatio, quam serius ex Anglia accipi, ita se habet:

Col. 536. eiusmodij colloquio futurum: neque spes unionis penitus occasuras.

Haec est de sanctissimo hocce negotio monocratoris nostri sententia, quae nobis quidem videtur optima: quid vero vobis visum fuerit, oramus ut nobis quantocius significetis. Deus interea ut nostri vestrique sit misericors, utrique seriò implorandus est.

Valete fratres carissimi.

Caritati vestrae

Addictissimi in X^o fratres.

Theodosius archiepiscopus Novogardiae et archimandrita Alexandro Nevensis.

Theophanus archiepiscopus Plescoviensis.

Gabriel archimandrita Sanctae Trinitatis, Sergij monasterij.

Theophilactus archimandrita Czudovensis.

Ierotheus archimandrita Novospaski.

Petrus archimandrita Simonoviensis.

Athanasius igumonus Tolski.

Anastasius Nausius.

Mosca A^o 1723.

mensis febr.

SYNODUS DIOECESANA CALENI

1726 martii 12-3.

Synodus dioecesis Caleni, celebrata diebus 12 et 13 mensis martii anni 1726, sub Nicolao, episcopo Caleni.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Synodus dioecesis Caleni ab illustriss. et reverendis. dom. Nicolao, abbati episcopo Caleni, celebrata, die duodecima martii in festo S. Bernardi,

episcopi civitatis, & dioecesis patroni, & die decima, tertia ejusdem mensis, anno aerae vulgaris 1726, Benedicto XIII, pontifice optimo maximo, Romae, typis Zinghi & Monaldi, M. DCC. XXVI. Superiorum permisso.

In 4^o, 4 f. - 132 p. — (Avignon, ville).

Pag. 41-132, habetur appendix documentorum.

SYNODUS DIOECESANA SUESSIONENSIS

1726 aprilis 10.

Synodus dioecesis SueSSIONENSIS, celebrata die 10 mensis aprilis anni 1726, sub Josepho Languet de Gergy, episcopo SueSSIONENSIS.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Ordonnances synodales du diocèse de Soissons, publiées au synode tenu le 17 mai 1673, par monseigneur Charles de Bourlon, & au synode tenu le 27 mai 1700 par monseigneur Fabio Brulat de Sillery, imprimées de nouveau par ordre de monseigneur Jean-Joseph Languet de Gergy, puis par ordre de monseigneur François de Fitz-James,

évêque de Soissons: Nouvelle édition faite par ordre de monseigneur Henry-Joseph-Claude de Bourdailles, avec les avis donnés aux petits synodes par messeigneurs Jean-Joseph Languet de Gergy, Charles-François le Febvre de Laubrière, & François de Fitz-James. A Soissons, chez Ponce Courtois, imprimeur de monseigneur l'évêque: Pierre Nicolas Waroquier, associé au privilège de mondit seigneur évêque, M. D. CC. LXIX.

In-12, 370 p. — (Paris, Bibl. nat. B. 40490; Paris, Ste-Genève).

SYNODUS DIOECESANA URBEVETANA

1726 aprilis 24.

Synodus dioecesis UrbevETANA, celebrata die 24 mensis aprilis anni 1726, sub Onufrio Alisei, episcopo UrbevETANO.

De hac synodo confer opus cui titulus:

1) Constitutiones synodales editae et promulgatae ab illustrissimo et reverendissimo Onuphrio e marchionibus Elisei, patris Fulginate atque UrbevETANO, Dei et apostolicae sedis gratia sanctae UrbevETANAE ecclesiae episcopo et s. d. n. d. Benedicti papae XIII., praelato domestico et pontificii solii episcopo assistenti, barone Castrorum Georgii, Meanae et Villae Pugliani, ex omnibus superioribus synodis manuscriptis ac editis in quatuor synodis dioecesis confirmatis, collectae; summorum ponti-

ficum, sacrorum conciliorum et canonum decretis vallatae, sacrae scripturae sanctorumque patrum testimoniis adornatae. Montefalisco, MDCCLXXX. typis seminarii. Superiorum permisso. (*Titulus II. partis*.) Tesoro o appendice sinodale, nel quale si contengono bolle pontificie, canoni, decreti, sommarii, editi, formole ed istruzioni, citate nel presenti sinodo. In Montefalisco, MDCCLXXX., nella stamperia del seminario, con licenza de superiori.

Magnum in-8^o, 2 part., XXX p. - 1 f. - 352 p., 420 p. - 1 f. (errata) — (Roma, Vittorio-Emmanuel).

Pag. XII: „Secunda [synodus, ab Onuphrio e marchionibus Elisei, episcopo UrbevETANO] celebrata et uno die absoluta, videlicet die 24 aprilis 1726.“

CONCILIUM PROVINCIALE FIRMANUM

1726 aprilis 28 - maii 5.

Concilium provinciale Firmanum, celebratum, tribus sessionibus, diebus 28 mensis aprilis, 1 et 5 mensis maii anni 1726, sub Alexandro Borgia, archiepiscopo Firmano.

Exstant constitutiones hujus concilii in operibus sequentibus:

1) Concilium provinciale Firmanum, quod Alexander Borgia, archiepiscopus, metropolita et princeps Firmanus, habuit anno a Christo nato MDCCXXVI., diebus XXVIII. aprilis ac 1. & 5. maij. Firmi, MDCCXXVII., typis Dominici Antonij Bolis & frat., typographorum archiepiscopaliū. In-4°. 4 f. - 120 p. — (Roma, Propaganda).

2) Acta et decreta sacrorum conciliorum recentiorum collectio Lacensis, auctoribus presbyteris S. J. e domo b. v. M. sine labe conceptae ad J. a. cum. (Friburgi. 1870), I, 587-614.

BENEDICTUS PAPA XIII.

venerabili fratri ALEXANDRO, archiepiscopo Firmano.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod episcopali vigilantiae sacrorum canonum ac Tridentinae praesertim synodi commendavit auc-

toritas, nostri vero apostolatus sollicitudo praecipuis votis expetebat, fraternitas tua impigra sedulitate repraesentavit. Vix enim ad metropolitanam istam ecclesiam tuae virtuti creditam perveneras, cum statim de provinciali concilio celebrando salubriter cogitasti ac, de divino cultu et ecclesiastica disciplina amplificanda sollicitus, una cum provinciae tuae coepiscopis sapientissima decreta promulgasti. Eorum itaque exemplum, quod per dilectum filium Fabritium Borgia, fratrem tuum, ad nos deferri curasti, libenti laetoque animo accepimus, ac fraternitatis tuae et comprovincialium episcoporum zelum prudentianque meritis laudibus prosecuti sumus; tibi que persuasum esse optavimus, insignia paterni studii incrementa ad pristinam in te benevolentiam nostram inde accessisse. Satis proinde intelligis, venerabilis frater, quantopere cupiamus singularem tibi charitatem rebus ipsis declarare eandemque germano fuo, tam suis meritis quam tuis commendationibus nobis acceptissimo, ubi se occasio dederit, testatam facere. Hujusce autem propensae voluntatis pignus apostolicam benedictionem fraternitati tuae peramanter impertimur.

Datum Romae, apud s. Petrum, sub annulo piscatoris, die XXVI. julii MDCCXXVI., pontificatus nostri anno tertio.

C., archiepiscopus Emissenus.

CONSTITUTIONES SYNODI PROVINCIALIS FIRMANAE.

Alexander Dei et apostolicae sedis gratia sanctae Firmanae ecclesiae archiepiscopus, metropolita et princeps,

de consilio et assensu reverendissimorum d. d. coepiscoporum nostrorum, qui ad Dei gloriam et honorem in hanc provincialem synodum convenerunt, haec statuimus et sancimus.

TITULUS I.

De summa trinitate et fide catholica.

In nomine sanctissimae et individuae trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Sanctam catholicam et apostolicam fidem, humanae salutis initium et fundamentum, quam in prima hujus concilii sessione professi sumus iuxta articulos in constitutione fel. record. Pii IV., Romani pontificis, praescriptos, satis in superiori concilio provinciali, sub Sigismundo Zannettini pie mem., archiepiscopo et principe Firmano, habito, cautum fuit, quinam et quando profiteri teneantur. Unum ad integritatem fidei servandam addimus, quod cum Clemens XI. sanctae mem., Romanus pontifex, novissimos aliquos in ecclesia errores constitutione sua, quae incipit *Unigenitus*, damnaverit, eadem constitutio uti fidei et disciplinae regula ab omnibus debita obedientia et executione servetur.

Ne vero neglectus jaceat coelestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus nobis tradidit, ut inde infallibili Dei sapientia edocti sciremus, quid credere, quidque sperare, quid denique agere debeamus, ut Deo placere possimus, praesertim, quod dolenter referimus, apud ecclesiastici ordinis viros: sancta synodus decernit, ut unusquisque sacerdos in universa nostra provincia sacrorum librorum codicem vulgatae et ab ecclesia approbatae editionis apud se habeat, sub poenis arbitrio episcopi infligendis. Nec tantum apud se retineat, sed frequenter legat et meditetur, et

unusquisque pro suo captu in sacrarum litterarum cognitione semper magis ac magis proficere conetur. Ad haec canonici theologi in cathedralibus et collegiatis ecclesiis, ubi sunt, ad implendum officium suum, juxta saluberrimam constitutionem nuper editam a sanctissimo patre ac domino nostro Benedicto XIII.¹⁾, quae modo publicabitur mox in calce decretorum registranda, omnino compellantur, eademque constitutio in reliquis quoque diligenter observetur. Hoc addentes, quod etiam in collegiatis ecclesiis existentibus in aliquo insigni oppido, ubi clerus numerosus sit, praebenda theologalis institutur juxta Tridentini concilii decretum, *sess. V, cap. I, de reformatione*. Omnes vero hujusmodi canonici theologi publice in ecclesia sacram scripturam interpretentur et, litterali in unaquaque lectione textus enarratione praemissa, duas saltem ex eadem sacra scriptura proponant semper solvantque quaestiones, historicam unam, moralem alteram, vel de nostrae fidei articulis et sacramentis, vel de catholicae ecclesiae ritibus eorumque mysteriis, vel de aliis ad sanam doctrinam et christianam institutionem spectantibus. Tempus et horam et numerum lectionum habendarum episcopi statuunt. Populum etiam vehementer hortentur, clero vero omnino mandent, ut intersit, ac praesertim dignitatibus et canonicis tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum, parochis quoque et confessoribus.

¹⁾ Conc. Rom. in append. pag. 406 et seq.

Præterea non solum parochi, sed et capellani rurales, qui diebus dominicis in sacellis ruralibus, a parocciis disiectis, pro populi commoditate sacra faciunt, pueros erudiant in mysteriis fidei, qua in re instructione edita in novissimo concilio Romano, quantum pro regionis et temporis opportunitate licebit, utantur.

Insuper hujus concilii patres, quorum præcipuum est concionandi munus, quo frequentius possunt, ac præsertim inter pontificatum sacrarum solemniam, tum etiam, dum confirmationis sacramentum ministrant, dum parocciis visitant, dum aliis denique pontificales obeunt functiones, sermonem ad populum habeant. Parochi etiam caeterique animarum curatores singulis saltem dominicis festisque diebus, qui de præcepto observari solent, post lectum in missa evangelium sermonem brevem habeant et facilem auditorumque capacitati accommodatum ex ipso evangelii textu deductum, quo vitia quae declinare, et virtutes quae sectari oportet, populo denuncient. Tempore quadragesimæ et adventus ne canonici aliique choro ad dicti sacris concionibus, quae in propria ecclesia habentur, interesse negligant, subtractione quotidianarum distributionum aut punctaturis, ut vocant, tertiæ partis illius diei adigantur.

TITULUS II.

De constitutionibus, de concilio provinciali.

Constitutiones editas in concilio primo provinciali Firmano, sub Sigismundo Zannettini piæ reuerentionis, archiepiscopi et principis Firmano, anno MDXC, sancta synodus confirmat et approbat et ab illis, ad quos spectant, observari mandat, iis tantum exceptis, quae posterioribus ordinationibus adversantur.

De synodo dioecæsa.

Quod sacri canones tantopere commendant, quod concilii Tridentini auctoritas gravissimo decreto sancivit, quod sanctissimus dominus noster Benedictus XIII. exemplo suo in ecclesia Beneventana firmavit et nuper in concilio Romano decrevit, scilicet, ut episcopi semel saltem in annos singulos dioecæsanæ synodos cogant, hujus concilii patres in hac provincia restituere cupientes, annis singulis dioecæsanam synodum haberi constituunt, ad quam clerici omnes, qui de jure vel consuetudine interesse debent, sub poenis a jure statutis convenient, si non ad nova pro emergentibus casibus decreta tendenda, cum majores nostri optimis legibus hæc dioecæses munierint, saltem ad exigendam veterum legum observantiam, quae legum omnium optima est. Porro archiepiscopus et episcopi omnes in prima dioecæsanæ synodo, quam curent cogere, quanto ocius poterunt, quicquid in hoc provinciali concilio definitum atque erit, palam omnibus referre et intimare non omittent. Taxam quoque pro mercede officialium et notariorum extra casum in Innocentiana comprehensos in suis cancellariis observandam, sicuti ea desit aut informis sit, in eadem prima synodo, habita locorum et causarum ratione, conficiant, vel reforment et ad primum provinciale concilium deferant approbandam, ubi, si quid ulterius addendum, minuendum vel reformandum occurreret, opportune providebitur.

De statutis condendis ecclesiarum cathedralium, collegiarum et conventualium.

Sanctissimus dominus noster Benedictus XIII. in concilio Romano, pro summa sapientia sua, duo condidit decreta de conficiendis statutis ecclesiarum cathedralium, collegiarum et conventualium,

metropolitæ omnibus indiceas, ut unusquisque eorum in primo provinciali concilio providas hujusmodi ac plane necessarias sanctiones publicaret earumque executionem sedulo promoveret. Nos itaque, quo par est obsequio ac studio, pia hæc et salutaria beatissimi patris monita amplectentes præfata decreta universæ provincie denunciamus, quorum executionem sicut in hac archidioecæsi nostra sumus curaturi, ita etiam episcopi idem præstabunt in dioecæsis suis. Decreta autem hæc sunt:

Ex concilii Romani

titulo II, de constitutionibus, cap. IV et V.

Ecclesiarum capitulis tam patriarchalium et cathedralium, quam collegiarum omnium et conventualium, quas quidem velut corpora membris compacta, suis legibus vitæ suisque regulis nutrirî et conservari oportet, definitæ præcipimus ac mandamus, ut antiqua, si qua habent, statuta et capitulares constitutiones depromant; et ubi non adsint, sex infra saltem menses post præsentis concilii publicationem sub ecclesiastici interdicti poena omnino conficiant; et utraque, antiqua scilicet et nova, per nos quoad nostræ alme urbis ecclesiarum statuta, et reliqua suos respective per episcopos accurate examinanda et corrigenda deducant, atque approbanda præsentent. Episcopi igitur in iis examinandis, si quid contra jus vel Tridentini concilii decreta aut pontificias constitutiones irrepsisse cognoverint, super eo sedem consulant apostolicam, a qua juris remedia expectent. Consuetudines autem non nisi rationabiles et honestas admittant; et si quas a ratione declinasse vel contra brevissimi vel missalis, caeremonialis episcoporum, pontificalis vel ritualis Romani rubricas inolevisse ac proinde debitam legis speciem usurpasse compererint, eas vel corrigant vel omnino delenda decernant.

His præhabitis, præcipuae episcoporum partes erunt, ut tali methodo statuta ipsa et constitutiones condantur, quatenus, quas ipsarum sint ecclesiarum et capitulorum origines, fundationes, insignia, jura, consuetudines, redditus, onera et munera, suis sub capitibus distinctis exprimantur; nihilque in eis sit, quod a juris dispositione et congregationum decretis usque recepto et approbato exorbitet, sed illa appositis statuatur, quae pro opportunitate et necessitate temporum, rerum et locorum ad divini cultus augmentum, sanctioris disciplinae observantiam et ecclesiarum utilitatem statuenda judicaverint. Hoc interim decretum una cum præcedenti, ut ceterarum ecclesiarum capitulis et collegiis consulamus, ad metropolitanos omnes extra hanc synodum extendimus, qui primo in eorum concilio providas ipsas et plane necessarias præfatis super condendis statutis sanctiones publicare meminerint et executionem sedulo promoverent.

TITULUS III.

De rescriptis.

Ut episcopali dignitati debitus honor deferatur, statuit sancta synodus, ne litterae, decreta, citationes vel inhibitiones, quae partibus instantibus metropoliticae curiae iudices ad episcopos suffraganeos eorumque curias dirigent, a litigatoribus vel aliis eorum nomine sacratissimis ipsis episcoporum personis intimantur, sub poena nullitatis actus aliisque arbitrariis; imo nec eorum vicariis generalibus: sed vel exhibeantur in actis curiae episcopalis dimissa copia, vel intimantur immediate curiae promotori fiscali seu cancellario, quae exhibitio vel intimatio eandem vim habeat, ac si episcopis ipsis seu eorum vicariis generalibus intimata fuissent.

Inhibitiones vero in curia metropolitana vigore appellationum non expediantur sine inhibitione sententiae definitivae vel habentis vim definitivae, aut inferentis gravamina, quod per definitivam reparari non possit, sub poena suspensionis ab officio contra notarios et procuratores infligenda.

TITULUS IV.

De officio iudicis ordinarii.

De cathedralico.

Cathedralicum a clericis in signum subjectionis episcopis debitum et in iure communi ita privilegiatum, ut neque ad episcopos in totum remitti, nec a quoquam valeat quocumque titulo vel memorabili consuetudine praescribi, ab ecclesiis omnibus (non tamen regularium) et a beneficiatis subiectis ad rationem duorum solidorum, servata tamen moderatione in concilio Romano praescripta, exigatur.

De quarta funerali parochis a regularibus debita.

Restituit nuper sanctissimus dominus noster pro summa aequitate sua parochis omnibus per universam Italiam et Insulas adjacentes constitutis quartam funeralom, ex sacris canonibus et prisca ecclesiae disciplina a regularibus debitam, edita desuper constitutione, quam sancta synodus modo publicari et decretis hujus concilii apponi jubet; ut, quidquid in ea sancitum est, absque mora in universa provincia executioni mandetur. Ita ergo restituta parochis quarta funerali, omnem et quaecumque consuetudinem tribuendi parochis de funeralibus distributionibus portionem duplicem aut majorem ea, quae caeteris tribui solet, abrogat, parochis inhibens, ne quid ulterius accipiant sub poena arbitrio ordinarii infligenda.

De pauperum advocatis et procuratoribus.

Quoniam vero paternam pauperum curam gerere debemus, ubi procuratores vel advocati pauperum in curiis ecclesiasticis constituti non sunt, constituentur; et quatenus opus sit, praeter exemptiones et praerogativas, iisdem de iure vel consuetudine indulgas, etiam aliquod stipendium arbitrio episcopi ex proventibus locorum piorum assignetur.

TITULUS V.

De feriis et festorum dierum observantia.

Quod olim d. Silvester papa sapientissime in ecclesia constituit, ut, sabbathi ac dominici diei nomine retento, reliqui hebdomadae dies, abjectis profanis vocibus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris, feriarum nomine distinguerentur, sancta synodus in omnibus curiis ecclesiasticis hujus provinciae diligenter in posterum servari mandat.

His vero, quae in prima provinciali synodo, cap. 7, de festis diebus observandis provide statuta sunt, addit, ut, quando tempore messis aut vindemiae, vel alia urgente necessitate, servile opus, audito prius sacro, aggredi ab ordinariis locorum permittitur, moneantur fideles, ut ex eo, quod ipsis die dominico vel festo utilitatis obvenerit, circumpositis ecclesiis et Dei pauperibus aliquam tribuant portionem, veluti in alterius praetermissi cultus compensationem.

Praeterea vicarios foraneos monet, ne occasione festorum, quae magna populi frequentia celebrari solent, profanas aut amatorias cantilenas fieri permittant, quas aliquibus in locis, publice conductis

etiam citharoedis, juniores homines ad amasias suas habere, sancta synodus dolenter intellexit. Profanas quoque et ludicras mysteriorum nostrae fidei seu sanctorum martyrum repraesentationes omnino prohibet. Et ad hos tollendos abusus poenas, quas episcopi statuent, vicarii foranei proponant et exigant.

TITULUS VI.

De fide instrumentorum.

Constitutio edita motu proprio a Sixto V. fel. rec. pont. max., de conficiendis bonorum ecclesiasticorum inventariis, nuper in concilio Romano innovata, excitat sanctam synodum, ut huic tam necessario operi tandem aliquando manum apponat. Itaque non solum metropolita et singuli episcopi quorumcumque bonorum immobilium, censuum, canonum, livellorum, proventuum annuorum, jurium, jurisdictionum ac privilegiorum et scripturarum, quae eis annotatione digna videbuntur, ad ecclesias suas spectantium, inventaria diligenter conficere curabunt, et qui deinde in ecclesiarum regimine succedent, infra annum a die habitae possessionis idem praestare non omittent; sed et capitula metropolitanae, cathedralium vel collegiatarum ecclesiarum ac omnes et singuli abbates, praepositi, priores, vicarii, guardiani, abbatissae, priorissae et cujuscumque ecclesiae vel pii loci saeculares vel regulares et alii quocumque titulo et nomine praefecti utriusque sexus, caeteraque personae ecclesiasticae, quascumque dignitates, personatus, administrationes vel officia vel beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, saecularia in quibusvis ecclesiis, seu ipsas parochiales aut alias ecclesias in titulum vel commendam aut alias quomodolibet obtinentes, praeceptores quoque et alii, qui beneficia quorumcumque militiarum obtinent, etiam exempti et sanctae sedi apostolicae immediate subiecti existant, denique omnes et quicumque administratores, rectores, custodes, officiales, operarii et quocumque nomine nuncupati superiores quorumcumque hospitalium, sodalitatum, confraternitatum, seminariorum, montium pietatis, collegiorum, studiorum generalium, fabricarum ecclesiarum et piorum vel religiosorum locorum, etiam quae per laicos seu clericos conjunctim vel divisim regi aut gubernari solent, in Firmana nostra provincia constituti, infra annum ab hujus concilii promulgatione, metropolitanae respective et episcoporum arbitrio non nisi ex rationabili causa moderate prorogandum, idem inventarium bonorum omnium ad suas ecclesias, monasteria, conventus, collegia aut alia pia loca, quocumque nomine nuncupentur, spectantium, et quidem intelligibili ac nitido charactere, sicut etiam adhibita charta competentis formae et materiae, et servato margine ex omni parte, conficiant; perfectumque episcopo exhibeant approbandum, qui, si ita ei videbitur, congruam methodum ejusdem inventarii conficiendi pro dioecesis suae ratione proponat, poenis quoque et censuris cogat eos, qui negligentis fuerint, aliisque opportunis juris et facti remediis sibi bene visis. Duo vero ejusdem inventarii exemplaria, unum in archivo episcopali, alterum in archivo ecclesiae asservetur. Quodai in ea ecclesia haberi non possit, rector aut beneficiatus in alio viciniora parochiae cum sua cautela deponat. Quoties autem, deficientibus rectoribus, qui ad vitam beneficia vel administrationes obtinebant, alii eorum loco succedent, hi quoque teneantur inventarium conficere vel confectum a praedecessore innovare. In illis vero ecclesiis, monasteriis, collegiis vel aliis piis locis,

quae administratores perpetuos non habent, sed temporarios, idem fiat singulis decenniis. Ubi vero locorum piorum administrationes a pluribus in animum fiunt, omnes pro viribus ad hujusmodi onus conficiendi inventaria teneantur; sin minus, poenas pro modo culpae et temporis ratione daturi.

Porro ut horum inventariorum tuta custodia habeatur, sicut archiepiscopus in archiepiscopio, ita et singuli episcopi in episcopio suis vel alio, quo possunt, tutiori simul et commodiori loco archivum erigunt, in quo nedum unum praedicti inventarii seu descriptionis bonorum propriae mensae exemplar (alio in archivo metropolitanae seu cathedralis ecclesiae respective reposito), sed et alias majoris momenti scripturas et inventaria omnium aliarum ecclesiarum et locorum piorum recondi curabunt. Eiusdem autem archivi sicut etiam cancellariae inventarium confici et singulis annis renovari ac penes se retinere satagent, provideantque, cum ex hac vita migrandum est, illud sigillo obaiguatum sacerdoti a confessionibus tradere, ut praelato dignioris conventus suae civitatis tute ac fideliter custodiendum consignet, qui successori antistiti illud quousum et integrum repraesentet, quod et, ipsimet ecclesiarum praesules per se implere non omittant, si quando longius a dioecesi necesse habuerint peregre proficisci. Tandem decedente archiepiscopo vel episcopo, capitulum, in ordinaria jurisdictione succedens, una cum vicario generali defuncti antistitis quamprimum, et si fieri poterit, etiam antequam ad vicarii capitularis electionem procedat, archivum archiepiscopale vel episcopale et cancellariam visitet, novumque inventarium conficiat et cum eo conferat, quod episcopus reliquit.

Quicumque tandem processus, scripturas et documenta existentia in hujusmodi archivo aut cancellaria corruperit, subtraxerit, combusserit, suppresserit, seu similia fieri mandaverit, aut auxilium, consilium vel favorem praestiterit: dignitate, beneficio et officio, si quod habet in curia ecclesiastica, notarii, scribae, procuratoris vel advocati omnino privetur, et inhabilis habeatur eo ipso ad futura obtinenda. Quodsi laicus fuerit, gravibus poenis pecuniariis vel corporis, afflictivis, etiam damnationis ad triremes, pro modo culpae coerceatur, et praeter has externi fori poenas, nemo sacerdote audeat illum absolvere absque speciali episcopi licentia (quae in generali casuum reservationum concessione comprehensa non intelligatur) et facta prius eo modo, quo fieri poterit, reintegratio.

Quo vero ad archiva aliarum ecclesiarum, ubi desunt, instituantur, praesertim in metropolitana, cathedralibus, collegiatis, conventualibus et parochialibus ecclesiis cum indice seu catalogo omnium scripturarum, quae in quolibet archivo recondentur.

Denique, quoniam sancta synodus animadvertit, frequenter accidere, quod provisi de beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicas, praesertim in forma gratuita, adeptae possessionis instrumenta cum litterarum apostolicarum insertionibus ad curiam archiepiscopalem seu episcopalem respective non deferant, unde fit, quod nec certo sciri possit, quinam dioecesis beneficia possideant: statuit et mandat, quod, provisi de beneficiis ecclesiasticis apostolica auctoritate, saltem intra quindecim dies, postquam possessionem consecuti fuerint, adeptae possessionis instrumenta cum insertionibus litterarum apostolicarum ordinario debeant exhibere, sub poena sequestri super fructibus beneficii apponendi: notarii vero, qui hujusmodi instrumenta conficiunt, debeant provisos, si exteri sint, de hujusmodi obligatione specialiter monere.

TITULUS VII.

De iurejurando.

Ad servandam religionem iuramenti, quod non sine manifesto perjurii periculo illis, qui de crimine accusantur, dum examini subiciuntur, deferatur, ut veritatem patefaciant ad ea, de quibus interrogantur, praxim, quae in curiis tam ecclesiasticis quam saecularibus inolevit, deferendi reis hujusmodi iuramentum sancta synodus omnino tollit et abolet, dum tamen rei uti principales constituuntur; atque ita ab omnibus et quibuscumque iudicibus et notariis in hac provincia servari mandat, alias examen seu constitutum et acta omnia nulla sint ex ipso, et omni careant contra reos effectu. Liceat tamen iuramentum hujusmodi reis deferre, dum non uti principales, sed uti testes quoad alios interrogantur.

TITULUS VIII.

De celebratione missarum et divinis officiis.

Decretum editum a Clemente XI. fel. record., Romano pontifice et a sanctissimo domino nostro nuper declaratum de oratoriis privatis¹⁾ et altari portatili sancta synodus publicari mandat una cum praedicta declaratione: decernit quoque, ut his decretis apponatur et ubique servetur, praesertim a regularibus, adversus quos episcopi tamquam sedis apostolicae delegati, quatenus opus, procedent.

De anniversario archiepiscopi et episcoporum.

Decet nos praedecessorum nostrorum, quorum memoria in benedictione est, rationem habere. Itaque non solum in metropolitana et cathedralibus pro defunctis archiepiscopis seu episcopis, ut hactenus servatum fuit, juxta primi provincialis concilii decreta, sed et in collegiatis aliisque conventualibus seu receptitiis ecclesiis, juxta concilii Romani sanctionem, solemne anniversarium prima die post commemorationem omnium fidelium defunctorum distinctum ab illo, quod pro canonicis seu aliis haberi solet, agatur; ac praeterea in iisdem ecclesiis aliud celebretur, recurrente anniversario die obitus seu depositionis archiepiscopi vel episcopi postremo defuncti. Et nos quidem in metropolitana nostra hujusmodi officium praestabimus pia memoriae archiepiscopi Balthasaris, s. R. e. presbyteri cardinalis Cincii, qui vigesima sexta maji anno MDCCIX., dum ecclesiam hanc summa vigilantia ac sapientia administraret, obdormivit in Domino.

Ut pontificalibus officiis sacerdotes et clerici omnes interant.

Veterem canonem Zephyrini papae, quo cautum fuit, ut rem divinam facienti episcopo sacerdotes omnes adstarent, sancta synodus innovans statuit, ut, quotiescumque contigerit in civitatibus vel oppidis dioecesis divina officia pontificaliter celebrari, sacerdotes omnes et clerici, praesertim beneficiati (inter quos, qui generis nobilitate clarescunt, decet esse promptiores) in civitate vel in oppido degentes, omnino debeant interesse. Et si dies solemnior sit et specialis necessitas urgeat, etiam capitula ecclesiarum collegiatarum in metropolitanam seu cathedralem ecclesiam, ubi pontificalia aguntur, conveniant, et omnes vocem sui pastoris audiant. Si forte quis, canonica praepeditione aut alia ratione detentus, interesse non poterit, excusationis suae causam prius episcopo proponat; sin minus, dabit ejus arbitrio contumaciae poenas.

¹⁾ Conc. Rom., tit. XV, c. 2 [Mansueti, Conc. (1892), XXXIV, 1874].

De eleemosynis missarum.

Ad consulendum paupertati ecclesiarum et locorum piorum, quae multis missarum oneribus supra vires gravantur, metropolitanus, nomine omnium episcoporum comprovincialium a sanctissimo patre ac domino nostro Benedicto XIII. impetrare curet facultatem reducendi praedicta onera ad rationem sexaginta scutorum monetae Romanae pro qualibet missa quotidiana, prout idem sanctissimus d. n. omnibus et singulis episcopis in concilio Romano congregatis indulgit atque etiam specialiter eidem metropolitano concessit pro archidioecesi Firmana.

In manualibus vero missarum eleemosynis mos uniuscujusque loci religiosa servetur, ita ut nec plus ad tollendam omnem avaritiae suspicionem exigatur, nec minus ad evitandam omnem licitationis speciem a quolibet recipiatur. Qua in re serio moneantur superiores regularium, ut hi etiam cum reliquo clero convenire velint.

De sacris collationibus.

Institutas in provincia nostra cleri congregationes pro disceptatione rerum moralium saepius quam hactenus frequentari, sancta synodus cepit; et si non liceat singulis hebdomadibus, singulis saltem quidam diebus omnino fiant, in quibus alternatim de rebus moralibus et de sacris ritibus, addita eorum praxi, disceptetur. Semper vero oratione mentali hujusmodi congressus concludantur ea methodo, quam unusquisque episcopus in dioecesi sua aptiorem iudicabit et utiliorem.

TITULUS IX.

De vita et honestate clericorum.

Quamvis, Deo sint laudes, in provincia nostra clerici omnes in sacris ordinibus constituti vel ecclesiastica beneficia obtinentes a laicali habitu abstineant, nihilominus pro cautione magis futurorum quam emendatione praesentium constitutionem editam a sanctissimo domino nostro contra clericos beneficiatos in habitu laicali incedentes¹⁾ sancta synodus publicari et in calce horum decretorum registrari mandat.

Insuper usum vestium nigri coloris olim in provincia receptum approbans, alios quoscumque colores in vestibus exterioribus clericis omnibus interdicit. Nemo praeterea audeat divinis officiis in choro interesse, missas celebrare aut sacramenta publice ministrare, nisi indutus sit sanctae religionis habitu et veste talari, eaque ex omni parte decenter clausa, sub poena suspensionis. Tonsuram vero et coronam ordini congruentem clerici gestent omni tempore et in omni loco.

Ad haec, quoniam arma clericorum sunt lacrimae et preces, aliorum armorum usum sciatis sibi esse interdictum et quascumque praesertim clamorosas venationes.

Praeterea ab alearum et taxillarum lusibus aliisque hujusmodi, qui clericalem vitam plurimum dehonstant, clerici abstineant, praesertim in tabernis aut apothecis aut etiam in praetoriis vel aliis locis publicis, in quibus si quis ecclesiastici ordinis vir ludere audebit, pecuniaria poena et aliis arbitrio episcopi gravioribus, etiam suspensionis, mulctetur. Insuper et tempus inutiliter terere, ut ludentes spectent, aut publicis spectaculis intersint, gravitati morum adversari cognoscant.

Verum et cohabitationem mulierum (his, quae primo vel secundo consanguinitatis vel affinitatis

A gradu conjunctae sunt, dumtaxat exceptis) et nimiam earum consuetudinem vel familiaritatem clerici omnino devitent. Nec quisquam audeat aliam mulierem vel ancillam pene se retinere, nisi forte aetate et moribus extra omnem suspicionem illa sit, et ordinarii sui accedat licentia, sub poena pecuniaria et contumacia crescente, suspensionis ab officio et beneficio aut etiam carceris vel alia graviore arbitrio episcopi. Praesbyteros tamen sancta synodus hortatur ac praesertim parochos, ut domi suae vel alium praesbyterum aut saltem clericum habeant, et a viris potius quam a foeminis sibi ministrari permittant.

Denique choreis interesse, aut foeminas ad choreas associare, aut domi suae opportunitatem dare, ut choreae aive publice aive privatim habeantur, clericis omnibus interdicit, sub poena pecuniaria aut etiam graviore arbitrio episcopi; si vero contingat, clericos cum foeminis saltare aut larvatos incedere, inhabiles habeantur ad altiores ordines. Praesbyteri vero si, quod absit, larvati incedere aut cum foeminis saltare audebunt, poenam suspensionis a divinis episcopo reservatam eo ipso incurrant; salva tamen episcopis facultate in dioecesana synodo aliam poenam loco suspensionis, si forte efficacior videatur, statuere. Caeterum omnes ecclesiastici ordinis viri animo frequenter recolant ea magni Gregorii papae verba: *Nullum majus praepudicium quam a sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dard de se exempla pravitatis cernit; quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus*¹⁾.

Postremo sacerdotes omnes sancta synodus monet, ut memores dignitatis suae, laicorum obsequio non se addicant nisi in iis, quae ad pietatem spectant; et tunc quidem negotiis saecularibus non se implicant, nec vilia audeant tractare. Qua in re nobiles quoque monet, ut, quoties contigerit, vel pro christiana filiorum suorum disciplina, vel pro alia pietatis causa sacerdotes apud se habere et sumptibus suis alere, nihil illis imponant, quod sacerdotali dignitati, quam semper summo opere revereri debent, possit esse indecorum; quae ratio etiam erga clericos habeatur, praesertim in sacris ordinibus constitutos.

TITULUS X.

De clericis non residentibus.

Ne saluberrima a concilio Tridentini decreta de residentia, *sess. 6, de reform., cap. 1, et sess. 23, de reform., cap. etiam primo*, unquam memoria excidant, sancta synodus mandat ea palam refegi et omnibus intimari.

Quoniam vero parochorum absentia a parochiis suis carere non solet periculis animarum, nemo eorum ultra biduum (quod nec frequenter fiat) audeat abesse absque ordinarii licentia, in scriptis et gratis concedenda; idoneo tamen oeconomio relicto, ab eodem ordinario approbando, sub poena amissionis fructuum pro rata temporis aliisque gravioribus pro modo culpa.

TITULUS XI.

De testamentis.

Plurimum nobis displicuit, in hac provincia exiguum adeo apud nonnullos curam esse adimplendi decedentium voluntatem, ut quandoque testamenta ac supremae tabulae ad multos annos post testatoris obitum oclusa maneant, prout adhuc manent, nemine petente, ut aperiantur. Quod

¹⁾ Conc. Rom. in append. *Acta conc. Trident. l. 1. c. 1.*

sane non minus ecclesiae quam reipublicae noxiam est, praesertim cum ex huiusmodi fraude pia legata et constituta suffragia ignorentur et negligantur. Propterea sancta synodus ad occurrendum huiusmodi male decernit, ut notarius aut quicumque alius, cujus fidei defunctus clausum testamentum commisit, statim post obitum testatoris, cadavere adhuc praesente, et antequam e mortuaria domo efforatur, si fieri poterit, aut saltem quamprimum licebit, testamentum, adhibitis testibus, ac servatis de jure servandis, aperiat et publicet, etiamsi con sanguinei testatoris id minime petant, sine praed iudicio tamen exigendi mercedem, a quibus et prout de jure; et si quid in pios usus legatum relictumque est, ad notitiam episcopi infra quindecim dies a testatoris obitu deducat; atque idem praestet (si quid fiat ad pias causas dispositione aliqua inter vivos, de qua ipse rogatus sit) infra idem tempus a die celebrati actus vel instrumenti: qua de re episcopi in propria dioecesi edictum publicent, proposita contra contumaces poena, etiam excommunicationis majoris latae sententiae sibi reservatae. Parochi quoque infra idem tempus de piis legatis, quae coram ipsis a parochianis fiunt, episcopum reddant certiorum: testamenta quoque, si fiant, exhibeant, ut, servata juris forma, revelentur: et hoc quidem, ut episcopi piarum voluntatum executionem, quae ipsis maxime incumbit, valeant curare.

TITULUS XII.

De statu monachorum et eremitarum ac monialium.

Arduum plane et periculis plenum eremitarum propositum paternae nostrae sollicitudinis merito excitat officium; praesertim cum eremus, a summis viris olim culta, quorum opera ac studio solitudo exultabat et florebat quasi lilius, neglecta modo jaceat ac moerens, ita ut, si quis nova cum veteribus conferat, fateri debeat, obscuratum esse aurum, mutatum colorem optimum. Itaque sanctae synodo primum praecavendum esse videtur, quod olim magnus ille monachorum pater ac magister Benedictus animadvertit, ne quis scilicet conversionis fervore novitio, sed monasterii probatione diuturna fraterna ex acie ad singulare certamen adversus diabolum descendat. Et sane, quantum fieri poterit, antequam quis ad eremum dimittatur, in aliquo severioris disciplinae monasterio probetur informeturque; deinde illis, qui litterarum gnari sunt, asceticorum librorum lectio summopere commendetur: ac praesertim, ut collationes patrum ac vitae et verba seniorum assidue legant: inde enim, unde hujus caelestis vitae genus initium duxit, capient exempla vivendi et praeccepta vitandi calidi hostis insidias. Postremo regulas a sanctissimo domino nostro in Romano concilio editas¹⁾ anachoretis hujus provinciae observandas proponit, nec desinent episcopi illos quotannis congruo tempore ad civitatem evocare, ut peculiari scrutinio de ecclesiis et eremiis, ubi fuerint divino servitio deputati, de elemosynis insuper et illarum usu, ac de actibus suis et institutae vitae perfecta reddant rationem.

Caeterum sancta synodus, quantum in Domino potest, monialium curam episcopis commendat, ut illae et vota sua Domino reddant, et clausurae leges diligenter observent, et rerum omnium communionem, quae nihil habet, et cui nihil deest, quantum fieri poterit, amplectantur. Carent quoque, ut puellae, quae in asceteriis degant, pie educantur et a vano vestium ornatu absterneant.

¹⁾ Conc. Rom. in append. Collectio cit. I. 448 et seq.

TITULUS XIII.

De consecratione ecclesiae vel altaris et cultu.

Solemnes ecclesiarum et altarium dedicationes, quae rarae admodum olim erant, sanctissimus dominus noster Benedictus XIII. exemplo et auctoritate sua in concilio Romano restituit. Et nos quidem, qui in priori nostra Nucerna ecclesia cathedrale templum et insignem collegiatam S. Petri Sentini et plures parochiales ecclesias et altaria consecravimus, ubi primum ad hanc metropolitanam sedem evecti sumus, animadvertentes, multas etiam praecipuas ecclesias et majora earum altaria in hac archidioecesi Firmana nondum fuisse solemniter dedicata, instructionem ad parochos edidimus, ut ea pararent, quae ad huiusmodi dedicationem requiruntur. Aggressi opus jam sumus in visitationis decursu; nec desinemus rem urgere, quod ut coepiscopi nostri etiam faciant, sancta synodus illos vehementer hortatur. Non enim decet, cathedrales, collegiatas aut parochiales ecclesias consecratione capere, nec altari portatili etiam in majoribus basilicis passim uti. Quapropter cum in hac metropolitana ecclesia aram maximam, quam olim Bonjoannes, episcopus et princeps Firmanus, anno Domini MCCCLI. dedicavit, postquam anno MCCCLVIII. eversa fuit, restitutam quidem, sed nondum perfectam et consecratam deprehenderimus, illam perfici curavimus, et hoc mane, quinta scilicet maji, dominica secunda post pascha, praesentibus et sacram eohonestantibus functionem sanctissimis coepiscopis nostris aliisque omnibus in praesenti provinciali concilio congregatis, solemniter dedicavimus ad honorem Dei et nomen b. Mariae virginis, et in eo reliquias sanctorum martyrum Alexandri, hujus ecclesiae episcopi, et Sabini, pariter episcopi, inclusimus, cum indulgentiis solitis et consuetis.

Quoniam vero locis Deo dicatis religiosus cultus debetur, caveant ecclesiarum rectores et sacristae, ne quid indecens aut inordinatum in ecclesia fiat: canes et alia animalia omnino arceantur. Sacris altaribus, quibus Christus significatur, nemo audeat pileos aut profanum quid superimponere, nec iis adherere vel accumbere; ac propterea, ubi licet, altaria cancellis muniantur; nec ita passim et adeo multiplicia in ecclesiis erigantur, ut divinus cultus confundatur potius quam augeatur, praesertim si inter se vicina vel ex adverso sint, ita ut sacerdos rem sacram faciens in uno impediatur alterum, aut populus ibi sacrificio assistens terga vertat alteri sacrificanti. Quod si alicubi ita inordinate altaria jam erecta sint, sublatis sanctorum reliquiis, arae destruantur, maneant tamen icones et quae circa aras sunt, ad ornatum ecclesiae. Divinis vero mysteriis absolutis, sacrae altarium mensae corio aut tela colorata contegantur, ne pulvere aut sordibus aequalent. Nitor denique et mundities in iis, quae ad sacrificium spectant, et in sacris vestibus et in omni templi parte diligentissime curetur. Qua in re maxime dolendum est, quod ditiores clerici aut monachi a pauperioribus se vinci permittant.

Ad haec parochi omnes interdum populo proponant atque explicent cap. XI. epistolae primae ad Corinthios, ubi beatus apostolus Paulus viris prohibet, ne audeant orare velato capite, et mulieribus, non velato, atque inde deducant, aeque turpe esse videre aliquando viros in ecclesia tecto capite et mulieres non tecto, easque hortentur, ut juxta apostoli monitum habeant super caput suum potentiam, colligat velum tanquam humilitatis suae signum et insignis subjectionis, idque, ut sit

apostolos, propter Angolos, scilicet ne Angelli, quorum custodias commissae sunt, eorum impudentia offendantur, et ne viri, qui castitatem velut Angelli vitam ducunt in terra, eorum aspectu scandalizentur. Si quae vero mulier his apostolicis monitis obtemperare contempserit, participatio sacramentorum, capite non velato, ei omnino denegetur.

TITULUS XIV.

De reliquiis et veneratione sanctorum ac de sacris imaginibus.

Quamvis catholica ecclesia, praesertim in oecumenico Tridentino concilio¹⁾, satis diserte tradiderit doctrinam de invocatione et veneratione et reliquiis sanctorum ac sacris imaginibus, nihilominus graves adeo in hac re passim videmus excessus, ut, nisi modus imponatur, pusillorum scandala et haereticorum vitari non possint blasphemiae, qui nihil frequentius, licet perperam, catholicis objiciunt, quam cultum uni Deo debitum defunctis cum sanctitatis opinione viris eorumque reliquiis, imaginibus quoque et sculptilibus et operibus manuum hominum a nobis exhiberi. Et hanc quidem rem Tridentini concilii patres tanti fecerunt, ut episcopos omnes non solum gravissimo decreto monuerint de tollendis abusibus, sed etiam in difficilioribus casibus metropolitani et comprovincialium episcoporum in provinciali concilio sententiam expectare voluerint.

Itaque episcopi, parochi caeterique docendi munus et curam habentes doceant populum sibi commissum, unum a nobis Deum ejusque filium dominum nostrum Jesum Christum, qui solus redemptor et salvator noster est, adorari, sanctos vero tantum cum Christo regnantes venerari: in Deo tantum fiduciam obtinendae gratiae ponendam esse per merita Jesu Christi filii ejus, qui unicus mediator est inter Deum et homines, non autem in ulla creatura; sanctos tamen utiliter a nobis invocari, non, ut aliquid nobis propria virtute largiantur, sed ut pro nobis a Deo petant, pro nobis orent et precibus suis apud Deum nobis suffragentur; nullam etiam imaginibus inesse virtutem, sed cultum, quem his adhibemus, ad prototypam referri, ita ut per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoremus, et sanctos, quorum illae similitudinem gerunt, veneremur. Si quando autem divinae trinitatis mysterium aut divinam aliquam personam coloribus representari contigerit, ut indoctae plebis desiderio satisfiat, quod tamen sobrietate faciendum est, moneatur populus, non propterea divinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici vel coloribus aut figuris exprimi possit: atque idem servetur, cum contigerit, spirituales substantias, scilicet angelos et animas a corpore separatas, effingi.

Praeterea pictorum et sculptorum licentia fraenetur, qua quilibet etiam in sacris audentes, angelos (quorum ordo sanctis excelsior in caelis est) pingunt aut fingunt circa sanctorum reliquias aut imagines famulari, qui honor post Deum uni tantum deiparae virgini, angelorum reginae, deferendus est. Insuper cum domum Dei deceat sanctitudo, lascivia omnis et procax venustas in angelorum et sanctorum imaginibus vitetur, nec illae corporis partes, quas verecundus pudor tegere consuevit, nudatae unquam appareant, nec ludicrum quid aut profanum aut gentium superstitionem sapiens in ecclesia ullibi investatur.

¹⁾ Sess. 22.

Quoniam vero sacrificii oblatio uni Deo, rerum omnium creatori, debetur, omnino caveatur, ne indocta plebs credat, creaturas ulli a nobis offerri. Propterea omnes scient, ecclesias et altaria uni Deo a nobis dicari, licet ad nomen et memoriam aut deiparae virginis vel angelorum aut sanctorum: cum vero festi sanctorum dies aguntur, non alia ratione fieri, nisi ut Deo gratias agamus, a quo sancti et gratiae dona, quibus meruerunt, et justitiae coronam, quam acceperunt, consecuti sunt; memorias autem sanctorum ideo coli, ut ad pietatis studium eorum erudiamur exemplis, et precibus juvemur apud Deum. Super aras vero, praesertim cum missae celebrantur, in medio et digniori loco, ad avertendum omne idololatriae periculum aut suspicionem, imago Domini nostri Jesu Christi cruci affixi, cujus passionis memoriam sacrificio recolimus, dumtaxat collocetur. Cum autem sanctissima eucharistia populo adoranda exponitur, non solum procul sint omnes sanctorum imagines aut statuae, sed etiam illae, quae ad parietem supra vel prope altare habentur, contegantur.

TITULUS XV.

De baptismo et confirmatione.

Parochi baptismalis fontis benedictionem non solum sabbatho ante sacratissimum pascha, sed et altero sabbatho ante pentecosten juxta sacros canones et Romanum rituale non intermittant; baptizandorum quoque catechesim ad ecclesiae januam, his cum patribus extra existentibus, peragant, prout non hinc mysterio ab ecclesia est institutum.

Confirmationis sacramentum quotannis in civitatibus, et nisi grave obstat impedimentum, in festis pentecostae, per dioeceses vero tempore salutem visitationis episcopi solemniter conferant, semper tamen, quantum fieri poterit, de mane in ecclesia, et jejuniis jejunis, maribus a foeminis seorsim dispositis, et adultis sacramentali prius confessione mundatis.

TITULUS XVI.

De ecclesiis aedificandis vel reparandis.

Quamvis in hac provincia frequentes adeo ecclesiae sint, ut earum numerus non facile videatur augendus, si quando tamen novae ecclesiae aedificandae aut veteris reparandae aut novi altaris erigendi licentia petatur, curent prius episcopi, exhiberi sibi novi operis ideam, ne quid incipiatur, quod inordinatum deinde et cultui divino minus aptum aut a veteri et probata ecclesiae disciplina alienum deprehendatur: prius etiam de dote sufficienti constituta in actis curiae episcopalis doceatur. Insuper caveant, ne quis stemma aut titulum in digniori ecclesiae parte aut, quod deformius foret, in ipsa altarium summitate, ubi crux figenda est, vana quadam ad posterum jactantia apponere praesumat. Imo ubi haec apposita in summitate altarium inveniuntur, inde tollantur, et crux eorum loco ponatur; ipsa vero stemmata ad basim columnarum, quae aram ornant, aut alio aptiori loco arbitrio episcopi ad servandam gratiam erga fundatores memoriam transferantur.

Quoniam vero sanctissimus dominus noster saluberrima constitutione¹⁾, quae incipit *Pius et misericors Dominus*, conservationi et reparationi fabricae ecclesiarum metropolitanarum et cathedralium et collegatarum consulit, attributa his mediocritate fructuum primo anno percipiendorum ex beneficiis, quae ab episcopis aliisque inferioribus conferuntur,

¹⁾ Conc. Rom. in append. Collectio cit. l. 466.

candem constitutionem publicari et in hujus concilii actis registrari et ad praxim deduci, sancta synodus mandat.

TITULUS XVII.

De immunitate.

Constitutionem super editam a sanctissimo domino nostro circa immunitatem ecclesiarum, cujus initium est *que etc.*¹⁾, sancta synodus publicari mandat et hujus concilii actis inseri, ut diligenter ab omnibus servetur.

TITULUS XVIII.

De accusationibus.

Ut sancta synodus quarti Lateranensis concilii decreto in *cap. sicut olim, de accusationibus* faciat satis, testes synodales in hac aliaque provincia diocesis eos eligit et deputat ab ipsis sanctissimis provinciae patribus propositos, quorum nomina elenchus exhibet in actis hujus concilii inserendus. Horum autem synodaliu[m] testium officium erit simpliciter et de plano absque ulla jurisdictione sollicite investigare, quae correctione vel reformatione sunt digna, ut ea metropolitae et coepiscopis in futuro concilio congregatis fideliter referant, super quibus, prout utilitati et honestati congruerit provida deliberatione procedatur.

TITULUS XIX.

De magistris.

Semanaria clericorum, quae jam, Deo dante, in unaquaque hujus provinciae civitate erecta sunt, sicubi novis proventibus indigeant, sanctissimi domini nostri constitutione²⁾, superioris anno edita et actis hujus concilii addenda, satis consultum est; nec quidquam nobis restat, nisi ut ejus providam mentem exequamur, et ejus vigilantiam in hac re, ex qua ecclesiasticae disciplinae profectus maxime pendet, imitemur.

TITULUS XX.

De poenitentia et remissionibus.

Cum praebenda poenitentiarum³⁾ non solum in metropolitana, sed in unaquaque cathedrali hujus provinciae instituta sit, nihil superest, nisi ut provisum de illa ministerium suum diligenter adimpleant, et ubi hujusmodi praebenda admodum tenuis est, eo modo, qui in novissima et jam promulgata constitutione apostolica proponitur, au-
geatur.

Quoniam vero nihil aut Christifidelibus curae nostrae commissis periculosius aut nobis acerbius accidere potest, quam si quis ex hac vita sine sacramentali confessione demigret, propterea parochis omnibus aliaque animarum curatioribus sancta synodus districto jubet, ut praecipuam infirmorum curam habeant, et ubi primum aliquem aegrotare intellexerint, quamvis a domesticis non moniti, infirmum visitare et poenitentiae sacramento ejus spirituali salutem (ex qua aliquando etiam corporis salus dependet) consulere non omittant, sub gravi poena arbitrio episcopi imponenda. Praeterea iidem parochi, ubi amplior animarum cura est, et vires ecclesiae sufficiant, unum aut plures coadjutores ab episcopo approbatos secum habeant et, si fieri potest, in aedibus parochialibus; atque etiam equum, si cura animarum ad plura per agros mil-

laria se extendat, ut praesente caso possint et necessarium adeo officium adimplere.

Non tamen propterea domesticos infirmi ab obligatione accurrendi parochum, ubi primum quis aegrotare incipit, sancta synodus putat observandas, imo et domesticis quoque, ut in hac re diligentes sint, districto jubet; sin minus, episcopi in eos severe animadvertant pro modo culpa.

Medici quoque et Lateranensis IV. concilii decretum et constitutionem a Pii V., quae incipit *Super gregem Dominicum*, diligenter observent, sub poena excommunicationis latae sententiae episcopis reservata, si post tertiam infirmi visitationem a cura non abstineant, donec infirmus poenitentiam susceperit sacramentum. De observanda autem praedicta constitutione juramentum ibi praescriptum cum in medica facultate doctoris gradum suscipiunt, omnino praesentent; et antequam ad medendum admittantur, aut doceant jam praestitisse, aut coram ordinario hujusmodi juramentum emittant.

Infirmi autem non putent, licere sibi tempore sacratissimae quadragesimae carnibus aut lacticiis vesci, habito tantum a medicis necessitatis suae testimonio; sed sciant ulterius dispensationem ab episcopo esse petendam, qui in civitatibus per se aut vicarium generalem, in dioecesi vero per vicarios foreanos gratis illas concedet. Si quis tali dispensatione non impetrata carnibus aut lacticiis vesci praesumpserit, arbitrio episcopi puniatur.

SUBMISSIO

omnium sanctae apostolicae sedi.

Omnia et singula, quae a nobis in hac sancta provinciali synodo decreta atque acta sunt, qua debemus obedientia et reverentia, auctoritati et judicio a Romanae ecclesiae, omnium ecclesiarum matris et magistrae, emendanda et corrigenda subijcimus.

Ego Alexander, Dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopus metropolitae et princeps Firmanus, de consilio et assensu reverendissimorum coepiscoporum meorum definiens subscripsi.

Ego Alexander, episcopus Maceratae et Tolentini, consentiens subscripsi.

Ego Lucas Antonius, episcopus Montisalti, consentiens subscripsi.

Ego Gregorius, episcopus Ripanus, consentiens subscripsi.

Ego Caesar, episcopus S. Severini, consentiens subscripsi.

In quorum fidem

Nicolaus Calucci, metropolitanus ecclesiae primicerius, s. concilii secretarius, subscripsi.

Annibal de Brancadoris, metropolitanus ecclesiae canonici, s. concilii secretarius, subscripsi.

In nomine Domini, amen.

Praesenti hoc publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter et notum sit, qualiter in prima sessione sacri concilii provincialis Firmani habita in ecclesia metropolitana dominica in albis, die 30 aprilis 1726, de mane post missam pontificalem decantatam ab illustrissimo et reverendissimo in Christo patre et domino d. Alexandro Borgia, archiepiscopo metropolitae et principe Firmano, et caeteras proes in pontificali Romano praescriptas sermonemque habitum in faldistorio per eundem, fuerunt publicata a perillustri et admodum reverendo domino Nicolao Caluccio, ejusdem metropolitanae ecclesiae primicerio et sacri concilii praedicti secretario, ex ambone prima decreta videlicet:

¹⁾ Conc. Rom. in append. (Collectio cit., I, 480).

²⁾ Conc. Rom. in append. (Collectio cit., I, 481).

³⁾ Forte poenitentiarum.

De non praesudicando, de inchoanda synodo, de ratione siondi in synodo, de non discedendo, de ministerio synodali, de professione fidei et de educatione interuentum. In secunda vero sessione celebrata feria quarta prima maji, pariter de mane, post sacram pontificaliter ab illustrissimo et reverendissimo in Christo patre ac domino d. Alexandro Varani, Maceratensi et Tolentino episcopo, percolatum, aliasque process in eodem pontificali Romano descriptas ac sermonem habitum in ambone a perillustri et admodum reverendo domino Philippo Montani, dictae metropolitanae ecclesiae canonico, per praefatum dominum secretarium fuerunt publicata decreta de reformatione, consistentia in septem titulis, videlicet: *De summa Trinitate et fide catholica, de constitutionibus, de re scriptis, de officio iudicis ordinarii, de feriis et festorum dierum observantia, de fide instrumentorum et de iurejurando* una cum pluribus constitutionibus apostolicis ex eodem ambone lectis et publicatis, prout latius ex originali et authentico libro actorum ejusdem concilii provincialis asservato in cancellaria archiepiscopii Firmani. In tertia vero sessione, habita die dominica 5 ejusdem mensis maji 1796, a prandio, praemissis precibus, de quibus in pontificali, idem dominus secretarius prosecutus fuit publicationem plurium constitutionum apostolicarum, prout latius in dicto originali libro concilii, necnon promulgationem reliquorum decretorum de reformatione usque ad titulum vigesimum videlicet: *De celebratione missarum, de vita et honestate clericorum, de clericis non residentibus, de testamentis, de statu monachorum et eremitarum ac monialium, de consecratione ecclesiarum vel altaris, de reliquiis et veneratione sanctorum, de baptismo et confirmatione, de ecclesiis aedificandis vel reparandis, de immunitate, de accusationibus, de magistris, et de poenitentia et remissionibus*, una cum decreto submissionis sanctae apostolicae sedi, quibus accessit decretum de subscribendo ac indictio alterius concilii provincialis ad diem octavam maji 1799. Omnes demum et singulae constitutiones praedictae in praesenti sacro provinciali concilio contentae, celebratae et promulgatae, lectae, latae et gestae, ac in mei praesentia subscriptae in coram evangelii arae maximae fuerunt a dicto illustrissimo et reverendissimo domino archiepiscopo, metropolitano et principe, omnibusque illustrissimis et reverendissimis pp. coepiscopis assistentibus in memorata sacra metropolitana ecclesia coram reverendissimo metropolitano capitulo, procuratoribus ecclesiarum cathedralium, collegiis atque cleris urbano et foraneo; et deinde clausa fuit sessio, habita a perillustri et admodum reverendo domino Marco Antonio Francolino, dictae metropolitanae ecclesiae canonico, oratione gratulatoria.

Super quibus omnibus et singulis petitum fuit a me, protonotario apostolico infrascripto et notario synodali, ut unum vel plura, publicum seu publica conficerem atque traderem instrumentum vel instrumenta, prout opus fuerit, et requisitus ero.

Actum Firmi in memorata ecclesia metropolitana, hac die 5 maji 1796, praesentibus, audientibus, intelligentibus et insipientibus nobilibus viris dd. Caesare Brancodoro, Concepto Orlando et Marino Hieronymo Catalani, patritiis Firmanis, testibus ad haec specialiter vocatis, habitis atque rogatis; unde ego in praemissorum fidem de praedictis omnibus rogatus et requisitus hic me subscripsi, et consueto sigillo signavi.

Ita est. Joannes Baptista Galli, protonotarius apostolicus, curiae archiepiscopalis cancellarius generalis et notarius synodalis.

ELENCHUS MINISTRORUM CONCILII.

Judices quatuordecim et amonitionum.

Reverendissimus dominus abb. Fabricius Borgia, vicarius gen.
Reverendissimus dominus Fabricius Francolini p. vic. gen.

Promissores.

Perillust. et adm. r. d. Hippolytus Gratianus, archidiaconus eocl. metrop.
Perillust. et adm. r. d. Antonius Aloysius Sempromii, canonicus eocl. metrop.

Secretarii.

Perillust. et adm. r. d. Nicolaus Calvuccius, primicerius eocl. metrop.
Perillust. et adm. r. d. Annibal Brancadorus, canonicus coadjutor eocl. metrop.

Praefecti hospitiorum et disciplinas.

Perillust. et adm. r. d. Franciscus Maria Morroni, archipresb. eocl. metrop.
Perillust. et adm. r. d. Franciscus Xaverius Sabinus, decanus eocl. metrop.
Perillust. et adm. r. d. Ignatius Aloysius Grassi, canonicus eocl. metrop.

Coadjutores.

R. Alexander Fabricii, praebendat. eocl. metrop.
R. Franciscus Antonius Bernardelli, mansionarius eocl. metrop.
R. Angelus Bianchini, presb.

Oratores.

Perillust. et adm. r. d. Philippus Montani, canonicus eocl. metrop.
Perillust. et adm. r. d. Marcus Antonius Frandolini, canonicus eocl. metrop.

Theologi.

Perillust. et adm. r. d. Curtius Pacini, canonicus theologus eocl. metrop.
Perillust. et adm. r. d. Johannes Bernardinus Mora, canonicus poenitentiar. eocl. metrop.

Adm. rev. patres.

R. d. Joseph Maria Zarattini, abbas canonicus regul. Lateran. S. Catharinae Firmi.
P. fr. Augustinus Ricci, a. t. mag., prior convent. S. Dominici ord. praedicator. Firmi.
P. fr. Thomas a Velitris, lector jubilat., visit. et commissar. capit. provinc. Min. de Obeer.
P. fr. Johannes Baptista Aloysii de Firmo, lector jubilat. ord. Min. de Obeer.
P. fr. Augustinus Antonius Baccarini, a. t. mag., ord. Min. convent.
P. fr. Antonius de Aesio, a. t. lector, ord. Min. reform.
P. fr. Johannes Baptista Cotta, a. t. mag., prior convent. eremit. S. August. Firmi.
P. fr. Antonius Maria a S. Firmo, prior convent. eremit. discalceat. S. August. Firmi.
P. fr. Vitalis ab Ascensione, ord. Carmel. discalceat.
P. fr. Franciscus Barabbei, exprovincialis ord. Min. S. Francisci de Paula.
P. fr. Paulus de Offida, exprovincialis et guardanus Capucinarum Firmi.
P. Virginus Provenzali, soc. Jesu, theologus illustrissimus et reverendissimus d. archiepiscopi.
P. Emanuel Aguilera, soc. Jesu, theologus illustrissimus et reverendissimus d. episcopi Maceratensis ac Tolent.

P. Thomas Sampsonii, praepositor cong. Orat. S. Phi- A Perillust. et adm. exc. d. Jo. Laurentius Calvaceus,
lippi Firmani. u. j. d., advocatus et lector in univers. gymnasio
D. Joseph Maria della Piana, superior domus Mis- Firmano.
sionis Firmani.

Deputati.

Perillust. et adm. r. d. Lucius Guerricus, u. j. d.,
canon. eocl. metrop.

Perillust. et adm. r. d. Valentianus Paocaroni, u. j. d.,
canon. coadjutor eocl. metrop.

Perillust. et adm. r. d. canon. Antonius Hieronymus
de Canonica, vic. gen. a. Severini.

Perillust. et adm. r. d. abbas Franciscus Simon
Adami, u. j. d. et protonot. apost.

Adm. r. d. Benedictus Cavallini, presbyter, u. j. d.

Perillust. et adm. exc. d. Thomas Guerrieri, u. j. d.,
advocatus et lector primar. vespert. in univers.
gymnasio Firmano.

Perillust. et adm. exc. d. comes Thomas Spinaeci,
u. j. d. et advocatus.

Perillust. et adm. exc. d. Petrus Amicus Silotti, u. j. d.,
advocatus et lector primar. matut. in univers.
gymnasio Firmano.

Historici et chronologi novi.

Perillust. et adm. r. d. Bartholomaeus Adami, canon.
eocl. metrop.

Adm. r. p. Nicolaus Bardi, soc. Jesu.

Adm. r. p. Joannes Hieronymus Paocaroni, cong. Orat.
S. Philippi Nerii.

Magistri caeremoniarum.

R. Philippus Sensini, praebendat. eocl. metrop.

R. Gregorius Gramadassi, praeb. eocl. metrop.

R. Xaverius Morgantianus, praeb. eocl. metrop.

R. Conceptus Antonellus, presbyter.

Notarius.

R. d. Jo. Baptista Galli, prot. aposf., archiep. curiae
cancell. gen.

APPENDIX AD CONCILIUM PROVINCIALE FIRMANUM

A. D. 1726.

ORATIO ALEXANDRI BORGIAE

archiepiscopi et principis Firmani.

Habitu in provinciali concilio.

Adsumus, reverendissimi patres, sacrum concilium provinciale, auctore Deo, celebratum, ex quo universa provincia ad rei novitatem commota grande aliquod opus et amplissimi hujus conventus dignitati respondens merito praestolatur. Mali timent atque ii praesertim, qui adhuc operibus servientes saeculo, fidem mentiri Deo per consuram noascuntur; sciunt enim nos de emendandis moribus ac tollendis abusibus non ad speciem tantum acturos, sed pro tradita nobis a Deo potestate, sinceris votis atque omnibus operam reformatione daturus. Boni exultant veluti in spem meliorum rerum erecti, in spem scilicet videndi apud nos ecclesiam Dei non habentem maculas neque rugas sicut in diebus antiquis: omnes denique, conjectis in sacratissimum ordinem nostrum ocella, gravissimam hanc et insolitam, quam ordimur, actionem suspiciunt, stupent, mirantur.

Haecenus inaudita apud nos concilii vox erat. Principis siquidem ecclesiae temporibus bis in annum juxta canones, qui apostolorum nomine circumferuntur, episcopi simul congregari solebant, de ecclesiasticis causis tractantur, quod Nicaeni concilii patres ita servari mandarunt¹⁾, ut semel ante dies quadragesimae et iterum circa tempora autumnali episcopi simul convenirent²⁾, sed, hae temporis ratione in Antiochensi concilio deinde immutata, statutum fuit, ut primus conventus post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis ageretur, secundus vero idibus octobris, qui dies apud Graecos hyperberetel mensis decimus invenitur. Sanctissimus quoque Romanus pontifex Leo, ex operum magnitudine merito magnus appellatus, ut hinc episcoporum conventus in annos singulos haberetur, rescripsit Anastasio episcopo Thessalonicensi et apostolicae sedis vicario³⁾. Vix saeculo salutis septimo tanta haec conciliorum frequentia sublata:

patres enim sextae synodi, ut episcoporum sumptibus et itineris incommodis parcerent, satis esse duxerunt, si semel quotannis congregarentur. Ne quis autem contra hanc gravissimam ecclesiae legem peccaret, in septima generali synodo⁴⁾ principibus, qui in eam quidquam molirentur, anathema dictum, metropolitae vero, qui infectum cogendi concilii negotium reliquissent, canonicae poenae imperatae. At, quod dolenter enarramus, collapsa deinde ad fere everta ecclesiastica disciplina, quod olim bis in annum agebatur, cum vix quolibet saeculo ageretur: placuit patribus oecumenicae Tridentinae synodi, ut saltem tertio quoque anno provincialia concilia haberentur, quem morem divus Carolus Borromaeus in provincia sua Mediolanensi et pauci alii sanctissimi metropolitae, ecclesiasticae reformationis maxime studiosi, ad amussim servarunt. Eruit etiam in hac provincia hujus canonicae observantiae praeclarum initium; ubi enim Sixtus V., immortalis memoriae Romanus pontifex, ecclesiam hanc, cujus olim fuerat episcopus, anno salutis 1589 in metropolim erexit, statim Sigismundus Zannettinus, felicitis recordationis archiepiscopus, sequenti anno 1590 provinciale concilium celebravit.

Altum deinde ad nostra usque tempora de synodis provincialibus silentium, et forte perissent, omnino vetera haec ecclesiasticae disciplinae instrumenta, nisi in ecclesia Dei surrexisset pontifex sanctus, innocens, impellutus, segregatus a peccatoribus, non inanis gloriae cupidus, non sapiens carnis et sanguinis, qui in archiepiscopali munere provinciales ac dioecanas synodos agere consuevit, jam ad apostolicae sedis fastigium erectus exemplo et auctoritate sua restitueret rem; qui episcopalem dignitatem maximi pro omnibus faciens episcopos amplecteretur ut fratres, ageret cum eis familiariter, et quantum licet pro suprema majestate sua, in omnibus vere fraterne; qui episcopalem auctoritatem tueretur, jura servaret et quieti ac tranquillitati regiminis nostri sapientissime consulere: ita ut episcoporum omnium vota unum a Deo petant, ut scilicet illi emeritam justitiae coronam reddat in caelis, sed nobis et ecclesiae uni-

¹⁾ Can. Audentur III, dist. 18.²⁾ Can. propter eocl. IV, dist. 18.³⁾ Epist. LXXXIV (al. ep. XIV, cap. 7. *Novae, Conc. V.* 1188).⁴⁾ Can. VI (Novae, Conc. XIII, 780).

veras scopitem ac felicem diutissime servet in A
terra.

Itaque, reverendissimi patres, cum ea tempora
advenire videremus, quorum hactenus spes tantum
ac desiderium fuit, nos auctoritatem dignitatis
nostrae fide et operibus quaerentes, aemulamur
charismata meliora et ecclesiis nostris atque uni-
versae provinciae, quantum in Domino possumus,
hujus provincialis synodi celebratione consulere
studeamus. Non enim a primo illo provinciali con-
cilio ad nostram usque aetatem centum triginta
sex annorum decursu inimicus homo, qui in agrum
dominicum Zizania supereminare solet, obdormivit,
sed partim diaboli invidia, partim iadita humanis
rebus conditione veterem disciplinam paulatim col-
labi, abusus vero ac morum corruptas in diem
succrescere et Tere secreta sanctorum penetrare
videmus. Propterea vigilare nos oportet et hac
temporum felicitate, qua modo fruimur, bene uti, B
ut potestate nobis ex alto credita vitiorum zizania,
quae jam adoleverunt usque ad messem, colligamus
in fasciculos ad comburendum, et frumenti
electi mensuram bonam et confertam et coagi-
tatam ac superfluentem servemus in horrea vitae
aeternae.

Aderit conatibus nostris supremus et invisibilis
agri dominici custos, qui apostolis suis (quorum
nos licet immeriti locum et officium tenemus) spon-
dere non dubitavit, ubi duo vel tres congregaren-
tur in nomine suo, se in medio eorum futurum.
Ipse mentis nostrae tenebras illustrare, corda nostra
excitare, labores nostros gratiae suae rore solari
et laboris uberrimum fructum atque operis copio-
sam mercedem reddere non tardabit.

Recens praesens oculis ponamus exemplum beatis-
simi patris nostri Benedicti XIII., qui superiori
anno his fere diebus Romanum concilium celebravit.
Opus sane dignum virtute et sapientia sua, quod
certe quanta sui nominis gloria, qua admiratione
sanctitatis, quanta universae ecclesiae et populorum
omnium acclamatione acceptum sit, verbis assequi
nemo potest; et ne Romanae tantum provinciae
consuleret, qui universae ecclesiae supremam curam
et sollicitudinem gerit, apostolicas addidit sanc-
tiones, quibus et nos de officio admonuit et ad
rem bene gerendam vehementer inflammavit. Has
nos quasi in speculo positas diligenter contem-
plamur et, collatis sine contentione sententiis, quo
maximo possumus, et quo certe debemus studio,
exequi satagamus. Decet enim nos in hac pro-
vincia constitutos, quae Romanae proxima est,

caeteros omnes aliarum provinciarum episcopos
anteire, ut alicuius et celeberrimi ea decreta exequa-
mur, quae ad nos delata sunt a suprema Petri
cathedra, cui aeternum conjugimur et non solum
animorum devotione, sed et ipsa locorum propin-
quitate tenacius copulamur. Quid enim in opere
nostro remissius aut cognius, quid ordini nostro
injuriosius, quid episcopali vigilantiae turpius ex-
cogitari posset, quam si culpa nostra Picenum
nesciret, quod remotissimae Italiae provinciae jam
laudarent? Si nos respiceremus, quod longe distat
ecclesiae jam forent amplexas? Si apud nos negli-
geretur, quod alibi jam esset executioni mandatum?
Meliora profecto de nobis sibi pollicetur sanctissi-
mus pater noster, cujus liberalitatis dono, non
meritis nostris, hanc metropolitanam sedem tenemus,
praesertim cum ipse septimo idus Januarii superio-
ris anni, dum archiepiscopale pallium sacratissimis
manibus suis humeris nostris imponeret, nil adeo
nobis commendandum duxerit, quam ut provincialis
concilii celebrationem quamprimum curarem.

Et vos, venerabiles fratres, dilecti filii, qui huc
nobiscum convenistis, ut legem requireretis de ore
nostro, bono animo estote, bene sperare vos jube-
mus; ecce enim nos et hi reverendissimi patres de
salute vestra solliciti, nil plane intermissuri, quod
ad divini cultus augmentum, ad incrementum pie-
tatis, ad cleri honorem, ad populi aedificationem
et ad universae provinciae utilitatem pertinere
existimabunt.

Eja itaque, patres reverendissimi, sacerdotali
plane zelo ac mansuetudine rem aggrediamur, et
ad piam hanc necessariamque muneris nostri curam
toto pectore incumbamus enitamurque, ut, quantum
consilio et opere, Spiritu sancto duce ac modera-
tore, possumus, tantum ad constituendam communis
provinciae incolunitatem afferamus. Nihil in hac
sacro-sancta gravissimarum rerum tractatione remis-
sum aut negligens, nihil praeposterum, nihil in-
ordinatum aut contentiosum, sed ordinata omnia
et pacifica, et quod caput est, Deum solum (cui
de credito nobis officio rationem aliquando reddi-
turi sumus) praesens oculis habentes, quidquid in
nostro munere est, strenue agamus perficiamusque,
ut fidem nostram apud Deum, apud beatissimum
patrem nostrum, apud universam provinciam, apud
bonos omnes liberemus.

[*Litterae apostolicae, quae in hac appendice con-
tinentur, hic omittuntur, quum et bullario Romano
et appendici ad conc. Roman. insint.*]

SYNODUS DIOECESANA CAPUANA IV.

1726 junii 9.

Synodus dioecesis Capuana IV., celebrata die D
9 mensis junii anni 1726, sub Nicolao Caracciolo,
archiepiscopo Capuano.

Exstant constitutiones synodales in opere cui
titulus:

Quarta synodus dioecesis ab eminentia et
reverendia. d. dom. Nicolao, tituli SS. Sylvestri et
Martini ad Montes presbytero cardinali Caracciolo,
archiepiscopo Capuano, celebrata dominica Pente-
costes, anno Domini M.DCC.XXVI. Romae, typis
reverendae camerae apostolicae. Superiorum per-
missa.

(*Sequitur alter titulus:*) Acta inventionis corpo-
rum s. s. m. Quarti et Quinti et ss. Prisci, et
Decorosi, Ruffi et Carponii, quarti et quinti epi-
scoporum, nec non aliquorum anonymorum sanc-
torum.

Sine anno. In-4°, 2 f. - 206-24 p. (acta). —
(Carpentras, ville.)

Page 77, haec synodus celebrata est die 9 mensis
junii anni 1726.

Page 79-206, habetur appendix documentorum.

SYNODUS DIOECESANA NEAPOLITANA

1726 iunii 9-12.

Synodus dioecesis Neapolitana, celebrata diebus 9, 10, 11 et 12 mensis iunii anni 1726, sub Francisco Pignatelli, archiepiscopo Neapolitano.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Synodus dioecesis ab eminentiss. et reverendis. dom. d. Francisco, episcopo Portuensi, a. R. e. cardinali Pignatello, sacri collegii decano, archiepiscopo

A Neapolitano, in metropolitana ecclesia Neapolitana, celebrata dominica Pentecostes, duobus festis ac feria IV. subsequentibus 9, 10, 11 & 12 mensis iunii, anno Domini M. DCC. XXVI., Benedicto XIII., pontifice maximo. Romae, ex typographia rev. camerae apostolicae, 1726. — (Roma, libr. Bocca.)
In - 4°, XXII p. - 4 f. - 326 p. - 8 f. (index).

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1726 mense iunio.

Exstat in insula Coe metochium quoddam, sancto Antonio dicatum, quod conditores inde a principio (ut fertur) celeberrimo sancti Ioannis monasterio in insula Patmo donarunt. Eius libertati cum inviderent incolae loci illius, Palms patriarcha una cum sanctissima synodo, precantibus monachis sancti Ioannis, ad archiepiscopum Coi cunctosque insulae christianos litteras dedit, quibus privilegia et exemptiones metochii s. Antonii confirmavit tuitusque est eius iura contra incolarum vexationes. Eas a Floride monacho descriptas in lucem protulerunt Fr. Miklosich et Jos. Müller, *Acta et diplomata*

B *graecae medii aevi sacra et profana*, t. VI (Vindobonae 1890), p. 332-334. Subscriptiones per monocondylia sive per longos et perplexos litterarum nexus exaratas legi integrae ab editore non potuerunt; nomina unois inclusa ipse supplendi: + ó [Ἡρακλῆς Καλλίνικος]. + ó [Κυζίκου Αδζέντιος]. + ó ... Ἀνθίμος. + ó Νικομηδείας [Σαραφῆμ]. + ó Σαρρῶν [Στέφανος]. + ó Κώου Γρηγόριος. + ó Ἀγχιδαίου Καλλίνικος. + ó ... + ó ... + ó Χαλκηδόνος Νικόδημος. + ó Ἡραιοκνήσου Θεόκλητος. + ó Ρόδου ... + ó Ἀντιόχεις Μεθόδιος. Epistola data est mense iunio, indictione IV.

SYNODUS DIOECESANA VARMIIENSIS-HEILSBURGENSIS

1726 iulii 14.

Synodus dioecesis Varmiensis, sub Chrystophoro Seembek, Heilsbergae, die 14 et seq. iulii anno 1726, celebrata. Per hanc synodum approbata est ejusdem pastoralis, data anno 1724.

[Chodinski et Likowski], *Decretales summorum pontificum pro regno Poloniae et constitutiones synodorum provincialium et dioecesanarum regni ejusdem*, (Poznaniae et Varsoviae, 1883), I, 2.

SYNODUS DIOECESANA PISANA III.

1726 iulii '31 - augusti 1.

Synodus dioecesis Pisana III., celebrata diebus 31 mensis iulii et 1 mensis augusti anni 1726, sub Francisco Frosoni, archiepiscopo Pisano.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Tertia synodus dioecesis ab illustriss. ac reverendis. domino d. Francisco Frosoni, Pistoriense, a. R. i. comite, archiepiscopo Pisano, insularum

Cornicae ac Sardiniae primata et in eis legato nato, habita in ecclesia primatiali Pisana, diebus XXXI. mensis iulii et I. augusti, anno salutis M. DCC. XXVI. Pisis, M. DCC. XXVIII., ex typographia Francisci Bindi, impress. archiepiscopalis.

D In - 4°, 5 f. - xvi - 336 p. — (Roma, libr. Bocca.)

SYNODUS DIOECESANA SANCTI-SEVERI

1726 augusti 15.

Synodus dioecesis Sancti-Severi, celebrata die 15 mensis augusti anni 1726, sub Adeodato Summanto, episcopo Sancti-Severi.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Secunda synodus dioecesis S. Severi ab illustriss. et reverendis. domino Fr. Adeodato Summanto, ex parte generalis ordinis cremonensis S.

Augustini, diocesis civitatis episcopo, celebrata in ejus cathedrali ecclesia, die decima mensis augusti in festivitate assumptionis beatae Mariae virginis, anno Domini 1726. Beneventi, ex typographia archiepiscopali, anno 1726. Superiorum licentia.
In - 4°, 56 p. - 1 f. (index). — (Roma, Victorio-Bianconcha.)

SYNODUS DIOECESANA OPPIDENSIS

1726 augusti 18-30.

Synodus dioecesis Oppidensis, celebrata diebus 18, 19 et 30 mensis augusti anni 1726, sub Josepho-Maria Perrimezi, episcopo Oppidensi.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Prima dioecesis synodus Oppidensis, ab illustrissimo et reverendis. domino d. fr. Josepho-Maria Perrimezi, ordinis Minorum S. Francisci de

Paula, ss. d. n. Benedicti papae XIII. praelato domestico ac pontificio solio episcopo assistente, Dei & apostolicae sedis gratia sanctae Oppidensis ecclesiae episcopo, celebrata anno MDCCXXVI., die XVIII., XIX. et XX. mensis augusti. Neapoli, typ. de Moeca, 1728. Superiorum permisso.

In 4^{to} 2 partes, 73-68 p. — (Roma, libr. Bocca.)

SYNODUS DIOECESANA ANCONITANA

1726 septembris 15-8.

Synodus dioecesis Anconitana, celebrata diebus 15, 16, 17 et 18 septembris anni 1726, sub Joanne Baptista Bussio, episcopo Anconitano.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Synodus Anconitana, ab eminentissimo et reverendissimo domino d. Joanne Baptista tit. S. Mariae in Aracoeli a. R. e. presbytero cardinali Bussio,

episcopo Aneonitano et Humanae comite, in ecclesia cathedrali celebrata diebus 15, 16, 17 & 18 septembris anno Domini M. D. CC. XXVI. Romae, MDCCXXVII. ex typographia Antonii de Rubens Superiorum permisso.

In 4^{to}, 10 f. - 258 p. - 8 f. (index). — (Paris, St-Sulpice; Roma, Casanatense.)

SYNODUS DIOECESANA LUCEORIENSIS

1726 octobris 21-3.

Synodus dioecesis Luceoriensis, sub Stephano Rupniewski, Luceoriae, diebus 21, 22 et 23 octobris anno 1726, celebrata. Per hanc synodum approbata est pastoralis ejusdem data anno 1722.

[Chodinski et Likowski], *Decretales summorum pontificum pro regno Poloniae et constitutiones synodorum provincialium et dioecesanarum regni ejusdem*, (Ponnaniae et Varsaviae, 1883), I, 2.

CONSTANTINOPOLITANAE SYNODI

sententia de episcoporum translatione (1726, mense novembri).

Satis constat episcoporum migrationes ab ecclesiis sive sedibus ad alias gravibus poenis intentatis prohibitas esse a canonibus Apost. 14, Nicaen. 15, Antiochen. 21, Sardic. 1 et 2, Carthagin. 48 et 71. Quae tamen prohibitiones locum habent, quando episcopi, avaritia aut ambitione inflammati, ecclesiam suam absque superiorum suorum auctoritate dimittunt, et aliam sedem invadunt. At si ecclesiae utilitas postulet ut translationes fiant ab uno episcopatu in alium, tum vero vetitae non sunt; quin immo saepissime sic usurpatum est in ecclesia cum occidentali tum orientali, ut ex variis historicorum documentis colligitur. Iuris canonici interpretes Graeci hac in re distinctionem adhibent; et eam his vocabulis exprimunt, μεταθεσις, μεταβασις, μεταβολη, id est, *translatio, migratio, invasio*. Translationem haberi decent, quando episcopus ab ecclesia minori ad majorem transit; migrationem vero seu *transitum*, quando quis ab una ecclesia ad aliam parvam aut inferiorem mutatur; invasionem

autem dicunt, cum episcopus sponte sua ab una ecclesia in aliam migrat, vel ad illam transfertur absque ulla ecclesiae utilitate. Apud Leunclavium, in libro IV *Juris Graeco-Romani*¹⁾, exstat tractatus περί μεταθέσεων, in quo referuntur quam plurima exempla variarum translationum, unde concludit auctor: *Migratio prohibita est, non translatio*: μεταβασις; ἀκαλόγηται, οὐ μὴν ἡ μεταθεσις. Ab hac vero conclusione longissime abhorret ea quae colligi posse videtur ex exemplo mox adducendo, ex quo apparet, μεταβασις quidem iure permitti, non μεταθεσις. Synodicam hanc sententiam hactenus ineditam descripsimus e codice Constantinopolitano sancti Sepulcri 828, fol. 37-38; ei adornandas praefuit, ut ex scribendi genere liquet, Critias magister (ὁ διδάσκαλος Κριτίας), qui id temporis famam haud modicam apud suos consecutus est.

¹⁾ Francofurti, 1766, t. I, p. 293-294.

Παύλο; ἄλλω θεῷ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως; νῆς Ῥώμης, καὶ οἰκουμένης πατριάρχης.

+ Τῆς ἱερᾶς ἀποστολικῆς εὐαγγελίως πάντα πρὸς εἰκοδομήν γίνεσθαι¹⁾ πανόφως διακαλυμμένης τοῖς τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων κρονισθεῖσι λαχοῖσι θεοῦ καὶ μηδέποτε παρεσθῆαι ὅσα πρὸς καταρτισμὸν ἐκκλησιῶν ἀφορῶσιν, εὐφρανθῆναι δὲ πρὸς τὴν ἀνωτάτω τῆς ἐκκλησίας ἀνεξωμένους; ἀρχὴν καὶ τὸ κοινὸν αὐτῆς κλήρωμα διεξάγειν κατὰ θεοῦ ἐπιτεταρτισμένοι; ἀπαρτητῶς ὀφείλουσι μετὰ πολλῆς ἐκταναίης; καὶ ἐνταυθείᾳ ἐπαγρυπνεῖν τοῖς θεραπεῖαις; ἡσιτισσοῦν ἐπιδορμῆναις ἐκκλησιαστικαῖς ὑποθέσει καὶ τὰ πρόσφορα αὐτῶν φάρμακα αὐταῖς ἐξευρίσκεσθαι; ἕνα καὶ μόνον σκοπὸν προδρυσιστατον ποιοῦμένοι διαφυλάξαι τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν ἀνεδαχομένης; ἡσιτισσοῦν βλάβης κρείττονα, ἢν αὐτὸς ὁ θεὸς ἡμετέρος Ἰησοῦς τῷ ἰδίῳ περιειρησάτο αἵματι²⁾. Ὅθεν καὶ τὰς ἐν μέσῳ συμβαινούσας ἐνίοτε δυσχεραίας; εὐμεθέδως; ἐφομαλίζοντες; καὶ τὰ ἔσοκοντα ὁπωσοῦν ἀντιπίπτειν εὐφρῶς ἐπιλύοντες; ἐπὶ τὸ εὐκατάστατον ἐπανίστανται; καὶ τῆ τῶν ἱερῶν κανόνων ἀκριβεστάτην στάθμην κατὰ τὸ ἐνὸν πρόσαρμῆζοντες; ἐπιβλοιοὶ γίνονται τοῦ σκοποῦ, οὔτε προδιδόντες τὴν εὐδοσίαν καὶ τὸ συμφέρον προεξευρίσκοντες; τῆ τοῦ πνεύματος; ὁδηγία καὶ χάριτι; κατ' οὗ τὰ ἀσθενῆ θεραπεύεται; καὶ ἀναπληροῦται τὰ ἐλλείποντα.

Ἐπειδὴ τοιγαροῦν καὶ ἡ ἀνωτάτη μητρόπολις Ἡρακλείας; καὶ Ραιδεστού ἀπροστάτους; καὶ χωρὶς γνησίου ποιμένος ἀναπαλείφθη; ἅτε τοῦ ἐν αὐτῇ ἀρχιερατεύοντος; κύριου Καλλίνικου³⁾ ἀκαλλαγίντος τῶν τῆδε καὶ πρὸς τὰς αἰωνίους μεταστάτους; μονῆς; φροντίδα ἰδέμεθα οὐ τὴν τυχοῦσαν κοινῶς; καὶ συνοδικῶς εὐρεῖν καὶ ἐκλιθεῖσθαι; ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ὁμηγύρου; ἀξίον καὶ πρόσφορον καὶ ἀρμόδιον κατὰ πάντα πρόσωπον; καὶ τοῦτον ἀποκαταστήσαι; προσητάτην γνήσιον τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας; Ἡρακλείας; ἅτε τοῦ θρόνου τούτου προκαθημένου καὶ ὑπερέχοντος; τῶν λοιπῶν ἀπάντων καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ μέλλοντος; προσεστάναι; τὴν προδρεψίαν μεταξὺ τῆς ἀδελφότητος; ἔχοντος; καὶ διὰ τοῦτο προέχειν ὀφείλοντος; ἐν τῇ ἀρετῇ καὶ ψυχικαῖς; ἡδαιν, ἄλλως; τε δύνασθαι; συλλαμβάνειν; ἡμῖν προθύμως; καὶ ἀόκνως; καὶ συναφάπτειν; ἐν ταῖς ἀναγκαῖαις; χρείαις καὶ ὑποθέσει τοῦ οἰκουμηνικοῦ; θρόνου ἐν εὐθύτητι; γνώμῃς; εὐλακρινεῖν; τε καὶ καθαρῶς; συνειδῶν; ὡς; τοιούτου; μεγάλην; βοήθην; παρεχομένου; τοῖς; πράγμασι; τῆς; κοινότητος; χρῆσθαι; ἀναγκαῖως; προσώπου; πατρὸς; μακρῶς; καταρτισμένου; καὶ; μέγιστα; ἐν; τοῖς; παροδοῖς; καιροῖς; καθ' οὓς; ἡ; καθ' ἡμᾶς; τοῦ; Χριστοῦ; μεγάλη; ἐκκλησία; μυστικός; καὶ; ἀλλεκαλλήλοις; βάρους; καὶ; χρεῖσι; καὶ; ἀκαταίτητοι; δαιμόνως; κατατρυχομένη; τῆς; ἀπὸ; τῶν; συναδελφῶν; ἡμῶν; ἀρχιερέων; ἀντιλήψεως; δέεται; συναπισμοῦ; τε; καὶ; συγκροτήσεως; (ἀδελφὸς; γάρ; φησὶν⁴⁾), ὅτι; ἀδελφοῦ; βοηθεύμενος; ὡς; πόλις; ὄχυρόν, καὶ; μέγιστα; τῆς; ἀπὸ; τῶν; ἐνδομοῦντων; ἐνταῦθα; κἀν; ταῖς; χρείαις; καὶ; ὑποθέσει; τοῦ; κοινῶς; συνασκαλουμένων; καὶ; ἀμφιπονοῦμένων; ἐν; οἷς; τὰ; πρῶτα; φέρειν; αἰδοῦς; τὸν; τῆς; ἐπαρχίας; αὐτῆς; προσητάτην. Καὶ; οὕτως; τῆς; βῆθαισ; αἰρίσεως; καὶ; ἐκλογῆς; γινόμενης; ἀπάντων; ἡμῶν; αἱ; φήσαι; συνήλθον; καὶ; συνέκνευσαν; ἑμιοφώνως; ἐπὶ; τὸν; συνάδελφον; ἡμῶν; ἱεράτατον; μητροπολίτην; Νικαίας; κύριον; Γερσάσιον.

Ἄλλ' ἐπειδὴ ἡ αὐτοῦ ἱερότης φαίνεται τὸ πρῶτον χειροτονηθῆναι εἰς τὴν μητρόπολιν Χίου, κἀνεῦθεν

Palais missionnaire divina archiepiscopus Constantinopolis, novae Romae, et universalis patriarcha.

+ Cum sacro apostoli concilio sapientissimo admoneretur ut omnia ad edificationem faciant qui rerum ecclesiasticarum curam divinitus sortiti sint, nec eorum quidquam praetermittant quae ecclesiis ordinandis faveant, perspicuum sane est, ut quibus summa ecclesiae commissa est potestas eiusque coetus universus a Deo demandatus est regendus, ii omnino debeat multo studio ac sedulitate invigilare negotiis illis ecclesiasticis, quae cura quadam indigent, eisque apta cuique remedia comparare, eo potissime tantum spectantes, ut a quovis damno, quod accidere possit, ecclesiam Christi defendant, quam ipse Iesus, Deus ille et homo, proprio acquisivit sanguine. Quapropter difficultates illas, quae interdum occurrunt, via et ratione explanantes et quae contraria quoquo modo videntur acute expedientes, animis pacem restituant, atque accuratissima sacrorum canonum amussi pro viribus adhibita propositum assequuntur, religionem servantes incolumem et id quod conducit adinvencientes, duce ac fautore spiritu, a quo infirma curantur suppleturque defectus.

Cum igitur sanctissima metropolis Heracleae et Rhodestae abaque tutore ac legitimo pastore esset derelicta, propterea quod dominus Callinicus, episcopus eius, vita decedens in aeterna demigraverit tabernacula, curam adhibuimus haud mediocrem ut coniunctim ac synodice reperiremus eligeramusque e sacro coetu virum dignum, idoneum, omnibus in rebus aptum, illumque institueremus legitimum eiusdem dioecesis Heracleensis patronum. Cum enim sedes ista ceteras omnes antecellat ac supereminet, praestantiamque inter fratres habeat qui ei praeficiendus est, idecirco praestare eum oportet virtute animique dotibus, immo parem esse nobis prompte impigreque adiuvandis ac sublevandis aequo sinceroque animo ac recta conscientia in necessariis rebus negotiisque oecumenicae sedis, quippe qui plurimum in publicis rebus valet, quibus vir longa experientia exercitatus omnino opus est, praesenti praesertim aetate, qua Christi magna ecclesia nostra sexcentis continuisque oneribus, debitis, vindicationibus dire vexata, fratrum nostrorum antistitum auxilio indiget opitulationeque ac mutua opera (frater enim, ait, qui adiuvatur a fratre tanquam civitas firma), eorum praecipue qui hic commorantur atque publicis in necessitatibus negotiisque curam operamque ponunt, inter quos primas agere eam decet, qui provinciae illi praeesit. Supradicta igitur creatione electioneque facta, omnium nostrum suffragia uno ore convenerunt et conspirarunt super fratrem nostrum sanctissimum metropolitam Nicaenam dominum Gerasimum.

Cum autem sanctitas sua in metropolim Chien-som prius ordinata, indeque in metropolim Nicae-

1) I Cor. XIV, 20.
2) Act. XX, 28.
3) Callinicus Nazius, o scholas patriarchalis rectore Heracleensis metropolitane creatus, ecclesiam hanc gubernavit inde ab anno 1716 ad diem usque 19 novembrii 1726, cum associarum suffragio patriarcha Constantinopolitano renuntiasset, ea ipse qua effectus est nocte repentina episcopalis potestatem correptus interitit. Max in eius locum subrogatus est Palaeus Nicaeniensis, a quo contentio illa promulgata est.
4) Prov. XVIII, 14.

μεταβῆναι εἰς τὴν μητρόπολιν Νικαίας, καὶ διὰ τοῦτο
 δευτὴν καὶ νομιζομένην τοῖς ἀπερισκέπτως ἐπιβαλλο-
 μένοις τῆ πρώτῃ διοικήσει, καὶ ἐκείνην ὑπο-
 δουλάτως ἔχιν γνησίως μετατεθῆναι ἐπὶ τὴν μητρό-
 πολιν Ἡρακλείας, τοῦτο χάρῃ κοινῆς καὶ συνοδικῆς
 αἰφύρας, καὶ τοῦτο προβάσεως καὶ ἐξουσίας ἀκρι-
 βούς, ἀνερίτης καὶ ἐγνωμοδοτήσεως, μηδέλλως εἶναι ἔ-
 κκειον νομιζομένην διοικήσει τὴν αὐτοῦ ἐπαρχίαν·
 καὶ γὰρ χειροτονηθεὶς τὸ πρῶτον μητροπολίτης Χίου
 γνησίως τε καὶ νόμιμος, ἠθέλησε δὴ καὶ καταδέξασθαι
 ἀπαλθεῖν εἰς τὴν λαχούσαν αὐτῷ ἐπαρχίαν, οὐκ ἔδυ-
 νήθη δὲ ἀντιλαβέσθαι αὐτῆς διὰ τὸ ἐπαναστήναι
 εὐσεβῶς τὸν ἐν ἐκείνῃ λαὸν ἐξ ἀπειθείας καὶ
 ἀπειθείας, καὶ χωρὶς τινος ἔλλω; αἰτίας ἢ ἐγκλη-
 ματος ἀπεκρούσασθαι βίαιως τὴν αὐτοῦ ἐπαρχίαν, ὡς
 μηδὲ ἔλλω; τὴν ἀρχὴν εἰσόδου τε καὶ καθέδρας αὐτὸν
 ἀξίως; τῆς αὐτοῦ μητροπόλεως· κἀναστῆναι ἐπιμένειν
 ἡσυχάζων καὶ σχολάζων καθ' ἑαυτὸν, ἀπεκδεχόμενος
 τὴν παρὰ τῆς συνόδου καὶ τοῦ ποιητοῦ διαγνώσιν.
 Μετὰ δὲ παρῆλθον καιροῦ τινος, συμβῆναι χηρεῖσαι
 καὶ τὴν ἐπαρχίαν Νικαίας καὶ στερηθῆναι ἀρχιερα-
 τικῆς προστασίας, ἢ αὐτοῦ ἐπαρχίης τοῦτο μὲν τῇ ἐν-
 δειῆ τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων συνωθούμενος,
 τοῦτο δὲ τὰς ἀφορμὰς τῶν σκανδάλων ἐκκλήνων καὶ
 λαβὰς τοῖς μεμροσκοπεῖν βουλεμένοις μὴ ἴλλων διδόν-
 ναι, ὡς εἴη δῆθεν ἐπαρθεῖν καὶ μνόμενος τὴν ἦν
 ἀφήθηται μητρόπολιν Χίου, μετέβη συνοδικῆ διαγνώ-
 σει ἐπὶ τὴν Νικαίαν, ὥστε τὴν χρεῖαν παραμυθῆσθαι
 καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ ὑπονοίας διακρυφῆναι. Εἰ δὲ ἐν
 εἰδει μεταθέσεως ἐγένετο τότε ἡ τοιαύτη μεταβολή,
 ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀναγκαίως ἐκονομήθη, βίαις ἐπικαι-
 μένης ἀπαιτήτου καὶ ἀπειλῶν σφοδρῶν διὰ βασιλι-
 κου ὀρισμοῦ ἐπαναπεινομένου βλάβην καὶ κίνδυνον, ἐάν
 ἀποποιήθῃ τὴν μεταθεσιν, εἴπερ ἔλλω; χρεῖ μεταθεσιν
 τὸ τοιοῦτον ὀνομάζειν, ἔπου γε κατὰ τὴν τῶν ἱερῶν
 νόμων καὶ κανόνων ἀριβίαν, ἦν ὁ σοφώτατος παρα-
 δίδωσι Θεόδωρος ὁ Βαλοσαμῆν, ἀνὴρ εἴπερ τις ἄλλος
 νομορτῆς; καὶ τὸν θεῖον κανόνιον εἰδήμιον ἐξηγητῆς,
 ἢ μὲν ἀπὸ παροικίας, φησὶν, εἰς παροικίαν
 μετένεστις μεταθέσις ἐστίν· ἐταν δὲ σχολάζων
 ἐπίσκοπος, δηλονότι μὴ ἔχων παροικίαν,
 εἰς σχολάζουσαν ἐκκλησίαν μετέλθῃ,
 μεταβάσις τὸ τοιοῦτόν ἐστιν¹⁾. Ὅστε κατὰ
 γὰρ τὴν ῥηθείαν ἐρημνείαν καὶ ἢ εἰς Νικαίαν ἀπέ-
 λουσις τῆς αὐτοῦ ἐπαρχίης μεταβάσις ἦν εἴη, ἀλλ' οὐ
 μεταθέσις; μὴ οὕτως δὲ μεταθέσις, οὐκ ἂν εὐλόγως
 ὑποληφθεῖ διοικήσει, ἀλλως τε καὶ τῆς προηγη-
 σαμένης ἐκείνης εἰς Χίον χειροτονίας εἰς ἐπισκοπικὴν
 ἐνεργείαν τὸ παράπαν μὴ προσχθεῖσθαι, ὡς εἴρηται,
 ἀλλὰ γενομένης σχεδὸν καὶ ἀπογενομένης, θαρρούντως
 ἀποφθῆναι ἂν τις μηδὲ γενέσθαι ταύτην τὸ σύνολον,
bestimus, sacerdotibus et sapientibus patriarcha sanctae civitatis Hierusalem dominus dominus Chrysanthos, dilectus in sancto spiritu frater pater ac desideratissime communitate nostrae medicoribus, favente ac miserante misericordissimo Deo, christianorum stipe, itineribus in multos variorumque locos susceptis haud sine multis negotiis ac laboribus necnon summa sua molestia et aerumna, collegit, exsolvit, reparavit, quia structurae illi absolvendis sacrum sepulorum aere alieno gravi vel levi oneraret, ut cuique nostrum competentum est: tamen ex cotidiana assidue impendia, quae plane atque omnino in sacrum sepulorum perpetuo ibi incumbunt, cum infinita ea sint et gravissima, hac aetate accidit ut sacrum sepulorum aere alieno gravissime obstrictum duplici nunc necessitate premeretur: una, qua tot debitorum aurae, ut cadunt, praestare cogitur; altera, qua exsolvenda sunt annua, solita, necessaria loci impendia. Ex quibus omnibus magna quidem afficitur asportum summa, quam singulis annis solvere opus omnino est: christianorum vero stipe (ut diximus) tenuis est et propterea impar tot sumptibus rearciendis: propterea quod ex multis quidem stipis colligendae caepis parvum congeritur subsidium, pergruissimum vero, quibus mos erat sacrum adeundi sepulorum stipemque conferendi, plerique sibi temperantes, illico, ut prius, non contendunt. Qua de re attoniti perdolenti animo exquirimus, unde tandem orta sit commutatio haec christianorumque languor in obscura sacri sepulcri peregrinatione, ex quo magnum vel utriusque parti damnum affertur, cum illi quidem ea gratia, sanctificatione et benedictione orbentur, quam ex sanctorum illorum locorum visitatione percepissent, sacrum vero sepulcrum pariter defraudetur peregrinantium subsidio ac stipe, quacum sustentari potuisset.

Quamobrem cum nobis cordi sit sacri sepulcri incolumitas pro summa veneratione qua illud prosequimur, cumque spirituales piorum christianorum utilitatem curas habeamus pro necessario paternae spiritualisque dilectionis munere qua illos complectimur, scripto haec synodico una cum eis qui nobiscum sunt sacerdotibus antistitibus et hypostasis, dilectis nostris in sancto spiritu fratribus et communitatis, vos omnes, pii christiani, parvos et magnos, viros ac mulieres, iuvenes ac senes, admonemus hortamurque, ut probe nocentes, sanctam Hierusalem locum esse praeceteris a Deo electum, testificantibus sacris scripturis, in quibus aperte dicitur, sicut a Domino fuisse praecipit, ac propterea praecipue nuncupari summi Dei civitatem, ad praemonstrante per suam agendi rationem Christo domino nostro, qui in ea pati et crucifigi et sepeliri voluit propter totius mundi salutem, summae diligentiae ac pietate sacrum sepulorum sanctaque et veneranda illa loca adorationis causa caloriter obsecra ad sancti Dei gloriam vestramque gratiam, sanctificationem, salvationem. Etiam sanctorum horum locorum visitatio et adoratio per antiquam morem ac a patribus tradita vel inde a

και αυτησαν ειδικην οα: επειδη η εδοικτορια και η προσκονησις εις τοδσ αγιουσ τοτους τοπουσ εσταιθη αρχαία και πατροκαρθετοσ αν αυτων τον κροτον αβανα της ουστασεωσ της εκκλησιασ και εφυλαχθη κατδ θεοδοχην εδιδασκεωσ μίχρη του νυν, το οποτον μαρτυροει και οι κατδ κροτουσ βασιλεϊσ τε και αρχιερεϊσ και μητροτε; και εφολογηται και δοιοι και διδασκαλοι της εκκλησιασ και οι λοιποι ελληρεϊσ και φυλοχριστοι χριστιανοι, οποσ με πολλην σπουδην και αγάπην και προθυμίαν επήγγικαν εις προσκονησιν των αγιων τοτων τόπων, καθδσ εις τδσ ιστορικδσ; βιβλουσ αναγινώσκουμιν, εχοντεσ και κρινοντεσ την προσκονησιν αυτην σημειον εδιδασκεωσ ελληρεωσ και θαρησπιστωσ εργον, οποσν οποσ οι σεβδσμοιοι του κυριου τόποι και τδσ οφθαλμοφανη καθήματα αυτου διεγειρουσι τον ανθρωπον θεωστικώτερον και θερμώτερον εις εδξην περιουσετερεσ εδλαβεισ και κατενόησι; Και λοιπον με την καλήν αυτην και ωφέλιμον εδοικτοριαν του αγιου τόπου τρία καλδ προξουνοται: κροτον, τιμη εις τον θεον και εις τοδσ αγιουσ τοπουσ: δεύτερον, γίνεταί εργον μετανοεισ και μέλιστα ικανοποιήσεωσ η τοιαύτη κοπιωστική εδοικτορια εις την Ιερουσαλήμ, και τρίτον, οτι εδξάνει και η ελληρεωσ των χριστιανων, βλέποντεσ και παρακινουόμενοι: ενασ από τον ελλον. Και εαν καθ' υποθέσιν ειναι και εις άλλα μέρη αγιοι τόποι, αλλά μητε ειναι μητε εχουσι σύγκρισιν, οσοιοι ειναι η τοιοιτοια με εκείνου; οποσ ετιμήθησαν με την παρουσιαν του δεσπότου Χριστου και ερραντίσθησαν με το τιμιον αυτου αιμα, και φαίνονταί εις αυτουσ τδσ σημάδια και τδσ Ιχνη αυτου. Διδ τοουτο μεγάλην ωφέλειαν φυγικτην λαμβάνουσι και μεγάλον μισθον παρά θεου εχουσιν οσοι χριστιανοι θαυμαστικώσ λάβουσι τον κόπον και τον κίνδυνον της εις Ιερουσαλήμ εδοικτοριασ, διδ να ιδουσι και να προσκυνήσουσι τοδσ αγιουσ εκείνουσ τοπουσ και τδσ εδιδασκατα προσκυνήματα οποσ εδρσιουονται εκεί, τδσ οποια καλωτέρα περιγράφει και διηγείται ο θεοδωροσ ο Στουδίτης εις την επιστολήν του. Πορεύομαι, λέγει, εις την αγίαν γην, και εκεί καταφιλή τδσ εδασφοσ εκείνο τδσ οποτον επάτησαν του Χριστου μου τδσ Ιχνη, και αυτον τον θεοδδχον τάφον εις τον οποτον εβδλθη τδσ πανάγιον σωμα του λυτρωτου ημων: εκείθεν διαβαίνω εις τον θειώτετον Γολγοθαν, οποσ ε κύριοσ της δόξης εσταυρωθη: πηγαίνω παρεμπρόσ εις την Βηθλεέμ, την οποιαν ως Εδδμ νέαν φαντάζομαι: προσκυνω εκεί την φάτινην κλίον παρά την χρυσην στάμνον, μέσα εις την οποιαν εχι τδσ μάννα, άλλ' ο ερτοσ της ζωης εφυλαχθη: θεωρω εκείμ: τδσ εδρος των ελατων, εδδεν ο κύριοσ ανέβη πρόσ τδσ οδράναια: βλέπω και της πανάγιου κόρης και θεοτόκου τδσ μνημα, επου προσκυνείται η πανυπερευλόγητοσ εις την αγίαν Γεθσημανη.

Διδ τοουτο ειναι κροτον και εδλογον και επαινυτον και θαδρεστον εργον, οσοι χριστιανοι εχουσι δόνημιν και εδποριαν διδ την εδοικτοριαν αυτην της αγίας πόλεωσ Ιερουσαλήμ και διδ την προσκονησιν του αγιου τόπου, να μην εμυλήσωσι μητε να μικροφυχθωσι ποσδσ, άλλδ βαλόντεσ εις θεον την ελπίδα τουσ, και αυτοι να πηγαίνουσι μετά προθυμιασ, και τοδσ άλλουσ εδδελφουσ αυτων χριστιανουσ να αναγινώζουσι και να παρακινώσι και με μίαν σύμφωνον γνώμην και κοινήν προθυμίαν να γίνονταί προσκυνηται του παναγιου τόπου: και ετσι εκείνοι οποσ εδξωθησι να υπάγωσκιν εις προσκονησιν αυτου, ετσι εκείνοι οποσ διδ καμμίαν εδδένειαν και σωματικην αδυναμίαν εδν ημποροδν να υπάγωσκιν, εδοι ομωσ οι εδδσβαλει χριστιανοι χρεοσ εχουσι επικρατήτων να εδξητε

primo ecclesiae conditis saeculo atque deinceps sine intermissione huc usque servata; cuius rei testes singulis aetatibus habentur reges et antiquitates, martyres, confessores, sancti, ecclesiae doctores, et ceteri pii Christianique amantes christiani, qui multa cura, dilectione, diligentia sacra ista loca adoranda adierunt, sicuti in historicorum libris legimus, adorationem illam pie religionis signum opusque ferridam fidei habentes ac devotas, propterea quod veneranda Domini loca eiusque cruciatus oculis expositi hominem efficacius ardentiusque impellant ad maioris pietatis compunctionisque incrementum. Namque ex optima illa fructuosaque sancti sepulcri visitatione tria suppeditantur bona: primum Deo sanctisque locis honor exhibetur; secundum paenitentiae ac praecertim satisfactionis opus efficitur laboriosa illa ad Hierusalem peregrinatio; tertium christianorum etiam pietas augetur, quorum alter ab altero consideratus confirmatur. Atque ut habeantur vel aliis in partibus loci sacri, si tamen, quicumque demum sint, cum illis nullo modo comparari possunt, quos Christus dominus honestavit praesentia, pretioso sanguine conspersit, in quibus impressa apparent eius vestigia. Quapropter magnam animae utilitatem percipiunt eximiamque apud Deum mercedem sibi comparant christiani illi, qui Hierosolymitani itineris laborem periculamque sponte suscipiunt, sacra illa loca mirandaque sanctuariorum, quae ibi inveniuntur, contemplaturi ac veneraturi. Optima descriptio ea refert in epistola sua Theodorus Studita: *Proficiscor, inquit, ad sanctam terram, ibique advenior sacrum solum, quod Christi mei vestigia calcant, dei ferum monumentum, in quo sanctissimum salvatoris nostri corpus depositum fuit; inde pergo ad divinisimum Golgotha, ubi dominus gloriae crucifixus; progredior longius ad sanctam Bethleem, ubi praesepe multo magis adoro quam urnam auream, in quo non manna, sed panis vitae conditus est; video etiam olivaram montem, unde ad caelos Dominus evolavit; intueor et sanctissimae virginis Deiparae sepulcrum ad sanctam Gethsemanen, ubi ea omni honore colenda veneratur.*

Est igitur res decora, aequa, laudanda, Deo grata, christianos omnes, quibus vires facultatesque suppetunt sanctam civitatem Hierusalem adveniendi sacrumque visitandi sepulcrum, seposita quavis negligentia animique remissione, sed spe in Deo concepta, diligenter ipse proficisci alioque christianos fratres suos compellere et incitare ad obsequendam uno consilio communique studio sanctissimi sepulcri visitationem. Verum enim vero si ve proficisci potueritis illud visitaturi sive itineri suscipiendo impares fueritis ob infirmitatem quandam viriumque imbecillitatem, omnes tamen, pii christiani, debetis omnino dignam pietatem, honorem, dilectionem reipse factisque ostendere, uberrimam atipem conferendo prout cuiusque ferunt facultates,

) Patr. Gr. XCIX, 1160 D - 1161 A.

την πρέπουσαν εὐλάβειαν καὶ τὴν καὶ ἀγάπην ἑμπεπραγμένην καὶ μὴ ἔργον καὶ τὰ εἶδεναι ἐλεημοσύνην κλουσιτοκάρωον ὅ καθ' εἰς ἕσαν δόματα, θαλατῆ ὅ μὴν σαρραντορία καὶ ἀδελφάται, ἥ δὲ σαρρανταλτοίριγα καὶ παρηγοίας καὶ ψυχωραφίαν ζώντων καὶ τὸ νεώ- των μὴ ἑπάρην καὶ ἀγαθὴν προαίρεσιν, σαρραζόντας μὴ καλὴν ἀπειθα ἐπίστα ἐπεὶ κατὰ τὸ παρὸν μὴ ἔχετε εἰς χεῖρας μετ' ἄλλων ἐὰ μὴ ἔλουσι νὰ φθα- ρθῶσι ὡς πρόσκαιρα καὶ ἐπίγεια, διὰ νὰ τὰ εὐρύτε εἰς τὴν ἄλλην ζώην οὐράνια καὶ αἰώνια, καθὼς ἐν εὐαγγελλοῖς μὰ; ἑβραϊσῶσι ὅ κύριος· διότι ὁσην ἐλεημοσύνην καὶ εὐκοίτην θάσητε εἰς τὸν ἄγιον τάφον καὶ θαφίλω φιλοδοκησῆσι καὶ εὐαγγετήσῃτε, βασιό- τατα μυριοπλῆστια θέλῃτε τὰ εὐρα εἰς τὴν ἀνα Ἱερου- σαλήμ, ἐπειδὴ εἰς τὴν κείνῃ μετὰ πίστειος τὰ ἐδώ- κατε, καὶ μὴ τὴν τοιαύτην κλουσιτοκάρωον ἐλεημοσύ- νην καὶ συνδρομὴν τὴν ἐδικήν ὡς νὰ θυγηθῆ ὁ ἀγιά- τατος αὐτοῦ θρόνος τῆς Ἱερουσαλήμ καὶ ὁ ζωοδόχος τοῦ κυρίου τάφο; νὰ κυβερνήσῃ καὶ νὰ ἀπαντήσῃ τὰ πολυέρηθρα καὶ βαρύτερα χρέη του καὶ τὰ καθη- μερινὰ καὶ χρονικὰ ἔξοδα καὶ ταῖς κολλὰς αὐτοῦ ἀνάγκαις, ὅπου ἐὰν λείπουν ἀπαραιτήτως, διὰ νὰ μὴ καταντήσῃ εἰς ἄλλον τὸ ὑστερον εἰς πανταχὴ φθοράν καὶ ἀφανισμὸν καὶ στερηθῆ τὸ γένος ἡμῶν τῶν ὀρθο- δόξων τοιοῦτον τιμώτατον καὶ ψυχωφαλλώτατον πρε- σῶνυμα.

Καὶ τοιαύτη μὴ εἶναι ἡ κατ' ἡμῶν πατρικὴ καὶ πνευματικὴ συμβουλὴ καὶ νοουθεσία εἰς ἄλους ἀπλῶς τοῦς ἀπανταχοῦ εὐσεβεῖς; χριστιανούς, νὰ τρέχουσι μετὰ προθυμίᾳ καὶ εὐλαβείᾳ εἰς προσκύνῃσιν τοῦ ἀγίου τάφου καὶ νὰ συντρέχουσι καὶ νὰ βοηθῶσιν αὐτὸν μὴ κλουσιτοκάρωον ἐλεημοσύνην· ἰδίως δὲ ἐνταλλόμεθα καὶ ἑμὶν τοῖς κατὰ τόπον ἱερατάτοις ἀρχιερεῖσιν, ὅπως καὶ αὐτοὶ συμφώνως τῇ νοουθεσίᾳ ἡμῶν ταύτῃ νὰ παραικινήσῃ καὶ νὰ συμβουλεύηται ἀμείωτος μὴ πατρικῆς διδασκαλίᾳ καὶ νοουθεσίᾳ πνευ- ματικῆς ὅ καθ' εἰς τοῦς χριστιανούς τῆς ἐπαρχίᾳ; του εἰ; τὸ θαύραστον τοῦτο ἔργον, ὡ; ὑπερασπισταὶ καὶ βοηθοὶ καὶ ἀντιλήπτορες καὶ ὑπέρμαχοί τοῦ ἀγίου τάφου, καὶ πρὸς τοῦτοις καὶ τοῦς πνευματικούς πατέρας ὅπου εὐρίσκουσι ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἡμῶν νὰ παραγγέλλῃται ἀκριβῶς καὶ νὰ τοῦς ἐπιτιμαται, ὅταν ἐξομολογηθῶσι τοῦς χριστιανούς, νὰ μὴ τοῦς ἀποκόπ- τωσι καὶ τοῦς ἐμποδίσωσι, ἀμαρτάνοντας θανάσιμα καὶ ἀσύγγνωστα καὶ θησαυρίζοντας εἰς τοῦ λόγου του; ὀργὴν θεικήν καὶ κατάκριμα ἐν ἡμέρῃ ὀργῆς καὶ ἐκδικήσεως τοῦ ἀγίου θεοῦ, ἀλλὰ μάλιστα καθ' ἕσαν δύνανται νὰ τοῦς παραικινήσῃ καὶ αὐτοὶ καὶ νὰ τοῦς συμβουλεύωσι τέσον εἰς προσκύνῃσιν τοῦ ἀγίου τάφου ἐκείνου ὅπου δύνανται ἕσαν καὶ εἰς ἀφίρωσιν καὶ ὄραν ἐλεημοσύνης καὶ βοηθείας πρὸς τὸν ἄγιον τάφον, ἐπειδὴ καὶ ἔλοι κοινῶς οἱ εὐσεβεῖς, εἴτε τοῖ ἱερατικοῦ καταλόγου εἴτε τῆς τῶν λαϊκῶν τάξεως, χρέος ἔχουσι νὰ βοηθῶμεν καὶ νὰ συντρέχωμεν τὸ κατὰ δόξαν καὶ ἡμεῖς, καὶ τοῦς ἄλλους νὰ παραι- κινῶμεν χριστιανούς καὶ νὰ διεγείρωμεν εἰς τοῦτο τὸ θαύραστον ἔργον· ἀλλ' ὁδῶ νὰ ζῆτοσιν οἱ πνευ- ματικοὶ πατέρες ἄσπρα βίβλιας καὶ ἀναγκασιμῶς ἀπὸ τοῦς χριστιανούς ὅπου θέλουσι νὰ ἀπώλθουν εἰς τὸν ἄγιον τάφον, ἢ ὅπου τὴν πηγαίνουσι ἢ ὅπου τὴν γυρίζουσι, καὶ μὴ τὸυτον τὸν τρόπον νὰ ψυχραινοῦν τὴν προθυ- μίαν καὶ εὐλάβειαν τῶν προσκυνῆτων τοῦ ἀγίου τά- φου, ἀλλὰ μόνον ὅταν προσκορνῶσι οἱ χριστιανοὶ νὰ τοῦς διδωσι, τότε νὰ τὰ δέχονται μετ' εὐχαριστίας, καὶ ὅχι νὰ τοῦς βιάσῃ. Καὶ ἕσο; μὴν χριστιανοὶ πηγαίνουσι εἰς προσκύνῃσιν τοῦ ἀγίου τάφου ἢ καὶ ἀπλῶς διδουσι ἐλεημοσύνην κλουσιτοκάρωον εἰς αὐ- τόν, ἀναμφίβλωως ἔχουσι τὸν μισθὸν πρὸς θεοῦ κολλη- τῶσι καὶ ἐν τῇ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῇ μέλλουσι. τοῦς ὁποιούτους καὶ ἡμεῖς εὐχόμεθα καὶ εὐλογεῖμεν πατρικῶς καὶ πνευματικῶς· ὅσοι δὲ χριστιανοὶ ἱερατικοὶ ἢ λαϊκοὶ, καὶ πνευματικοὶ πατέρες ἱερα- τῶν καὶ μοναστηριακῶν ἀπὸ ἀνωμάλθουσι καὶ ἀνεγ-

alios sollicit quadragenariis et confraternitatis, altius stipendia quadraginta miserum cum assi- stentia pontifici nec non vicarum mortuorumque particulari, prompta bonaque voluntate et summa fiducia ea largientes, quas hodie quidem ad ma- num habentur, propediem vero extabescent atpote caduca ac terrena, ea in altera vita ut caelestia aeternaque recuperaturi, quemadmodum in evan- gelio id nobis confirmavit Dominus; nam quan- cumque elemosinas largitionesque in sacrum se- pulcrum contuleritis, dona et beneficia copiose pro- funderetes, eas quam certissime in superna Hieru- salem reperietis, propterea quod in terrenam summa fide erogaveritis. Per hanc copiosissimam omnium vestrum stipem collationemque sanctissima ipse Hierusalem ecclesiae et vividum Domini se- pulcrum infinita sua gravissimaque debita atque cotidiana annuaeque impendia expedire et exsolvere poterit nec non multos sumptus, quos obire opus est, ne rerum omnium ruina perniciose oppressum in perpetuum intereat, orbaturque nostrum ortho- doxorum genus pretiosissimo illo ac saluberrimo sanctuario.

Ea quidem est paterna spiritalisque admonitio, et exhortatio nostra ad omnes prorsus ubivis ter- rarum pios christianos, videlicet ut celeriter ac pie religionis causa sacrum sepulcrum adeant illudque uberrima stipe collata sustentent. Praecipue vero vobis, sacratissimi locorum antistites, praecipimus ut et ipsi secundum nostram hanc admonitionem per paterna praecepta spiritaliaque monita verbis incitetis et cohortemini unusquisque provinciae suae christianos ad huiusmodi opus Deo gratum, quippe qui sacri sepulcri tutores et adiutores et defensores et propugnatores estis; utque etiam spiritalibus patribus, qui in provinciis vestris de- gunt, mandata diserte detis, propositis etiam cen- suris, ut christianos confitentes dum excipiunt, eos ne ab ea re deterreat prohibeant, neque et thesaurizarent sibi ipsi divinam indignationem condemnationemque in diem irae et ultionis sancti Dei, sed illos potius pro viribus excitent et commoneant tum ad visi- tandum sacrum sepulcrum, si facultas tulerit, tum ad stipem opemque in sacrum sepulcrum imper- tiendam atque conferendam; etenim omnes promiscue, quotquot sumus pii homines, sive ex cleri- corum albo sive e laicorum ordine, pro viribus de- bemus et ipsi auxiliari illi ac succurrere et alios christianos ad opus hoc Deo gratum compellere et incitare. Neque vero patres spirituales a christia- nis qui sacrum sepulcrum adeundi consilium capiunt vel hinc proficiuntur vel inde revertuntur pecuniam per vim coercionemve extorqueant, eoque modo illorum qui sacrum sepulcrum obeunt diligentiam pietatemque restinguant, sed id demum grato animo accipiant quod christiani sponte im- portiant, neque eis vim faciant. Atque omnes quidem christiani qui sacrum sepulcrum religionis causa obeunt aut in illud uberrimam stipem con- ferunt, multam apud Deum mercedem procul dubio sibi comparant cum in hoc saeculo tum in futuro, illique et nos paterne spiritaliterque prospera ac laeta precamur. Omnes vero christiani, clerici vel laici, nec non patres spirituales ecclesiarum vel monasteriorum, qui impietate et infidelitate, ava- ritia et cupiditate permoti aut etiam a diabolo operis cuiusque boni animasque utilis invidio decepti, vanis stultitiis et inceptis aut alia quavis satanicae fraudis ratione christianos prohibent ac deducunt

πιστιαν και πλεονεξίαν και εισχευερίδιαν παρακινού-
μενοι η και από το φθονούτος τα αγαθά και
φυχωρελή έργα θαίμενος υποκαλιζόμενοι, αποβί-
ζουσι και αποπέπτουσι με ματακαλόγους φλυαρίας
και φυχωρολογίας η με κανένα άλλον τρόπον οστανι-
κη; άπάτης τούς χριστιανούς από το να πηγαίνουσιν
εις προσκύνησιν του αγίου τάφου και να διδωσιν εις
αυτών ελεημοσύνην και άφιερώματα και γίνονται
αίτιοι εις αυτούς μὲν ζημία; και βλάβης ψυχικής εις
δέ τὸν άγιον τάφον προσβένοιοι τὴν στήνην τῆς
ελεημοσύνης τῶν προσκυνητῶν χριστιανῶν, οί τοιοῦτοι,
ἐν δὲν παύσουσιν εις τὸ εἶη; από τὴν τοιαύτην τους
οστανικήν και ἀλλότριον ἀνευλάβειαν και ἀπιστιαν
και κακοβουλίαν, ἀφωρισμένοι εἴησαν από θεοῦ
κυρίου παντοκράτορος; και καταραμένοι και δούλω-
ρητοι; και μετὰ θάνατον ἀλυτοι; αἱ πέτραι και ὁ
αἰθήρας λυθίζονται, αὐτοὶ δὲ οὐδαμῶς κληρονομή-
σειαν τὴν λέπραν του Γιεζή; και τὴν ἀγχόνην του
Ίούδα, και εἴησαν στίνοντες και τρέμοντες; ἐπὶ τῆς
γῆς ὡς ὁ Κάλιν· σχισθαίη ἡ γῆ και καταπίοι αὐτούς
ὡς τὸν Δαθάν και Ἀβειρών, και ἡ μερὶ; αὐτῶν μετὰ
του προδότου Ίούδα και τῶν θεοράχων Ἰουδαίων
τῶν σταυρωσάντων τὸν κύριον τῆς δόξης; ἡ ἔργη του
θεοῦ εἴη ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν; τὰ κρήματα και
κτῆματα, οἱ κόποι και ἰθρώτες αὐτῶν εἴησαν εις
παντελή ἀφανισμόν και ἐξολόθρευσιν, και προκρίτην
οὐ μὴ ἴθειεν πάποτε ἐφ' εἰς δουλεύουσι καθ' ἑλην
τὴν ζωὴν αὐτῶν, ἔχοντες και τὰς ἀράς τῶν αγίων
τριακοσίων δέκα και ὁκτώ θεοφόρων πατέρων τῶν
ἐν Νικαίᾳ και τῶν λοιπῶν αγίων συνόδων, και εἴησαν
ὑπόδοκοι του αἰωνίου πυρός και ὑπεύθονοι τῆς ἀτε-
λευτήτου κολάσεως. Ὑμεῖς δὲ πάντες ποιήσατε ὡς
γράφομεν, ὑπακούοντες εὐπειθῶς τῇ πατρική και συ-
νοδικῇ ἡμῶν ταύτῃ παραίνεσι; και νοουθεσίᾳ, ὡς
τάκνα γνήσια και εὐνόμωνα τῆς πνευματικῆς ἡμῶν
μητρὸς; αγίας του Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ἵνα
και ἡ του θεοῦ χάρις; και τὸ ἀπειρον ἔλεος, και ἡ
εὐχὴ και ἡ εὐλογία τῆς ἡμῶν μετριότητος; εἴη μετὰ
πάντων ἡμῶν.

αψκζ: ἐν μηνὶ αὐγούστῳ ἰνδικτιῶνος ε'.

Ο Ἡρακλείας Γεράσιμος.
Ο Κίρκου Αδξέντιος.
Ο Νικομηθείας Σεραφείμ.
Ο Νικαίας Καλλίνικος.
Ο Χαλκηδόνος Νικόδημος.
Ο Θεσσαλονίκης Ἀνανίας.
Ο Τηρόβου Νικηφόρος.
Ο Ἀθηνῶν Ἰάκωβος.
Ο Οὐγγροβλαχίας Δανιήλ.
Ο Μηθύμνης Ἀνθίμος.
Ο Δρόστρας Κωνσταντῖος.
Ο Ἀγγιάλου Καλλίνικος.
Ο Χίου Δανιήλ.
Ο Λήμνου Ἰωαννίκιος.
Ο Κασανδραίας Ἰωακείμ.

MDCCLXXVII, mense augusto, indictione V.

Heracliae Gerasimus.
Cysici Auxentius.
Nicomediae Seraphim.
Nicaeae Callinicus.
Chalcedonis Nicodemus.
Thessalonicae Ananias.
Tirnobi Nicephorus.
Athenarum Iacobus.
Hungarovalachiae Daniel.
Methymnae Anthimus.
Drystrae Constantius.
Anchiali Callinicus.
Chii Daniel.
Lemni Ioannicius.
Casandriae Ioachim.

CONCILIIUM PROVINCIALE EBREDUNENSE

1727 augusti 16 - septembris 28.

Concilium provinciale Ebredunense, celebratum a die 16 augusti ad diem 28 septembris anni 1727, sub Petro de Guérin de Tencin, archiepiscopo Ebredunensi.

Bibliographia.

1) Decreta concilii provincialis Ebredunensis, Ebredunae editi, ab illustrissimo & reverendissimo domino, d. Petro de Guérin de Tencin, misericordiae divina archiepiscopo principe Ebredunensi, sancti

pontificio assistente, regi ab omnibus consilii, anno Domini 1727, mensibus augusto & septembri. [Insigne.] Gratianopoli, apud Petrum Faure, typographum & bibliopolam d. d. illustrissimi ac reverendissimi archiepiscopi principis Ebredunensis, M. DC. XXVII.

In-4°, 1 f. - 39 p. — (Avignon, ville; Paris, Bibl. nat. B. 2498.)

2) Concilium provinciale Ebredunae habitum, ab illustrissimo & reverendissimo domino d. Petro de

Guérin de Tencin, miseratione divina archiepiscopo principe Ebredunensi, sancti Romani imperii princeps & tricamerario, throno pontificio assistente, regi ab omnibus consiliis, anno Domini 1727 mensibus augusto & septembri. Gratianopoli, apud Petrum Faure, typographum & bibliopolam illustrissimum ac reverendissimum domini archiepiscopi principis Ebredunensis, M. DCCXXVIII. Cum privilegio regis.

In-4°, 268 p. - 1 f. (Avignon, séminaire; Caen, ville; Carpentras, ville; Douai, ville; Gand, université d'Etat; Le Mans, ville; Lyon, archevêché; Paris, Arsenal; Paris, Bibl. nat.; Paris, Mazarine; Paris, Sainte-Genève; Paris, Sorbonne; Roma, Propaganda; Roma, Vaticano; Roma, Vittorio-Emmanuel; Sens, séminaire; Toulouse, ville.)

3) Decreta concilii provincialis Ebredunensis Ebreduni habiti ab illustrissimo & reverendissimo domino, d. Petro de Guérin de Tencin, miseratione divina archiepiscopo principe Ebredunensi, sancti Romani imperii princeps & tricamerario, throno pontificio assistente, regi ab omnibus consiliis anno Domini 1727, mensibus augusto & septembri; juxta exemplar Gratianopolis, Avenione, apud Paulum Ofray, typographum & bibliopolam, prope collegium societatis Jesu, M. DCC. XXVIII. Superiorum permissu.

In-8°, 43 p. — (Avignon, ville.)

4) Edictum de concilio Ebredunensi, Petrus de Guérin de Tencin, miseratione divina archiepiscopus princeps Ebredunensis, sancti Romani imperii princeps & tricamerarius, throno pontificio assistens, regi ab omnibus consiliis.

S. l. n. a. (1727). — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

5) Prima oratio illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopi principis Ebredunensis ad r. r. provinciales, habita in 1^o congregatione generali die 16 augusti ann. 1727. [In fine:] Gratianopoli, apud Petrum Faure typographum d. d. illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopi principis Ebredunensis, 1727.

In-4°, 4 p. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

Page 2: Secunda oratio illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopi principis Ebredunensis ad patres concilii, habita in 1^o congregatione generali, post adventum r. r. episcoporum e vicinioribus provinciis, die octava mensis septembris ann. 1727.

6) Discours prononcé par monseigneur l'archevêque d'Embrun, dans la première session publique, après l'arrivée des seigneurs évêques voisins, invités à venir prendre séance au concile, de lundi 8 septembre. [In fine:] A Grenoble, chez Pierre Faure, imprimeur de monseigneur l'illustrissime & reverendissime archevêque prince d'Embrun, 1727.

In-4°, 4 p. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

7) Exhortation au peuple, prononcée par monseigneur l'archevêque d'Embrun après l'évangile de la messe solennelle du Saint-Esprit qu'il célébra le jour de la première session du concile provincial. [In fine:] A Grenoble, chez Pierre Faure, imprimeur de monseigneur l'illustrissime & reverendissime archevêque prince d'Embrun, 1727.

In-4°, 6 p. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

8) Epistola synodica concilii Ebredunensis ad reverendissimos Galliae episcopos. [In fine:] Gratianopoli, apud Petrum Faure, typographum d. d. illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopi principis Ebredunensis, 1727.

In-4°, 2 f. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

9) Discours prononcé par monseigneur l'archevêque d'Embrun à la dernière session. [In fine:] A Grenoble, chez Pierre Faure, imprimeur de monseigneur l'illustrissime & reverendissime archevêque prince d'Embrun, 1727.

In-4°, 2 f. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

10) Extrait des actes du concile provincial d'Embrun. [In fine:] Gratianopoli, apud Petrum Faure, typographum d. d. illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopi principis Ebredunensis, 1727.

In-4°, 14 p. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

11) Bref de n. s. p. le pape, de la propre main de n. s. à monseigneur l'archevêque d'Embrun. [In fine:] Gratianopoli, apud Petrum Faure, typographum & bibliopolam d. d. illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopi principis Ebredunensis, 1727.

In-4°, 1 f. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

12) Copie de la lettre du roy à monsieur l'archevêque d'Embrun.

S. l. n. a. In-4°, 1 f. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

13) Instruction pastorale de monseigneur l'archevêque d'Arles, sur le jansénisme, & pour la publication de l'avis & jugement des cardinaux, archevêques & évêques &c. contre la consultation des 50 avocats du parlement de Paris, au sujet du jugement rendu à Embrun contre M. l'évêque de Senes.

S. l. n. a. In-4°, 39 p. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

14) Lettre d'un avocat de province à M. Aubry, avocat au parlement de Paris, au sujet de sa dernière consultation en faveur de M. de Senes.

S. l. n. a. In-4°, 8 p. — (Avignon, ville.)

15) Seconde lettre d'un avocat de province à M. Aubry, avocat au parlement de Paris, au sujet de sa dernière consultation en faveur de M. de Senes.

S. l. n. a. In-4°, 8 p. — (Avignon, ville.)

16) Troisième lettre d'un avocat de province à M. Aubry, avocat au parlement de Paris, au sujet de sa dernière consultation en faveur de M. de Senes.

S. l. n. a. In-4°, 4 p. — (Avignon, ville.)

17) Lettre de son éminence monseigneur le cardinal Lercari, secrétaire d'état, à monseigneur l'archevêque d'Embrun. [In fine:] Gratianopoli, apud Petrum Faure, typographum d. d. illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopi principis Ebredunensis, 1727.

In-4°, 2 f. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

18) Lettre de M. le cardinal Lercari, ministre & secrétaire d'état à M. l'archevêque d'Embrun. [In fine:] A Grenoble, chez Pierre Faure, imprimeur-libraire, rue du Palais, 1728.

In-4°, 4 f. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

19) Observations faites par un évêque du concile d'Embrun, adressées à un prélat de ses amis, sur la lettre circulaire de M. l'évêque de Senes aux évêques de France.

S. l. n. a. In-4°, 8 p. — (Avignon, ville; Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

20) Journal historique du concile d'Embrun, par M.*** bachelier de Sorbonne. S. l. n. typ. MDCCXXVII. Avec permission.

In-12, 2 tomi, 224 p. - 1 f., 234 p. - 1 f. (Aix, ville; Lyon, ville; Paris, Bibl. nat.; Paris, Mazarine.)

21) Lettre de monseigneur l'archevêque d'Embrun à monseigneur l'évêque de Senes communiquée aux ecclésiastiques du diocèse d'Embrun pour

leur instruction. A Paris, chez la veuve Mazières et Jean-Baptiste Garnier, imprimeurs-libraires de la reine, rue St-Jacques, à la Providence, avec privilège du roi, M.D.CC.XXIX.

In-4°, 1 f. - 26 p. — (Avignon, ville.)

P. 26, data: „Embrun, le 4 janvier 1728.“

22) Mandement de monseigneur l'archevêque prince d'Embrun, portant condamnation de l'écrit intitulé: Consultation des avocats du parlement de Paris, au sujet du jugement rendu à Embrun contre M. l'évêque de Senez. A Grenoble, chez Pierre Faure, imprimeur-libraire de monseigneur l'illustrissime & reverendissime archevêque prince d'Embrun, 1728. Avec privilège du roy.

S. l. n. a. In-4°, 4 f. — (Avignon, ville.)

F. 4, data: „Embrun, 25 août 1728.“

23) Lettre d'un ancien docteur de Sorbonne à un de ses amis, sur la consultation des avocats, au sujet du concile d'Embrun, MDCXXVIII.

S. l. n. a. In-4°, 3 f. - 55 p. — (Avignon, ville.)

P. 55, data: „Le 15 juillet 1728.“

24) Relation de ce qui s'est passé dans le concile provincial d'Embrun, au sujet de la condamnation des écrits de M. l'évêque de Senez & du jugement prononcé contre la personne de ce prélat; par M. l'abbé de Michel, chanoine d'Embrun & abbé commendataire de S. Marcel, secrétaire du concile. A Paris, chez la veuve Mazières & Jean-Baptiste Garnier, imprimeurs & libraires de la reine, rue Saint-Jacques, à la Providence, MDCXXVIII. Avec approbation & privilège du roy.

In-4°, 1 f. - 55 p. — (Avignon, ville.)

Post relationem sequuntur decem documenta.

25) Mandement de monseigneur l'archevêque prince d'Embrun portant condamnation de l'écrit intitulé: Représentations justes & respectueuses à nosseigneurs les cardinaux, archevêques & évêques assemblez extraordinairement à Paris par les ordres du roy, pour donner à sa majesté leurs avis & jugement sur un écrit imprimé qui a pour titre: Consultation de messieurs les avocats du parlement de Paris, au sujet du jugement rendu à Embrun

contre M. l'évêque de Senez. A Grenoble, chez Pierre Faure, imprimeur-libraire de monseigneur l'illustrissime & reverendissime archevêque prince d'Embrun, rue du Palais, M.DCCXXIX. Avec privilège du roy.

In-4°, 1 f. - 25 p. — (Avignon, ville.)

P. 25, data: „Embrun, le ... [récit] novembre 1729.“

26) Quatrième lettre de M. l'arch. d'Embrun à M. l'évêque de Senez... dans laquelle il démontre que les principes contenus dans une instruction pastorale du 17 août 1727, sur l'autorité infallible de l'église &c., et imprimée sous le nom de ce prélat, ruinent le principe de l'autorité visible... et dans laquelle il relève en passant quelques endroits d'une lettre qui lui a été adressée sous le nom du même prélat, datée du 16 septembre 1728. Grenoble, 1729.

In-4°. — (London, British Museum, T. 39°, 8.)

27) Sixième lettre de M. l'arch. d'Embrun à M. l'évêque de Senez, communiquée aux ecclésiastiques du diocèse d'Embrun pour leur instruction.

S. l. n. a. In-4°, 6 p. — (Paris, Bibl. nat. inv. B. 2284.)

28) Sixième lettre de M. l'arch. d'Embrun à M. l'évêque de Senez, communiquée aux ecclésiastiques du diocèse d'Embrun pour leur instruction. A Grenoble, chez Pierre Faure, imprimeur-libraire de monseigneur l'illustrissime & reverendissime archevêque prince d'Embrun, rue du Palais, M.DCCXXX. Avec privilège du roy.

In-4°, 1 f. - 8 p. — (Avignon, ville; London, British Museum, T. 39°, 10.)

P. 6, data: „Embrun, le 20 juin 1730.“

29) Lettre de monseigneur l'archevêque prince d'Embrun, &c. aux fidèles de son diocèse en leur communiquant l'instruction pastorale de M. l'évêque d'Evreux du 15 novembre 1730, contre la consultation des 50 avocats au parlement de Paris.

S. l. n. a. In-4°, 4 p. — (Avignon, ville.)

P. 4, data: „Embrun, le ... [récit] août 1731.“

ACTA CONCILII PROVINCIALIS EBREDUNI

habiti ab illustrissimo et reverendissimo d. d. Petro de Guérin de Tencin, archiepiscopo principe Ebredunensi, et die 16 augusti anno 1727 inchoati.

CONGREGATIO PRIMA PRIVATA.

Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo septimo, die decima sexta mensis augusti, ex edicto indictionis concilii ab illustrissimo et reverendissimo d. Petro de Guérin de Tencin, archiepiscopo et principe Ebredunensi, promulgato litterisque ejusdem convocatoriis ad omnes reverendissimos d. d. provinciae episcopos directis, convenere mane hora aequi-septima in palatio archiepiscopali cum supparo et capito rñus d. Joannes de Soanen, Senecensis episcopus; rñus d. Flooardus Moret de Bourchenu, Vinciensis episcopus; rñus d. Laurentius Dominicus des Bertons de Crillon, Glandavenensis episcopus, et rñus d. Carolus d'Antelmy, episcopus Graasensis. Atque post celebratam a rño archiepiscopo in palatii archiepiscopalis sacello missam de Spiritu sancto, habita est ibidem prima congregatio privata, cui interfuere soli dicti rñi d. d. episcopi secundum ordinem antiquitatis inaugurationis suae consistentes.

Actum est in ea de modo habendi congregationes, tum privatas tum generales; de creandis

CONCIL. GENERAL. TOMUS XXXVII.

officiariis seu adjutoribus concilii; de ordine sedendi servando a deputatis, simul et de suffragio, quod ipsis esset concedendum. Speciatim actum est de suffragio concedendo procuratori reverendissimi domini Diniensis episcopi absentis et de modo quo dictus procurator interesse et considerare deberet in congregationibus; de theologis concilii et canonistis eligendis; de edendis decretis, sive de aperienda synodo, sive de fidei professione emittenda, sive de exigendo juramento non revelandi ea, quae in congregationibus, seu privatis seu generalibus, agerentur; de indictione primae sessionis, de hora et toto ordine ac modo procedendi die indicta a palatio archiepiscopali ad ecclesiam metropolitanam; ac denique de indictione secundae sessionis. Sicque terminata est prima congregatio privata.

Tum ad valvas palatii archiepiscopalis haec affixa est tabella.

Illustrissimus ac reverendissimus d. archiepiscopus princeps Ebredunensis, rñi d. d. episcopi, patres concilii, universis et singulis, qui concilio provinciali de jure vel consuetudine interesse de-

benf. mandant et praecipunt: ut hac die 16 mensis augusti anni 1737, hora 3 pomeridiana, in palatio archiepiscopali sistant se, pro congregatione generali in sacello ejusdem palatii habenda; et ut procuratores ac deputati procuratoria ibidem examinanda afferre non praetermittant. De mandato illustrissimi et rmi d. archiepiscopi principis.

Amiel.

PRIMA CONGREGATIO GENERALIS.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Anno Domini millesimo septingentesimo vicesimo septimo, pontificatus sñi domini nostri Benedicti divina providentia papae XIII. quarto, regni christianissimi regis Ludovici XV. duodecimo, die 16 augusti, hora tertia pomeridiana, habita est a rmo d. archiepiscopo in palatio archiepiscopali Ebredunensis sacello congregatio prima generalis, cui interfuere cum rochejo et mozetta reverendissimi d. d. episcopi: videlicet rñus d. Joannes Soanenfi, episcopus Senecensis: rñus d. Flodoardus Moret de Bourchenu, episcopus Vinciensis: rñus d. Laurentius Dominicus des Bertons de Crillon, episcopus Glandavensis: rñus d. Carolus d'Antelmy, episcopus Grassensis. Interfuere r. d. Josephus de Puget, rmi d. episcopi Diniensis absentis procurator neñon ejus in dioecesi vicarius generalis; r. d. Victor Amedaeus de la Font de Savine, abbatiae Boscodonensis S. Benedicti abbas commendatarius: deputati: scilicet duo capituli ecclesiae Ebredunensis: duo item Ebredunensis dioecesis cleri: unus capituli Diniensis ecclesiae et unus ejusdem dioecesis cleri: duo Glandavensis capituli, quorum alter erat item a clero ejusdem dioecesis deputatus: deputati duo Grassensis ecclesiae, alter capituli, alter cleri: dicti omnes cum pallio, talari et quadrato pileolo; demum deputatus unus abbatiae Lerinensis ordinis sui vestibus indutus. Interfuere theologi ac canonistae, in congregatione privata matutina electi. Facto initio ab invocatione Spiritus sancti solitis precibus, rñus d. archiepiscopus habuit orationem latinam ad concilium.

Cum perorasset, rñus d. archiepiscopus sequentes nominavit adjuutores concilii seu officarios ab iisdemque more solito juramentum exegit.

Adjuutores concilii.

R. d. Gaspar d'Hugues, ecclesiae metropolitanae Ebredunensis canonicus et reverendissimi d. archiepiscopi vicarius generalis, promotor concilii.

R. d. Joannes Baptista Jouve, ejusdem ecclesiae canonicus, vice-promotor.

R. d. Antonius de Michel, ejusdem ecclesiae canonicus, secretarius.

R. d. Nicolaus Amiel, in dioecesi Ebredunensi beneficiarius, subsecretarius.

R. r. d. d. Guillelmus Salva, Ebredunensis ecclesiae canonicus; et Franciscus Ignatius Jouvenc, ejusdem ecclesiae beneficiarius, caerimoniarum magistri.

D. Jacobus Vial, in supremo Delphinatus senatu causidicus, et d. Franciscus Leydon, in Ebredunensi curia procurator, notarii concilii.

Tum a concilio electi theologi, et canonistae nominati sunt, qui sequuntur.

Theologi et canonistae saeculares.

R. d. Joannes Faure, sacrae theologiae doctor, Ebredunensis ecclesiae canonicus et archidiaconus.

R. d. Josephus Payan, dioecesis Aquensis sacerdos, doctor Sorbonicus et dioecesis Grassensis deputatus.

Regulares.

R. d. Jacobus Silvestre, ordinis S. Benedicti, in abbatis Boscodonensi prior claustralis.

Pater Antonius Arnaud, ordinis S. Dominiaci, in monasterio Barcinonensi Alpium sacrae theologiae doctor.

P. Ludovicus Clarion, ejusdem ordinis, monasterii Brianconensis prior et sacrae theologiae baccalaureus.

P. Josephus Roux, ordinis Minorum conventualium sancti Francisci, in monasterio Ebredunensi guardianus, sacrae theologiae doctor.

P. Franciscus Roulx, ejusdem ordinis ac monasterii, sacrae theologiae doctor.

P. Stephanus Maniquef, ordinis Minimorum provincialis in provincia Lugdunensi, sacrae theologiae doctor.

P. Benedictus de la Roche, ordinis Capucinorum, Ebredunensis monasterii guardianus.

P. Laurentius de la Roche, ejusdem ordinis ac monasterii.

P. Polycarpus Ramboz, ordinis Recollectorum S. Francisci, Brianconensis monasterii guardianus.

P. Pontianus du Tremble, ejusdem ordinis, monasterii Gratianopolitani guardianus et sacrae theologiae professor.

P. Nicolaus Boudret, societatis Jesu, collegii Ebredunensis rector.

P. Franciscus Mollie, ejusdem societatis, in clericorum seminario Ebredunensi director et sacrae theologiae professor.

Rñus d. Senecensis episcopus a concilio petit, ut inter theologos admitterentur bini, quos adduxerat, ecclesiastici, quibus nomen esse dixit, uni Bouret de Vaumeni, alteri Boulenai.

Rñus d. archiepiscopus, de concilii sententia, rñum d. episcopum Glandavensem praeposuit examinandis theologorum concilii titulis et rñum d. episcopum Vinciensem expendendis deputatorum litteris procuratoriis: eundem constituit judicem tum absentiae causarum tum controversiarum: eique in praefatis adiutores dedit r. d. de la Font de Savine, abbatem Boscodonensem, et r. d. d'Hugues, in metropolitana ecclesia Ebredunensi canonicorum collegio praepositum.

Rñus d. archiepiscopus exhibuit litteras a rño d. episcopo Diniensi ad se missas, quibus significabat, gravibus detineri se infirmitatibus, ne concilio interesse possent, rogans hanc legitimam habeat absentiae causam, simul adjiciens perscriptum medicorum testimonium: hisce synodi jussu recitatis in consensu litteris medicorumque testificatione adjecta, excusationem accepit synodus acceptionisque actum concedi voluit rño d. episcopo Diniensi, atque tam ejus litteras, quam medicorum testimonium actis concilii inseri.

Exhibuit item rñus d. archiepiscopus tum epistolam propriam suam, regi Sardiniae scriptam, occasione concilii ecclesiaeque Niciensis, cujus episcopus Ebredunensis metropolitanae suffraganeus est, qua regiam ejus tutelam petit pro concilio, simul et facultatem omnibus ex dioecesi Niciensi, qui de jure vel consuetudine concilio interesse debent, Ebredunum conveniendi ad synodum inchoandam die 16 augusti praesentis anni; tum rescriptas sibi litteras a dicto rege, quibus significat, exoptasse se quidem, recens nominatum Niciae episcopum adesse concilio potuisse inauguratum; quod cum fieri non potuisset, sese interim omnibus ex dioecesi Niciensi, qui de jure vel consuetudine concilio interesse debent, facultatem Ebredunum con-

veniendi ad synodum die indicā perlibenter con-
cessurum.

Denique a rño d. archiepiscopo exhibitae sunt
item litterae, sibi a d. le Blanc, regi a decretis in
re militari consilia, missae regio nomine. Quibus
ipsi notam facit christianissimi regis voluntatem de
militaribus concilio deferendis honoribus regisque
hac de re mandata, a se denunciata domino de
Ménard, proregi ac praefecto Ebredunensi: videli-
cet, ut prima inchoati concilii actio publica tor-
mentorum bellicorum emissionibus duodecim cele-
bretur: ut, dum episcopi turnatim aliqui, incedendo
per urbem, occurrent stationi militum, derepente
armis accincti se stant stationis milites ordinati
signumque dantes protectionis. denique ut ex pro-
xima militum statione singulis episcopis pro foribus
collocetur excubitor honoris causa.

Has omnes jussum est palam in consessu reci-
tari litteras, atque inde inter concilii instrumenta re-
poni.

Statuit deinde synodus, quae sequuntur:

1. Hora octava matutina habebuntur in palatii
archiepiscopalis sacello congregationes privatae epi-
scoporum. Eodem in loco congregationes habe-
buntur generales hora tertia pomeridiana. Omni-
bus congregationibus intererunt episcopi exa ro-
cheto et mozetta. Solis generalibus intererunt de-
putati ac theologi, saeculares cum talari pallio et
pileolo quadrato, regulares vero vestitu quisque
suo proprio induti.

2. Congregationum privatarum fiet exordium a
missa ab uno episcoporum sine cantu celebranda:
quam subsequetur invocatio Spiritus sancti. Ab
ipsa vero invocatione Spiritus sancti congregationes
generales sument initium, finemque singulae acci-
pient oratione: *Sub tuum praesidium*, etc.

3. Ex responsō Gregorii papae XIII. ad Rotho-
magensis concilii quaesitum anno 1581, decretoque
conformi Burdigalensis concilii anno 1624, non alii
praeter episcopus vocem habebunt decisivam.
Reverendissimi tamen d. episcopi Diniensis gratia
concesso jure illo fruatur r. d. de Puget, dicti
reverendissimi d. episcopi procurator, in iis omni-
bus, in quibus ex canonibus non est praedictum
jus specialiter episcopis reservatum.

4. Dictus procurator omnibus concilii congrega-
tionibus intererit. In iis vero quemadmodum et in
sessionibus publicis sedebit primus ab episcopis,
eodem ordine et in sella dorsuosa. Quod ad alios
spectat deputatos, quemcumque sedendi ordinem
servent, nihil inde officietur juri alieno, nulli jus
novum acquiratur.

5. Nemo eorum, ex quibus constat concilium,
absque causa legitima aberit riteque sibi concessa
facultate.

6. Decreta, prius a reverendissimo d. archi-
episcopo, sive de aperienda synodo, sive de modo
vivendi in concilio, concepta et formata atque a
patribus in privata congregatione approbata, reci-
tabuntur, quae et palam perfecta sunt.

7. Cum fides totius sit religionis basis ac
fundamentum, decernendum visum est, ut in 1 ses-
sione pro more conciliorum omnium sollemnis emit-
tatur ab omnibus fidei professio, atque pro more
conciliorum provincialium Tridentino posteriorum
ea adhibeatur formula, quae ex Pii IV. constitu-
tione deprompta in praesenti consessu lecta est.

8. Habebitur prima sessio crastina die 17 au-
gusti in ecclesia metropolitana.

9. Etsi in posterioribus conciliis id moris videat-
ur fuisse, ut in prima sessione sacram eucharistiam
de manu archiepiscopi, sollemniter celebrantis, sumant
omnes, qui concilio intersunt: nihilominus, cum de-

clarasset reverendissimus d. archiepiscopus, signi-
ficatum sibi a quibusdam praesulibus fuisse, optare
se ea die ob speciales causas privatim sacrum fa-
cere, statutum est, omnia eucharistiae sumptione
publica, privatim singulos missam celebraturos.

10. Ante initium congregationum generalium
continuo per semi-horam ictu pulsabitur majus aea
campanum ecclesiae metropolitanae. Ut vero cunctis
solemniter annuntietur, prima sessio cras futura: hac
die vespere ab hora quarta ad septimam et cras
mane a sexta usque ad tempus, quo metropolim
ingressa fuerit synodus, urbis campanae pulsabun-
tur omnes.

11. Crastina die, decima septima augusti, hora
sesquiseptima matutina, processionaliter ad pala-
tium archiepiscopale conveniet capitulum cathedra-
lis ecclesiae: indeque universa synodus, ibidem
adatas hora praedicta, ad ecclesiam metropolita-
nam simul cum capitulo ordine infra describendo
procedet, primam sessionem habitura.

Ordo incedendi.

Bidellus.

Thuriferarius.

Subdiaconus crucem gerens ecclesiae metropolitanae,
duobus hinc inde stipatus acolythis.

Theologi et canonistae, regulares secundum ordinem
sui antiquitatem procedentes propriisque ordi-
nis vestibus induti, et saeculares cum talari
pallio et pileolo quadrato.

Deputatus abbatiae Lerinensis, ordinis sui vestibus
indutus.

Deputati clericorum cum talari pallio et pileolo
quadrato.

Beneficarii ecclesiae metropolitanae cum super-
pelliceo.

Deputati ecclesiarum cathedralium cum superpelli-
ceo villosaque amictu.

R. d. abbas Boscodonensis, rocheto et pluviali
indutus.

R. d. procurator rñi d. episcopi Diniensis, alba et
pluviali indutus.

R. r. d. d. canonici metropolitanae ecclesiae cum
pluvialibus.

Rñi d. d. episcopi, ordine antiquitatis consecra-
tionis suae incedentes, pluviali super roche-
tum induti mitramque gestantes, suo quisque
ad latus extra ordinem comitatu capellano.

Crucem gerens archiepiscopalem.

Qui pedit archiepiscopali gerendo destinatur.

Bini capellani rñi d. archiepiscopi.

Prima et secunda capituli dignitas, gremiale ferentes.

Illustrissimus et reverendissimus d. archiepiscopus,
pontificalibus indutus, pedum manu gestans,
medius inter diaconum et subdiaconum cano-
nicos.

Diaconus et subdiaconus assistentes.

Tertia et quarta capituli dignitas cum pluvialibus.

Presbyter assistens alterque mitram gerens cum
pluvialibus.

Bidellus.

12. In consessu recitatum est decretum de se-
cunda sessione indicenda ad diem 24 augusti, quae
erit dies dominica: salva tamen facultate eam pro-
rogandi aut in aliam diem rejiciendi, si id expedire
concilio videbitur.

Cum reverendissimus d. archiepiscopus etiam id
statuendum proposuisset, ut omnes, qui concilio
intersunt, jurejurando sese astringerent, ne quid-
quam revelarent, quod iis detrimento esse posset:
consensere omnes, praeter reverendissimum d. epi-
scopum Senecensem, qui huic obstat decreto jura-
menti velut insoliti. Re aliquamdiu agitata, cum

nihil certi de ea statui potuisset, in proxime futuram congregationem generalem rejecta est. Huncque finem habuit prima congregatio generalis.

PRIMA SESSIO.

Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo septimo, sanctissimi domini nostri Benedicti papae XIII. pontificatus quarto, christianissimi regis Ludovici XV. regni duodecimo, die decima septima mensis augusti, quas erat dies dominica, habita est prima sessio in ecclesia metropolitana.

[Longam quae deim sequitur caerimoniarum descriptionem omisimus, quam videre licet in editio ne Gratianopoli anno 1728, pag. 27-32.]

Concilii secretarius, medius inter binos caerimoniarum magistrus, ad rñum d. archiepiscopum accessit, atque, inclinato capite, tum ipsum tum rños d. d. episcopos salutans, de manu rñi d. archiepiscopi decreta sumpsit concilii promulganda. Salutatisque iterum rñis d. d. archiepiscopo et episcopis, in suggestum ascendit, promulgavitque sequens de aperienda synodo decretum.

Decretum de aperienda synodo.

Illustrissime et reverendissime domine, reverendissimi patres, placetne vobis, ad laudem Dei et ecclesiae catholicae decorem, concilii provincialis Ebredunensis initium fieri?

Promulgato decreto, subsecretarius simul cum duobus caerimoniarum magistris ad rñum d. d. archiepiscopum accessit, salutans tum ipsum tum rños d. d. episcopos, dixitque: *Illustrissime et rñe domine, placetne decretum?* Qui respondit: *Placet.* Eoque salutato, ad rños d. d. episcopos, qui erant e regione antiquioris episcopi, accedens, salutatis iis, dixit: *Rñi patres, placetne vobis decretum?* qui per vices singuli responderunt: *Placet.* Rursum salutatis iis, ad rños d. d. episcopos altroversum positos perrexit, factusque obviam rño d. archiepiscopo inclinavit sese, et salutatis rñis d. d. episcopis, dixit: *Rñi patres, placetne vobis decretum?* qui singuli per vices responderunt: *Placet.* His iterum salutatis, rediit ad rñum d. archiepiscopum, profundeque inclinans sese, dixit: *Illustrissime et reverendissime domine, decretum placuit patribus.* Simulque recessit. Tum rñus d. archiepiscopus pronuntiavit: *Decretum placuit patribus; itaque decernimus, concilii provincialis Ebredunensis initium fieri et jam factum esse.*

Post haec duo caerimoniarum magistri rño d. archiepiscopo annuciavere *Te Deum laudamus.* Sumptoque pastoralis pedo, stetit rectus ad finem usque hymni, quo finito, considerunt omnes rñi d. d. archiepiscopus et episcopi, mitras induentes. Jussu rñi d. archiepiscopi secretarius e suggestu legit decretum de modo vivendi in concilio.

Decretum de modo vivendi in concilio.

Ex quo concilii provincialis celebrationem, etc. [Mansi-Coleti, Conc., (1902), XXXIV, 1911-2.]

Tum subsecretarius, binis comitatus caerimoniarum magistris, modo praefato patrum vota acquisivit retulitque ad rñum d. archiepiscopum, qui, acceptis illis, dixit: *Decreta placere, patribus, ideo agendas sunt Deo gratias.* Responderunt patres: *Deo gratias.*

Secretarius e suggestu singulos rños d. d. episcopos nominatim appellavit.

Reverendissimus dominum episcopus Senecensis: r. adsum.

Reverendissimus dominus episcopus Diniensis: r. adest per procuratorem.

Reverendissimus dominus episcopus Vinciensis: r. adsum.

Reverendissimus dominus episcopus Glandavensis: r. adsum.

Reverendissimus dominus episcopus Grassensis: r. adsum.

Reverendissimus dominus episcopus Niciensis: r. adest.

Jussu rñi d. archiepiscopi ex eodem suggestu secretarius promulgavit decretum de professione fidei emittenda.

Decretum de professione fidei emittenda.

Cum inter omnes pastoralis officii. [Mansi-Coleti, l. c., 1913-4.]

Decreto a patribus approbato, secretarius e suggestu recitavit professionis fidei formulam, Pii IV. jussu edictam. Tum subsecretarius patrum vota de more sumpsit, retulitque ad rñum d. archiepiscopum, qui posita mitra, flexis genibus, manum super librum evangelii extensa, legit formulam etc.

Ego Petrus de Guérin de Tencin, archiepiscopus princeps Ebredunensis, ea omnia et singula, quae a sacrosancta Tridentina synodo definita et statuta sunt, recipio. Necnon veram obedientiam summo Romano pontifici spondeo et profiteor, haeresesque omnes, a sacris canonibus et generalibus conciliis praesertimque ab eadem synodo damnatas, detestor et anathematizo, juxta formulam praescriptam a sanctissimi domino nostro Pio IV. pontifice maximo.

Tum rñus d. archiepiscopus mitra indutus sedit, habens prae manibus librum evangeliorum, atque ad eum singuli rñi d. d. episcopi per vicem accedentes, positis mitris, manibusque super dictum librum evangeliorum superpositis, eandem pronuntiavere fidei formulam. Hos subsequutus est procurator rñi d. episcopi absentis. Idem praestitere abbas praeseus, deputati, theologi, canonistae, officarii concilii, bini et bini accedentes.

His peractis secretarius e suggestu promulgavit decretum sequens de secunda sessione habenda:

Illustrissime et reverendissime domine, reverendissimi patres, placetne vobis, secundam sessionem fore die vigesima-quarta praesentis mensis, quae erit dies dominica, ita tamen ut ad aliam diem transferri vel prorogari possit, si pro rebus concilii bene gerendis conducere videbitur?

A subsecretario votis patrum de more exquisitis et relatis, rñus d. archiepiscopus dixit: *Decreta placuerunt patribus, ideo habebitur secunda sessio die vigesima quarta praesentis mensis, ita tamen, etc., ut supra.*

Deinde rñus d. archiepiscopus solemniter benedixit. Secretarius e pulpito centum dierum indulgentias a concilio iis omnibus, qui caerimoniae adfuerant, concessas promulgavit. Discessitque concilium eodem, quo accesserat, ordine.

SECUNDA CONGREGATIO PRIVATA.

Et ipso tempore rñus d. episcopus Grassensis palam declaravit, minime se unquam ea protulisse verba, quae conquestus fuerat rñus d. episcopus Senecensis; iterumque interpellavit eum rñus d. archiepiscopus, num probationibus obfirmare vellet ea, quae adduxerat tum in sui tum in caeterorum rñorum d. d. episcoporum recusationem. Quod cum iterum ille denegasset, rñus d. archiepiscopus secretario tradidit supradicta lita instrumenta recitanda. Tum vero iis aurem denegans rñus d. episcopus Senecensis abire velle visus est: frustra commonitus rogatusque, ut adesse vellet neve abnueret, qui se veritatis cultorem esse diceret, veritatem audire in re praesertim tam gravi, in qua de bona metropolitani sui existimatione ageretur diluendisque calumniis hominum male edocorum vel pejus affectorum falsisque inde et detrimentosis delendis notionibus, quae in ejus animo possent residere consignatae. Nil his exoratus abiit rñus d. ep. Senecensis.

Quo digresso, palam recitata sunt a secretario provisiones, sententia iudicijque senatus, quae exscripta leguntur.

COPIE DES PROVISIONS DE LA COUR DE ROME.

pour le prieuré de Merlou, datées du 22 décembre 1718.

BELLOVACENSIS.

Per obitum extra curiam.

Beatissime pater. Cum prioratus cura conventuque carens et personalem residentiam non requirens de Merloto (vulgo de Merlou), ordinis sancti Benedicti, Bellouacensis diocesis, dicti prioratus commendam, in quam ille ex concessione apostolica ad vitam obtinere consuevit, per obitum illius ultimi possessoris commendatarii, cujus nomen et cognomen in litteris, si videbitur, exprimi possint, extra Romanam curiam defuncti, cessante, adhuc eo, quo ante ipsam commendam vacabat, modo vacaverit et vacet ad praesens, licet quidam pro presbytero se gerens, cujus nomen et cognomen in litteris, si videbitur, exprimi possint, incapax, inhabilis nullisque saltem titulis legitimis suffultus, dictum prioratum indebitè assuequi praetendat seu jam forsitan indebitè detinere occupatum: supplicat humiliter sanctitati vestrae devotus illius orator Germanus Le Roy, presbyter Claremontensis seu alterius diocesis, quatenus sibi, ut commodius sustentari valeat de aliquo conventu auxilio,

providendo ac specialem gratiam faciendo, dictum prioratum, cujus et illi forsitan annexi fructus viginti quatuor ducatus aureos de camera secundum communem estimationem valorum annuum non excedant, quomodo seu per liberam dieti defuncti vel cujusvis alterius consensum de ille in dicta curia vel extra eam et coram notario publico et testibus sponte factam aut assentionem, commenda ipsa cessante, vacet, etiam devolutum, affectum specialiter vel alias ex quavis causa et dispositione exprimenda generaliter reservatum, litigiosus cujus litis status existat, eidem oratori per eum, quoad vixerit, tenendum, ita quod liceat ei de fructibus disponere, alienationeque interdicta, commendare dignemini de gratia speciali, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac monasterii seu alterius regularis loci, a quo dictus prioratus forsitan dependet, et ordinis praefati etiam juramento et [quavis firmitate alia] roboratis statutis caeterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis.

Concessum ut petitur in praesentia sa. d. n. papae à *De Astellis*.

Cum absolute a censuris ad effectum et quod prioratus dispositio verusque et ultimus dieti prioratus vacationis modus, etiam ex illo quaevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, habeantur pro expressis, seu in toto vel ex parte exprimi possint, et cum clausula: Generale, etc. exprimenda, et de commendam dieti prioratus ad ipsius oratoris vitam, quatenus dictus defunctus illum sic obtineret, illeque sic obtineri consueverit, tenendi: ita quod liceat ei de fructibus disponere ut supra, et quatenus litigiosus existat litis status, ac nomina et cognomina iudicum et collateralium iuratum et tituli illorum exprimi seu etiam pro expressis haberi, et litterae in forma simplicis commendae gratiosae surrogationis etiam quoad possessionem gratiae *si neutri, si nulli, si alteri, perinde valere*, cum gratificatione opportuna, quatenus illi locus sit extendendi, simul vel separatim exprimi possint et cum derogatione regulae de annali possessione quoad primam ejus partem ac praefatorum statutorum caeterorumque quomodolibet contrariorum latissime extendendo et quod praemissorum omnium et singulorum etiam qualitatum invocationum, denominationum, nuncupationum annexorum fructuum aliorumque necessarium major et verior specificatio et expressio fieri possit in litteris, et committatur episcopo Bellouacensi sive ejus officiali in forma dignum antiqua.

Concessum . . . *De Astellis*.

L. Vannicellus.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, undecimo kalendas januarii anno decimo nono.

R. P. H. Lancianus pro rño d. vicegerente.

S. m. m. undecimo kalend. januarii anno decimo nono, lib. 2, fol. 82.

Balthasar Roland du Bourg, in supremo Galliarum senatu et in regis consilio advocatus consiliaris regis; in Romana curia expeditionarius, Parisiis commorans in vice Sancti Severini, expediti curavi et tradidit. *Roland du Bourg.*

Contrôlé à Paris le 4 mars 1719. De la Note. Inscrit et contrôlé à Beauvais au greffe des insinuations ecclésiastiques, le 11 mars 1719. Renard.

SENTENCE.

A tous ceux qui ces présentes lettres verront; les gens tenant les requêtes du palais à Paris, conseillers du roy en sa cour de parlement, communières auxdites requêtes, salut. Sçavoir faisons; qu'entre M^{rs} Etienne Vaisière, clerc du dia-

clerc de Sisteron, prieur de Sainte Marie-Magdeleine de Merlo ou Merlou, demandeur, suivant sa requête et exploit d'assignation donnée pardevant le bailli de Senlis des douze et dix-neuf juillet 1719. Et évoqué en la cour, à ce que sans avoir égard à l'opposition du défendeur cy-après nommé, ledit demandeur sera maintenu, et gardé en la possession et jouissance du prieuré de Sainte Marie-Magdeleine de Merlo ou Merlou, fruits et revenus en dépendants, avec restitution de ceux qui seroient percés par ledit défendeur, et le condamner aux dépens, et... Comparant par M^{re} Cochin et Copineau ses avocat et procureur, d'une part; messire Pierre Guérin de Tencin, abbé de Veselay, grand archidiacre et grand vicaire de Sens, défendeur, et incidemment demandeur par ses défenses du 23 août 1719 à ce que ledit sieur Veissière fut débouté de ses prétentions et condamné aux dépens, comparant par M^{re} Aubry et l'Hoste ses avocat et procureur, d'autre part; la cour, parties oïes en la chambre pendant une audience, ordonne qu'il en sera délibéré. Fait le 7 juin 1720. Et après avoir délibéré, la cour faisant droit sur la demande de la partie de Cochin, a maintenu et gardé, maintient et garde ladite partie de Cochin dans la possession et jouissance du prieuré de Sainte Marie-Magdeleine de Merlo ou Merlou dont est question; fait défenses à la partie d'Aubry et tous autres de l'y troubler; condamne la partie d'Aubry à lui en restituer les fruits et revenus, si aucuns il en a percés; condamne en outre la partie d'Aubry aux dépens. Et sera la présente sentence exécutée nonobstant oppositions ou appellations quelconques, et sans y préjudicier par provision, en cas d'apel par forme de récrance à la caution juratoire de la partie de Cochin suivant l'ordonnance. Si mandons au premier huissier ou sergent royal sur ce requis, mettre la présente sentence à exécution, de ce faire lui donnons pouvoir. Donné à Paris, sous le scel desdites requestes en la seconde chambre d'icelles le 14 juin 1720. Collationné. Veillard. Scellé le 18 juin 1720. Copie. Copineau. Feuille. 21 juin 1720.

ARREST.

Lotis, par la grâce de Dieu, roy de France et de Navarre. Au premier des huissiers de notre cour de parlement, ou autrement notre huissier ou sergent sur ce requis. Sçavoir faisons, que le jour et date des présentes, comparat judiciairement entre messire Pierre Guérin de Tencin, abbé de Veselay, grand archidiacre et grand vicaire de Sens, apellant de la sentence rendue aux requestes du palais à Paris le 14^e jour de juin et 19^e jour de juillet 1720 et de l'exécutoire des dépens décerné en conséquence, et de tout ce qui est ensuivi, et demandeur en requête du 13^e jour de février 1721 à ce qu'il plût à nôtredite cour, mettre lesdites appellations et ce dont est apel au néant, et émandant débouter le sieur Veissière cy-après nommé de toutes ses demandes, décharger ledit demandeur desdites condamnations contre lui prononcées par lesdites sentences, et condamner ledit sieur Veissière à la restitution des fruits par lui percés, ou pé percevoir audit prieuré, en ses dommages, intérêts, et en tous les dépens, tant des causes principales que d'apel, d'une part. Et Etienne Veissière, clerc tonsuré du diocèse de Sisteron, prieur de Sainte Marie-Magdeleine de Merlo ou Merlou, intimé et défendeur, d'autre part. Et encore entre Jean-Louis Guérin de Tencin, se disant clerc tonsuré du diocèse de Grenoble, demandeur aux requestes des 2 février et 2 août 1721. La

A première, à ce qu'il plût à ladite cour le recevoir partie intervenante dans la susdite cause, lui donner acte de ce que pour moyen d'intervention, il employoit le contenu dans sa requête, ensemble les provisions obtenues dudit prieuré de Merlou par ledit sieur abbé de Tencin, le 29^e jour de juin 1717 et l'acte de prise de possession faite en conséquence le 19 avril 1718. Faisant droit sur son intervention où nôtredite cour jugeroit que l'union du prieuré de Merlou au chapitre de Veselay ne dût point recevoir d'exécution, en ce cas, le maintenir et garder dans la possession dudit prieuré avec restitution de fruits, faire défense audit sieur Veissière et tous autres de l'y troubler, à peine de tous dépens, dommages et intérêts, et condamner les contestans aux dépens; et la seconde, à ce qu'ou la cour seroit quelque difficulté d'autoriser l'exécution de l'union du prieuré de Merlou à la messe capitulaire de Veselay, il plût à nôtredite cour, le maintenir et garder dans la possession dudit prieuré, aux offres qu'il faisoit de rapporter ses lettres de tonsure en bonne forme, dans le tems qu'il plairoit à nôtredite cour de préférer, et condamner ledit sieur Veissière aux dépens, d'une part; et ledit sieur de Tencin abbé de Veselay, et Veissière prieur de Sainte Marie-Magdeleine de Merlou, défendeurs, d'autre part; et encore entre ledit sieur Veissière, demandeur en requête du 11^e de février audit an, à ce que faite par ledit Jean-Louis de Tencin, d'avoir communiqué ses titres et capacités, il plût à nôtredite cour, le déclarer non recevable dans son intervention et requête, et le condamner aux dépens, d'une part; et ledit Jean-Louis de Tencin, défendeur, d'autre part. Après qu'Aubry, avocat de Pierre Guérin de Tencin, Chevalier, avocat de Guérin de Tencin, et Julien de Pruney, avocat de Veissière ont été oïes pendant trois audiences, ensemble de Lamoignon pour le procureur général du roy; nôtredite cour reçoit la partie de Chevalier, partie intervenante, sans avoir égard à son intervention, ni à sa requête, desquelles elle l'a débouté, a mis et met les appellations au néant; ordonne que ce dont est apel, sortira effet; condamne l'apellant en l'amende de douze livres et aux dépens; condamne pareillement la partie de Chevalier aux dépens. Mandons mettre le présent arrest à due et entière exécution selon sa forme et teneur; de ce faire te donnons pouvoir. Donné en parlement, le troisième jour d'avril l'an de grâce 1721 et de notre règne le sixième. Collationné par la chambre. Signé: Gilbert; et scellé extraordinairement le 8 avril 1721. Signé: Aubrelie syndic, avec paraphe; Coquineau, signifié le 8 may 1721 en domicile, et plus bas, Corpelet.

His recitatis, edixit concilium, promotori exhibendum esse rñi d. episcopi Senecensis scriptum, depositum in consensu, deliberandi causa super illo et requirendi, quae sibi viderentur.

Rñus d. episcopus Glandavensis theologos omnes, a concilio praesentatos, dignos a se reportos affirmavit, qui in concilium admitterentur: solos a rño d. episcopo Senecensi adductos theologos coram se nullò modo praesentes extitisse.

Subscripsit † Petrus arch. p. Ebredun.

TERTIA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 19 augusti habita est mane in palatii archiepiscopalis aecello a rño d. archiepiscopo tertia congregatio privata, cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, solo absente ultro rño d. episcopo Senecensi.

Discernerunt patres de utilitate decretorum ad edendum, quibus, quantum fieri posset, una atque consimilis in tota provincia statueretur disciplina. Actum est specialiter de episcoporum, canonicorum et parochorum officis.

TERTIA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1737 die 19 augusti, hora tertia pomeridiana, habita est a rño d. archiepiscopo in palatii archiepiscopalis sacello tertia congregatio generalis, cui interfuere rñi d. d. episcopi Viciensis, Glaudivensis et Grassensis, r. d. de Puget, r. d. abbas Boecodonensis, deputati, theologi ac canonistae omnes concilii. Solus aberat rñus d. episcopus Senecensis.

Promotor super exhibito sibi scripto rñi d. episcopi Senecensis, quo singulorum continebantur reverendissimorum d. d. episcoporum personales recusationes, haec exposuit apud synodum dixitque:

Reverendissimi domini. Manifestum est, non alium rño d. episcopo Senecensi propositum esse finem, quam ut novas et moratorias inducat causas, quaecunque illae sint. Cum enim primum objecisset concilii provincialis incompetentiam, a qua objectione se non recedere profitetur: viam tamen nunc oppositam inivit, dum personales tentat etiam iudicium singulorum recusationes cum incompetentia non consentaneas. Hae vero recusationes, iterum si in se spectentur, et probabili omnes destitutae fundamento, et vitiosae insuper ac non servata debita forma propositae primo aspectu apparent.

Primum enim et apertum formae vitium est, quod evidenti affectatione simul eodemque tempore omnes singulatim concilii episcopos recuset rñus d. episcopus Senecensis. Est enim illud speciali jure cautum, ne totum aliquod valide possit tribunal recusari, sive directa id fiat via sive indirecta, singulatim omnes simul recusando iudices. Nimirum haec cernitur esse manifesta attentatio affectata effugiendi iudicii, quam jura reprobant. Manifestius vero haec cernitur in praesenti delatae instructionis pastoralis causa, quae non aliam aptiorem agnoscat iudicem quam comprovincialium synodum episcoporum.

Alterum occurrit vitium, dictarum recusationum nullum afferri probationis firmamentum, imo et constanter denegari requisitum. Quod quam sit juri communi contrarium, nemo necit; quo vide licet expresse statuitur, ut recusans ob factum aliquod iudicii objectum, accedere teneatur cum scriptis probationibus objecti, alioquin in casum eat sua objectio, iudicique vel contrarium declaranti credi debeat et hoc uno asserta sibi manere iudicandi facultas; adeo ut rñus d. episcopus Senecensis hoc ipsum, quod amplectitur, recusationum remedium simul deserere videatur, dum probare reanuit, quod in recusationis argumentum adducit.

Jam vero, si singula opus sit perpendere dictarum recusationum capita, quis non videt, quam inane sit illud, quod rño d. archiepiscopo objicitur? Nempe fiduciariae crimen simoniae, de quo neque iudicium existit ullum, neque actio intentata, neque locus etiam fuerit actioni: cum provisiones in ea, quae adducitur, hinc agerentur defendendae ab adversario, non jure devoluti ob competitoris inhabilitatem ullam aut incapacitatem, sed mere per obitum obtentae, multa vero, a iudicio senatus imposita, non alia fuerit quam praestituta appellanti causa cadenti multa; atque etiam immunita et solita minor, quippe ad duodecim libras redacta. Quod apertius iterum est ad manifestius innocentiae signum. Atqui ex vulgarissimis juris regulis delictum nullum opponi potest iudici aut in recusa-

tionem propositi, nisi sit prius de illo intentata actio vel iudicanda vel iudicata. Quod si non constet, iam penes quemcumque reum foret, falsam affligendo iudici sine crimine, omnem suspendere auctoritatem iudicis omnemque proinde actionem iudiciumque declinare ac morari. Recusatio haec non esset, sed accusatio et recriminatio, quam pariter omnes vetant leges et canonicae et civiles. Non relations criminum, aiunt illae, sed innocentiae reus pergetur. Sed vulgata ista quid afferre necesse est? cum jam ex allatis atque recitatis in concessu praedictae litis instrumentis perspecta omnibus fuerit calumnia, cumque vel ipsemet rñus d. episcopus Senecensis, postquam ea in concessu hesterno audivit, quae in dictae calumniae confutationem a rño d. archiepiscopo ex tempore prolata sunt, neque interpellatus probationum fidem adducere, neque rogatus instrumentorum adductorum fidem vel auditu percipere voluerit, sed sponte a concilio recedens, planum omnibus fecerit, se nec talium auctorem esse, nec ullam habere fidem auctoribus commentorum. Est igitur haec recusatio fundamento destituta et forma debita.

Idem de caeteris reverendissimorum d. d. episcoporum recusationibus ferri debet iudicium. Inam pariter omnes nituntur fundamento. Rñus d. episcopus Grassensis palam negavit, se iis unquam usum fuisse verbis, quae retulit rñus d. episcopus Senecensis in acto suo. Aliunde vero constat, in rebus, quae ad fidei doctrinam pertinent, nullum jure posse recusari episcopum iudicem, quin sit ipse erroris in fide suspectus. Neque vero, quod eorum aliquis pro munere suo acriter in errorem insurrexerit, hoc ei aut crimini verti aut in recusationis legitimae argumentum opponi posse, quisquam dixerit.

Ex his aliisque permulta e re ipsa natis passimque cuilibet occurrentibus considerationibus requiro ac postulo, ut, non obstantibus supra dictis recusationibus, tam generalibus quam specialibus, quae vanae, illusoriae, frustratoriae, informes atque irritae declarabuntur, ultra procedatur ad instructionem iudiciumque querimoniae a me habitae de instructione pastoralis, delata die 18 augusti, ex requisitionibus dicta die allatis seu ulterius a me afferendis.

Deliberatum Ebreduni, die 19 augusti anno 1737. Subscripsit *Gaspar d'Hugues*, promotor.

Cum discessisset promotor, deposita in concessu requisitione, concilium, jus dicens, decretum infra descriptum protulit, cujus autographum, adjunctis promotoris requisitionibus, extat inter synodi instrumenta authentica.

Decretum.

Concilium, ex promotoris requisitionibus jus dicens, statuit: non obstantibus allatis recusationibus, sive generalibus sive specialibus, utpote vanae, frustratoriae, informibus et irritis, ultra esse procedendum ad examen instructionis pastoralis a promotore delatae, atque post auditam relationem rñi d. episcopi Grassensis, explicatoris hujus causae designati, iudicium pronuntiandum esse a synodo, prout ipsi videbitur. Notumque fiat praesens decretum rño d. episcopo Senecensi, recitante apud ipsummet secretario concilii, praesentibus binis concilii notariis.

Datum in concilio, tertia in congregatione generali, habita die 19 augusti anno 1737. Subscripsit + *Petrus* archiep. p. Ebredunensis.

Subinde deliberatum est a synodo, specialem curam esse demandandam patribus ea perpendendi singulatim, quae ad ecclesiasticam spectant disciplinam.

pliam. Quapropter rogati sunt rñi d. d. episcopi A vicinarum provinciarum Aquensis, Arelatensis, Viennensis, Lugdunensis et Bisuntinae.
Vinciensis et Glandavensis, ut expensenda susciperent, rñus d. episcopus Vinciensis, quae ad episcoporum et canonicorum, et rñus d. episcopus Glandavensis, quae ad parochorum officia pertinent.

QUARTA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 20 augusti ante meridiem habita est a rño d. archiepiscopo in palatii archiepiscopalis sacello quarta congregatio privata: cui interfuere rñi d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, solo absente rño d. episcopo Senecensi.

Actum est de utilitate edendi libri catechiami ad communem totius provinciae usum. Variis praeterea de rebus actum est. Sicque terminata est congregatio.

Descriptio notificationis hesterni decreti.

Anno 1727 die 20 augusti, me concilii secretario recitante, praesentibus binis concilii notariis, personaliter notificatum fuit rño d. episcopo Senecensi suprapositum decretum, die 19 praesentis mensis datum. Qui rñus d. episcopus Senecensis respondit, persistere se in actis suis contestatisque denunciationibus, subscriptionemque denegavit. Quae attestans subscripsi *de Michel*, secretarius concilii. *Vial*, concilii notarius, *Leyden*, concilii notarius, subscribere.

QUARTA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 20 augusti hora 3 pomeridiana habita est in palatii archiepiscopalis sacello a rño d. archiepiscopo quarta congregatio generalis: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis, r. d. de Puget, r. d. abbas Boecodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii. Abfuit rñus d. episcopus Senecensis.

Rñus d. episcopus Grassensis ex speciali relatoris mandato sibi munere die 18 augusti in secunda congregatione generali, cum retulisset ad synodum de instructione pastorali a promotore delata: ad plenioris causae cognitionem jussum est ipsamet palam recitari instructionem pastorem: simulque omnibus ejus generis ejusque momenti visa est esse, de qua statuendum foret ex requisitionibus promotoris. Quare ulterioris ab ipso afferendae deliberationis causa statutum est, exhibendam dicto promotori esse declarationem a rño d. episcopo Senecensi eadem die 18 augusti in concessu factam, qua se palam auctorem profiteretur instructionis pastoralis, jussu suo fuisse divulgatam, ejusque defensionem se suscipere. Promotor, accepta lectaque declaratione, synodum ingressus ait:

Rñi domini. Cum ad vos primum detuli libellum instructionis pastoralis, cui adscriptum erat nomen rñi d. episcopi Senecensis, confidebam, rñum d. episcopum Senecensem illius non esse auctorem, vel, si esset, fore ut ad recitandum opus adduceretur, vestra emollitus mansuetudine vestrique sinceræ erga ipsum charitatis officis permotus: quod cum longe aliter evenisse intellexerim ex ipsamet declaratione, jussu vestro mihi exhibita, qua potius promptum se paratumque profiteretur illud defendere: expresse jam requiro et postulo, ut non modo in dictam instructionem pastorem, sed et in ejus auctorem viis canonicis procedatur. Ad quem finem et ut solemniter a vestro coetu exeat iudicium, requiro, ut invitentur ad hanc synodum rñi d. d. episcopi

vicinarum provinciarum Aquensis, Arelatensis, Viennensis, Lugdunensis et Bisuntinae.

Deliberatum Ebredani, die 20 augusti anno 1727. Subscripsit *Gasper d'Hugues* promotor.

Deposita in concessu deliberatione, cum recensisset promotor: concilium sequens edidit decretum, cujus autographum exemplar simul cum promotoris requisitorio asservatur inter acta concilii.

Decretum.

Requisitioni promotoris concedens synodus statuit ac decrevit: e vicinis Aquensium, Arelatensium, Viennensium, Lugdunensium et Bisuntinam provinciarum invitatoriis litteris advocandos esse episcopos procedendi causa, ut attinebit, praesensque decretum ipsi rño d. episcopo Senecensi esse notificandum per secretarium, dictum decretum recitantem, praesentibus binis concilii notariis. Qui secretarius dictum rñum d. episcopum simul interpellabit, ut, si quos ex dictis Aquensium, Arelatensium, Viennensium, Lugdunensium et Bisuntinam provinciarum suspectos habeat meritoque recusandos, nominatim appellet ac recusationis argumenta proferat: quo synodus super his statuatur, quod aequum videbitur.

Statuit insuper synodus, ut non prius praefatum notificetur decretum dicto rño d. episcopo Senecensi, quam si a duobus rñis d. d. episcopis Vinciensi et Grassensi, ipsum simul cum r. d. de Puget et r. d. d'Hugues, Ebredunensis ecclesiae praeposito, aduentibus, denuo supplicatum fuerit verbis hortatoriis: ne velit longioris obediendi morae difficilem exitum experiri neve concilio diram inferre necessitatem, ex canonibus gravioris aliquid in ipsum constituendi, utrumque avertat, justae tum ecclesiae tum concilii voluntati obsequendo.

Datum in concilio, in quarta congregatione generali, habita die 20 augusti post meridiem anno 1727. Subscripsit *Petrus* arch. p. Ebredunensis.

Eo ipso tempore rñi d. d. Vinciensis et Grassensis episcopi, decretum exequentes, rñum d. episcopum Senecensem simul cum r. d. de Puget et r. d. d'Hugues, capituli ecclesiae Ebredunensis praeposito, convenere. Frustraque adhibitis suasionibus hortationibusque vehementioribus, ad synodum reversi retulere, obfirmato in priori proposito ac sententia perstare animo rñum d. episcopum Senecensem.

QUINTA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 21 augusti ante meridiem habita est in palatii archiepiscopalis sacello a rño d. archiepiscopo quinta congregatio privata, cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, solo absente rño d. Senecensi episcopo.

Rñus d. episcopus Vinciensis patribus exposuit varia, quae sibi occurrerant, utiliter statuenda de iis, quae ad officia spectant episcoporum canonicorumque ecclesiarum cathedralium.

QUINTA CONGRERATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 21 augusti, hora 3 pomeridiana, solito in loco habita est a rño d. archiepiscopo quinta congregatio generalis, cui interfuere de more omnes episcopi praeter rñum d. episcopum Senecensem absentem, r. d. de Puget, r. d. abbas Boecodonensis, deputati, theologi et canonistae.

Interim dum ipsa haberetur congregatio, notificatum fuit rño d. episcopo Senecensi hesternum concilii decretum. Cujus notificationis actum hic exscriptum infra decretum ipsum adscriptum legitur in autographo.

Notificatio decreti.

Annis 1727 die 21 augusti per me, concilii secretarium, praesentibus hiis concilii notariis, restatum fuit ac rite notificatum rñs d. episcopo Senecensi decretum concilii, die 20 praesentis mensis datum. Qui rñs d. episcopus simul per me ex dicto decreto interpellatus, ut, si quos ex Aquensi, Arelatensi, Viennensi, Lugdunensi et Bisuntina provinciis suspectos haberet episcopos meritoque recusandos, nominatim appellaret atque recusationum argumenta proferret. Ad dictam interpellationem non respondens, hoc solum petiit, ut liceret sibi infra praesentis notificationis actum scriptas apponere contestatas prioribus actis suis denuntiationes, quas iterare se velle declaravit. Cui postulationi cum a me concedi non posse retulissem, denec postulationem ipsam ad concilium detulisset: mox rediturus, ad synodum accessi; ejusque responsam voce deliberationem retuli ad rñm d. episcopum Senecensem, videlicet: contestatas denuntiationis minime ipsi licitum esse infra apponere notificationi decreti, in charta vero separata quaecumque vellet exarata dare responsa, me recepturam, simul daturam sponendi dictae chartae exemplum chirographo meo subsignatum, certum ipsi ac solemne futurum testimonium a se responsorum. Oblata renuit necnon et postulatam praesenti notificationi subscriptionem. Quae omnia recedens in actum redacta curavi, praesentibus dictis concilii notariis, qui necum subscripserunt.

De Michel, secretarius;

Vial, concilii notarius;

Loydon, concilii notarius.

Relato ad synodum praedicto notificationis acto, exposuit promotor, mirum esse, quod rñs d. episcopus Senecensis, a quo hactenus de industria ad lites litibus inserendas prodissent acta opposita, mox incompetentiae, mox recusationis, nihil tamen objecisset suspicionis adversus ullum ex quinque provinciarum episcopis, denuntiatis sibi in causa sua futuris iudicibus: unde provide facturam sibi videri synodum, si nullam accersat episcopum ex his, in quos ex cleri Gallicani conventuum statutis cadere possit privatio juris utriusque suffragii.

Rñs d. archiepiscopus recitandum tradidit sequens invitatoriae epistolae exemplum, ad viciniam provinciarum episcopos a se perscriptae.

EPISTOLA.

Reverendissime domine.

In civitatem istam Ebredunensem ad concilium nostrum provinciale, annuente rege christianissimo, nobis pro debito pastoralis sollicitudinis convocantibus, convenerunt illustrissimi ac reverendissimi domini episcopi suffraganei nostri, quo necessitatibus et bono ecclesiarum provinciae nostrae, aspirante Deo, provideremus. Porro inter caetera, quae huic sanctae synodo proponenda occurrebant, primum ac praecipue denuntiatum nobis fuit opus quoddam Gallico idioma impressum ac vulgatum sub titulo: *Instruction pastorale de monseigneur l'évêque de Senes, dans laquelle à l'occasion des bruits, qui se sont répandus de sa mort, il rend son clergy et son peuple dépositaires de ses derniers sentiments sur les contestations qui agitent l'église.* Cujus quidem operis auctor plurima ab ecclesia jam damnata dogmata commendare, a debitis principibus ac legitimis pastoribus obedientia avertere, summorum pontificum constitutiones, universa suffraganeae ecclesiae, promulgatas lacerare gravibus accusatur indicis. Illud vero stupendum magis visum est, quod reverendissimus episcopus Senecensis,

cujus nomine praefatum documentum inscribitur, ex juris praescripto interrogatus, illud suum esse agnovit cuiusque nota ac nomine muniverit.

Quocirca, ut saluti praesentis ac periclitanti plebi consulere, matura coram Deo deliberatione habita, adversus praedictum reverendissimum episcopum Senecensem juxta canonicas sanctiones agendum existimavimus. Ut autem solemnius hac in causa prodiret iudicium, e vicinioribus provinciis episcopos duximus advocandos. Has ideo ad amplitudinem vestram litteras mittimus, eam enixe rogantes et obtestantes in Domino, ut, abjecta omni cunctatione, ad hanc sanctam synodum ipsa die octava septembris adveniat et accedat, nobiscum et cum illustrissimis suffraganeis nostris de causa praefati reverendissimi episcopi Senecensis deliberatura. Hanc vero postquam invitationem gratam vobis futuram confidimus. Ipsi enim scitis, de ecclesiae hic agi utilitate promovenda, de episcopatus tuenda gloria ac denique de exitiali scandalo rescando. Ea sum interim, qua par est, observantia

Amplitudinis vestrae

humillimus et obsequentissimus
servus in Christo.

Recitatum epistolam synodus approbavit statuitque mittendam ad rños d. d. episcopos Vapincensem, Sistaricensem, Aptensem, Forojuliensem, Telo-nensem, Massiliensem, Arausicanum, Vivariensem, Tricastinensem, Diensem, Gratianopolitanum, Valentinum, Cabilonensem, Bellicensem, Augustodunensem.

Ingressus promotor ait: denuntiatum sibi hac ipsa die fuisse post meridiem nomine rñi d. episcopi Senecensis actum, priores ejus denuntiationes omnes innovans tum de incompetentia concilii tum de recusatis specialiter singulis rñis d. d. episcopis; quod actum cum mera esset praedictorum repetitio, postulare se, ut prioribus adjungatur actis ultimo causae iudicio reservandum. Depositoque in consensu acto, exiit promotor.

Synodus palam recitari jussit praedictum actum.

ACTE.

Au nom du Seigneur, Amen.

Jean, évêque de Senes, avoit droit d'espérer que le concile provincial d'Embrun se reconnoitroit incompetent à connoître de sa personne et de ses écrits, suivant l'acte du onze du courant, et que la matière seroit renvoyée au futur concile général, auquel tout étoit dévolu par un apel canonique, conformément aux loix de l'église et aux maximes du royaume. Cependant au préjudice de cette incompetence, et même avant qu'elle fut jugée, le concile a reçu la plainte du sieur promoteur, contre la personne et les écrits dudit évêque exposant, ce qui le réduisit à la dure nécessité de présenter et lire, lundi dernier dix-huit de ce mois dans l'assemblée, un acte de récusation personnelle, par surabondance de droit, contre les seigneurs archevêque et évêques dudit concile, lequel acte fut laissé sur le bureau par ledit évêque exposant qui en demanda acte. Et sans le lui avoir accordé, ni même remis l'original dudit acte répondu, ou du moins lui en avoir fait délivrer extrait par le sieur secrétaire du concile, on n'a pas laissé que de juger ladite récusation personnelle le jour d'hier, et d'en débouter ledit évêque exposant, de quoi il a eu connoissance seulement par la lecture que ledit sieur secrétaire lui en a faite le même jour sans lui en avoir délivré aucune copie, ni voulu

recevoir sa réponse par écrit, ce qui met ledit évêque exposant dans l'impuissance d'avoir ses piteux et actes nécessaires pour sa légitime défense, et l'oblige aujourd'hui conséquemment de déclarer qu'il persiste dans ses deux premiers actes d'incompétence et de recusation personnelle, protestant de nullité contre tout ce qui a été fait ou pourroit se faire dans la suite, et qu'il est dès maintenant appellé desdits jugemens pardevant qui de droit, à cause des abus, nullités et injustices qu'ils renferment. Signé: Jean, évêque de Senes, à l'original.

L'an mil sept cens vingt-sept et le vingt-unième jour du mois d'aout après midi, certifie je, Jacques Lagier, sergent ordinaire de la ville d'Embrun, y domicilié, paroisse Saint Vincent, pourvu par monseigneur l'archevêque et prince d'Embrun, immatriculé au greffé de ses juridictions, sousigné; qu'à la requête de messire Jean Soanen, évêque de Senes, j'ai bien et dûment intimé et signifié l'acte cy-dessus, par copie écrite et tout son contenu à M. l'abbé d'Hugues, chanoine en la cathédrale dudit Embrun, en qualité de promoteur du concile provincial qui se tient en ladite ville, aux fins qu'il n'en ignore, et ce ai fait et baillé la présente copie audit sieur d'Hugues en son domicile audit Embrun, parlant à M. l'abbé d'Hugues, chanoine en la cathédrale audit Embrun, qui l'a retiré. En foi de ce, signé: J. Lagier, sergent.

Recitavit actum decrevit synodus inter acta referri concilii, de illo jus dictura suo tempore, ut attinebit.

Sub hac variis de rebus ad disciplinam spectantibus tractatum est.

SEXTA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 22 augusti ante meridiem habita est in palatii archiepiscopalis sacello a rño d. archiepiscopo sexta congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, solo absente ulro rño d. episcopo Senecensi.

Pensata sunt decreta proposita de episcoporum et canonicorum officiis; cumque res sufficienter agitata in hac congregatione non visa fuisset, in proxime futuram congregationem rejecta est. Simul, decretis nondum confectis, deliberatum fuit de differenda sessione secunda, decretis hisce promulgandis destinata, ad diem trigesimam primam mensis augusti, quae erit dies dominica.

SEXTA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 22 augusti, hora 3 pomeridiana, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo sexta congregatio generalis, cui interfuere de more omnes rñi d. d. episcopi praeter rñum d. episcopum Senecensem, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Ut distributius tractarentur materiae, visum est, insistendum esse ordini decretorum in ultimo Ebredunensi concilio provinciali anno 1594 instituto, cujus habentur solummodo decreta; iis omissis vel retentis, quae temporibus his congruere vel non congruere judicarentur. Unde et ea recitanda curaverunt patres; atque agitata recitatorum decretorum materia, de his potissimum statutum est, esse edenda decreta, videlicet:

Primum, De exigenda certa ac non dubia constitutionibus summorum pontificum Innoc. X., Alexandri VII. et Clementis XI. obedientiae significatione ab iis omnibus ecclesiasticis, qui sive ordinibus initiandi sive ad beneficia canonice erant instituendi.

Alterum, Quo noxia librorum prohibitorum lectioni efficaciter occurratur.

Tertium, Quo praecipiasur parochia, ut solenter invigilent executioni ordinationum christianissimi regis de scholis ludique magistris et, si quid contra peccatum fuisse noverint, ordinarium sedulo commoneant.

Quartum, De edendo catechismi libro, quo uno et eodem uti teneantur omnes in tota provincia, et quo specialiter instructi esse debeant, antequam constituantur, ludimagistri.

Quintum, Quo prohibeatur cuilibet stipem rogare absque ordinarii facultate concessa.

Sextum, De reservanda episcopis ipsis perjurii in judicio absolutione.

Septimum, De innovandis concilii Ebredunensis decretis, quoad observationem celebrationemque festorum et diei dominicae: parochias mandando, ut in iis magistratuum vigilantiam excitent.

Octavum, Quo praecipiasur omnibus, qui apud se retinent tabulas renovationum, baptismorum, matrimoniorum et defunctorum, ut continuo eas in manibus parochorum reponant: prohibeaturque sub poena excommunicationis, ne, parochis vita functis, easdem surripiantur tabulae.

Nonum, Decretum, quo recens natos pueros praecipiasur quamprimum adduci in ecclesiam baptismi recipiendi causa.

Tum sequens de II sessione differenda edidit decretum, in consensu recitatum:

Decrevit sancta synodus, quod secunda sessio, quae indicta fuit ad diem 24 praesentis mensis augusti, transferatur seu prorogetur in diem trigesimam primam ejusdem mensis, et quod programma affigatur ad valvas ecclesiae metropolitanae et palatii archiepiscopalis.

Subscripsit + Petrus, arch. pr. Ebred.

SEPTIMA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 23 augusti ante meridiem, habita est, solito in loco, a rño d. archiepiscopo septima congregatio privata, cui interfuere de more rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, absente rño d. episcopo Senecensi.

Referente rño d. episcopo Vinciensi, inceptam persecuti sunt patres materiam de episcoporum et canonicorum officiis.

Die 24 augusti, quae erat dies dominica, hora 5 matutina haec ad valvas ecclesiae metropolitanae et palatii archiepiscopalis affixa est tabella:

De mandato illustrissimi et reverendissimi d. archiepiscopi principis Ebredunensis et reverendissimorum d. d. episcoporum patrum concilii, moventur omnes, qui concilio intersunt aut interesse debent, secundam sessionem, die vigesima quarta praesentis mensis augusti anni 1727 habendam, in diem trigesimam primam ejusdem mensis esse translataam.

Subscripsit Amiel, subsecretarius concilii.

Eadem die hora decima matutina, rñus d. archiepiscopus et rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati theologiae omnes et canonistae concilii in ecclesiam metropolitanam simul convenere, sacro adfuturi solemniter peragendo a rño d. episcopo Glandavensi. Quo peracto, cantatae sunt litaniae sanctorum.

Reliquum diei fundendis apud Doum precibus insumptum est.

OCTAVA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 25 augusti ante meridiem, habita est, solito in loco, a rño d. archiepiscopo octava congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis et r. d. de Puget, absente rño d. episcopo Senecensi.

Proposita fuere decreta de iis, quae ad debitam constitutionibus *Vincem Domini sabbath et Unigenitus Dei filius* obedientiam spectant.

Actum est etiam de opportunioribus adhibendis remediis ad rescandos abusus coercendamque immodestiam sive laicorum sive ecclesiasticorum in usu sanctissimi sacramenti eucharistiae.

SEPTIMA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 25 augusti hora 3 pomeridiana, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo septima congregatio generalis: cui interfuere de more omnes rñi d. d. episcopi praeter rñum d. episcopum Senecensem, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Inchoata decretorum concilii provincialis Ebredunensis recitatio continuata fuit: atque constitutum, ea esse innovanda, quae modestiam praecipiant accedentibus ad sacram mensam: ea, quae decentiam commendant in ornando divinae hostiae tabernaculo: item ea, quae agunt sive de constituenda sodalitate titulo insignita sanctissimi sacramenti in locis, ubi non viget haec institutio, sive de ritibus observandis in sacro faciendo: cui posteriori decreto visum est, adjiciendum esse praecipuum, ne quis absque talari tunica sacrum facere praesumat, sub poena suspensionis tertium delinquenti constituta.

NONA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 26 mensis augusti ante meridiem, habita est a rño d. archiepiscopo, solito in loco, nona congregatio privata: cui interfuere, rño d. episcopo Senecensi solo excepto, omnes rñi d. d. episcopi et r. d. de Puget.

De constitutionibus apostolicis decreta formata allata sunt atque perpensa.

OCTAVA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 26 augusti hora 3 pomeridiana, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo octava congregatio generalis: cui interfuere de more omnes praeter rñum d. episcopum Senecensem.

Continuata fuit decretorum recitatio concilii Ebredunensis actumque de recitatorum decretorum materiis.

DECIMA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 27 augusti ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo decima congregatio privata. Adfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget. Aberat rñus d. episcopus Senecensis.

Actum est variis de rebus ad fidem pertinentibus.

NONA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 27 augusti hora 3 pomeridiana, habita est, solito in loco in palatii archiepiscopalis sacello, a rño d. archiepiscopo nona congregatio generalis: cui interfuere omnes rñi d. d. episcopi praeter rñum d. episcopum Senecensem; r. d. de

A Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Secretarius in consensu deposuit actum sibi die praecedenti sub vespere hora sexta nomine rñi d. episcopi Senecensis denuntiatum.

Quod actum decrevit synodus exhibendum esse promotori deliberandi causa, postmodum super ejus deliberatione jus dictura.

Recitata fuere concilii Ebredunensis decreta, quae innovanda constituit synodus:

De foraneis vicariis; de visitationis exercendae officio; de metropolitanis, cathedralibus et collegiatis ecclesiis et in his ministrantibus; de tempore, quo quisque debet esse in choro; de modo, quo divinum officium sit celebrandum; de missa solemniter celebranda; de ecclesiis in genere; de processionibus; de ecclesiarum mansionariis; de conservatione et administratione bonorum ecclesiae; de capellanis; de regularibus et de exequiis episcoporum.

Rñus d. episcopus Vinciensis obtulit procuratorium deputationis, quod pridie receperat a clero Vinciensi, r. d. Rostan rite concessum.

UNDECIMA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 28 augusti ante meridiem, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo undecima congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, solo absente rño d. episcopo Senecensi.

Actum est iterum de rebus ad fidem pertinentibus, iterumque recitata fuere et examinata prius hac de re formata decreta.

DECIMA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 28 augusti hora 3 pomeridiana, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo decima congregatio generalis. Adfuere omnes rñi d. d. episcopi praeter rñum d. episcopum Senecensem et rñum d. episcopum Vinciensem morbi causa absentem; r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi omnes et canonistae.

Promotor dixit:

Reverendissimi domini. Actum praesentis mensis die 26, nomine rñi d. episcopi Senecensis synodo ipsi denuntiatum, mediante synodi secretario, expressam habet iteratam denuntiationem tum acti sui de incompetencia die 11 augusti, tum alterius de recusationibus ab ipsomet in consensu depositi die 18 ejusdem mensis. Caetera, quae praesenti enuntiantur acto, re ipsa mera sunt repetitio eorum, quae praecitata actis continentur; nisi quod in isto asserat et conqueratur rñus d. episcopus Senecensis, denegatum sibi fuisse dicta die 18 augusti, cum palam instructionem pastorem subscripto nomine suam declararet, postulatum actum contestatae denuntiationis, qua synodo objiciebat et ejus incompetenciam et recusationes episcoporum speciales: cum tamen, si veritas ipsa audiat per scriptaque consulantur acta, nullam omnino tunc temporis constet a rño d. episcopo Senecensi factam fuisse mentionem contestatae ullius denuntiationis.

Quare concludo et requiro, praesens actum aliis prioribus adjungi, ut tempore suo judicet de illo synodus, prout ipsi videbitur.

Deliberatum Ebreduni, die 28 augusti 1727. Subscripsit *Gasper & Augustus*, concilii promotor.

Deposita in consensu requisitione, cum exiisset promotor, recitandum jussit synodus actum rñi d. episcopi Senecensis.

ACTE.

[Cf. documenta ad finem hujus concilii edenda.]

Audita acti recitatione, synodus edidit decretum, cujus autographum simul cum promotoris requisitione actis concilii insertum est.

Decretum.

Promotoris requisitioni concedens synodus statuit, decrevit, ut actum, die 26 praesentis mensis concilii secretario, eoque mediante, concilio ipsi denunciatum nomine rñi d. episcopi Senecensis, caeteris adjungatur actis litisque instrumentis, suo tempore jus de illo dictura, ut attinebit; praesensque decretum ipsi rño d. episcopo Senecensi notificetur per secretarium, dictum ipsi decretum recitantem, praesentibus binis concilii notariis.

Datum in concilio, decima in congregatione generali, habita die 28 augusti post meridiem anno 1727. Subscripsit † Petrus, archiepiscopus p. Ebredunensis.

R. d. de Puget recitando protulit professionis fidei formulam, sibi a rño d. episcopo Diniensi missam concilio exhibendam: qua palam declarat ac profitetur, quid sentiat specialiter de iis, quae in praesenti acrius in ecclesia agitantur, quaestio- nibus.

Ea audita, rñus d. archiepiscopus dixit: ex iis, quae audierat synodus, sensu vere catholico plenis, non levem accepisse confirmationem jam ante animis omnium inlitam opinionem de eximia religione rñi d. episcopi Diniensis; simul et auctum praesulis illius desiderium doloremque de valetudine, per quam ejus praesentia careat synodus et sapientibus consiliis. Rogatusque est rñus d. episcopus Glandavensis, ut per litteras certum faceret reverendissimum d. Diniensem episcopum, quam laudata ab omnibus summaque cum veneratione habita fuerit tam sanae tanque orthodoxae fidei declaratio ac professio.

DUODECIMA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 29 augusti ante meridiem, habita est, in palatii archiepiscopalis sacello, a rño archiepiscopo duodecima congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget. Abfuit rñus d. episcopus Senecensis, abfuit item morbi causa rñus d. episcopus Vinciensis.

Actum est variis de rebus ad morum reformationem pertinentibus.

Notificatio decreti die 28 augusti dati.

Anno 1727, die 29 augusti post meridiem, per me, concilii secretarium, praesentibus binis concilii notariis, ex recitatione notificatum fuit rño d. episcopo Senecensi concilii decretum die 28 praesentis mensis datum. Qui dictus rñus d. episcopus Senecensis subscribere interpellatus recusavit. Quae attestans subscripsit de Michol, secretarius concilii. Vial, concilii notarius, Loydon, concilii notarius subscribere.

UNDECIMA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 29 augusti hora tertia pomeridiana, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo undecima congregatio generalis, cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii, solo absente ut prius rño d. episcopo Senecensi.

A Recitata sunt decreta in II. sessione publica: 1. De episcopis, 2. De canonicis, 3. De celebratione missae.

Deinde rñus d. archiepiscopus dixit: Quoniam quidem de disciplina tractandae materiae omnes ita essent instructae atque ordinatae, ut intra hebdomadam sequentem decreta possent omnia confici promulganda in III sessione sub finem hebdomadae, ex tunc videri, sessionem illam posse ad diem septimam septembris, quae erit dies dominica; qua habita sessione, libera foret deputatis ac theologis omnibus a concilio abundi facultas atque assistendi pariter, si lubitum foret; quos etiam, ut prius, ipse rñus d. archiepiscopus domi suae laetus recipere mensaque communicare promptus esset ac paratus.

Recitatumque fuit decretum tertiam sessionem his verbis indicens ad diem septimam septembris, quae erit dies dominica:

Illustrissime et reverendissime domine, reverendissimi patres. Placetne vobis tertiam sessionem fore die septima mensis septembris, quae erit dies dominica; ita tamen, ut ad aliam diem transferri vel prorogari possit, si pro rebus concilii bene gerendis conducere videbitur?

SECUNDA SESSIO.

Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo septimo, sa. d. n. Benedicti papae XIII. pontificatus quarto, christianissimi regis Ludovici XV. regni duodecimo, die 31 mensis augusti, quae erat dies dominica, habita est secunda sessio in ecclesia metropolitana. [Caerimoniarum descriptionem omisimus, quam videre licet in editione Gratianopolitana anni 1728, p. 87-9.]

Secretarius concilii, binis comitatus caerimoniarum magistris, de manibus rñi d. archiepiscopi accepit decreta concilii promulganda: videlicet de episcopis, de canonicis, de celebratione missae; decretum unum, quo concilii provincialis Ebredunensis anno 1584 habiti innovantur decreta: De celebratione festorum, de juraneis vicariis, de visitationis exrecendae officio, de metropolitanis, cathedralibus et collegiatis ecclesiis et in his ministrantibus, de tempore, quo quisque debet esse in choro, de modo, quo divinum officium sit celebrandum, de missa solemniter celebranda, de ecclesiis in genere, de processionibus, de ecclesiarum mansionibus, de conservatione et administratione bonorum ecclesiae, de cappellaniis, de regularibus et de excois episcoporum; denique decretum, quo tertia sessio ad diem 7 septembris indicitur [ut supra p. 734 B].

Decreta illa a secretario e suggestu recitata cum approbassent patres, ritibus observatis iisdem, qui in I sessione, rñus d. archiepiscopus benedictione solemniter toti coetui ad populo benedixit, ac secretarius e pulpito centum dierum indulgentias, a synodo adstantibus concessas, promulgavit. Huncque habuit finem secunda sessio. Processionaliter recessere ad palatium archiepiscopale rñi d. d. archiepiscopus et episcopi, mitra et pluvialibus induti, ac tota synodus eodem, quo ad ecclesiam accesserant, ordine.

XIII. CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 prima die septembris ante meridiem, habita est a rño d. archiepiscopo, in palatii archiepiscopalis sacello, decima tertia congregatio privata: cui interfuere rñi d. episcopi Vinciensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget. Abfuit rñus d. episcopus Senecensis.

Actum est de parochorum officiis atque deliberatum de invitando rño d. Sistaricensi episcopo.

qui pridie in urbem advenerat, ut concilii congregationibus omnibus, sive privatis sive generalibus, vellet interesse, secundum ordinem inaugurationis suae concessurus.

XIV. CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 2 septembris ante meridiem, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo decima quarta congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Sistaricensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, procurator rñi d. episcopi Diniensis, absente more suo rño d. episcopo Senecensi.

Rñus d. episcopus Sistaricensis gratias egit rño d. archiepiscopo et rñis d. d. episcopis, inter eos in concilium admissus. Tum continuata est de parochorum officii inchoata tractatio.

XV. CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 3 septembris ante meridiem, habita est a rño d. archiepiscopo, in palatii archiepiscopalis sacello, congregatio decima quinta privata: cui interfuere iidem rñi d. d. episcopi, qui in praecedenti congregatione adfuerant, et r. d. de Puget, absente de more rño d. episcopo Senecensi.

Actum est de sacramentis in universum atque etiam de specialibus baptismi, confirmationis et poenitentiae sacramentis: suntque allata de his meditata et formata decreta.

XII. CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 3 septembris hora 3 pomeridiana, habita est a rño d. archiepiscopo, in palatii archiepiscopalis sacello, duodecima congregatio generalis: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Sistaricensis, Glandavensis et Grassensis, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati theologique et canonicae concilii. Abfuit, ut semper, rñus d. episcopus Senecensis.

Recitata fuere et perpensa decreta, in privata hodierna congregatione proposita: de sacramentis in universum et de specialibus baptismi, confirmationis et poenitentiae sacramentis: atque ita, ut erant proposita, promulganda visa sunt in tertia sessione.

XVI. CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 4 septembris ante meridiem, solito in sacello, habita est a rño d. archiepiscopo decima sexta congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Sistaricensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, absente more solito rño d. episcopi Senecensi.

Postquam tractatum fuit de sacramentis eucharistiae, extremae unctionis, ordinis et matrimonii, proposita fuere de hisce sacramentis edenda decreta.

XVII. CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 5 septembris ante meridiem, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo XVII. congregatio privata: cui interfuere iidem, qui in praecedenti congregatione, rñi d. d. episcopi et r. d. de Puget, absente de more rño d. episcopo Senecensi.

De indulgentiis actum est, de sacris reliquiis, de sepulturis: atque allata fuere statuenda de iis decreta: simul et de parochorum officii, de quibus abunde fuerat disputatum in privatis praecedentibus congregationibus.

R. d. episcopus Grassensis postulationem et querimoniam detulit ad concilium de urbe, Anti-

poli, quae, spreta sui Grassensis episcopi dioecesanii jurisdictione, id sibi arrogat, ut a vicario apostolico jura immediate sumere valeat. Quae causa in praesenti agitur apud iudices recuperatorios, a rege ipso designatos.

Rñus d. archiepiscopus rogatus est a concilio, ut in epistola sua, ad regem christianissimum occasione concilii perscribenda, hanc episcopi causam commendat, postquam a dicto rño d. episcopo Grassensi commentarium hac de re plenum ac sufficiens acceperit.

XIII. CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 5 septembris hora 3 pomeridiana, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo XIII. congregatio generalis: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Sistaricensis, Glandavensis et Grassensis: r. d. de Puget: r. d. abbas Boscodonensis: deputati, theologi et canonicae. Abfuit de more rñus d. episcopus Senecensis.

Recitata sunt in consensu decreta omnia prius in privatis congregationibus proposita de eucharistia, extrema unctione, ordine et matrimonio: de parochorum officii: de indulgentiis: de sacris reliquiis, et de sepulturis. Quae omnia approbata fuere et in sequenti sessione visa sunt esse promulganda.

XVIII. CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 6 septembris ante meridiem, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo decima octava congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vinciensis, Sistaricensis, Glandavensis et Grassensis ac r. d. de Puget, absente de more rño d. episcopo Senecensi.

Sequens datum est decretum de translatione tertiae sessionis ad diem 8 septembris. Quae sessio indicta fuerat ad diem septimam:

Decrevit sancta synodus, quod tertia sessio, quae indicta fuit ad diem septimam praesentis mensis septembris, transferatur seu prorogetur in diem octavam ejusdem mensis, et quod tabella affigatur ad valvas ecclesiae metropolitanae et palatii archiepiscopalis.

Deinde constitutum fuit, ut in ipsa III sessione a quo eucharistiae sacramento reficerentur simul omnes, ex quibus constabit concilium.

Sequenti die 7 septembris anni 1727, quae erat dies dominica, mane hora sequi-septima affixa est ad valvas ecclesiae metropolitanae et palatii archiepiscopalis tabella admonens de translatione III sessionis (ut supra p. 730 B, de transl. II sessionis).

Rñi d. d. archiepiscopus et episcopi interfuere missae solemnii a capitulo cum cantu celebratae. Vespere vero solemnibus item adfuere primis vespere festi nativitate b. M. virginis, sub quas gratiae Deo actae sunt publicae de felici reginae partu, solemnii cantato hymno *Te Deum laudamus*. Demum consueto ritu, sumpto in manus sanctissimo sacramento, toti coetui benedixit sacerdos.

XIX. CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 7 septembris hora 5 sub vespere, solito in loco, habita est a rño d. archiepiscopo decima nona congregatio privata: cui interfuere rñi d. d. episcopi Vapincensis, Massiliensis, Bellicensis, Vinciensis, Forojuliensis, Sistaricensis, Glandavensis, Vivariensis, Aptensis, Gratianopolitanus et Grassensis, ac r. d. de Puget, procurator rñi d. episcopi Diniensis, absente ultro de more rño d. episcopo Senecensi.

Statutum fuit in hac congregatione, ut dicti rñi d. d. episcopi, quotquot in concilio aderant, pariter interessent sessioni publicae die sequenti habendae atque recedentur ipsi et tota synodus sanctissimo eucharistiae sacramento, administrante scilicet rño d. archiepiscopo celebrante. Insuper statutum fuit, ut, qui inter eos recens ad synodum advenerant invitati, eandem pronuntiarent fidei professionis formulam, quae in I sessione a com-provincialibus episcopis fuerat recitata.

Deinde admissi fuere in concilio et in numerum theologorum et canonistarum adscripti, qui sequuntur, a rñis d. d. episcopis praesentati:

R. d. Stephanus Guérin, theologiae doctor, decanus capitali Massiliensis ecclesiae b. v. Mariae dictae *des Accoules*, rñi d. episcopi Massiliensis vicarius generalis et ab eodem rño d. episcopo praesentatus.

R. d. Nicolaus Reynaud, in Parisiensi facultate theologiae doctor, rñi d. archiepiscopi Aqueusis vicarius generalis, a rño d. episcopo Forojulienis praesentatus.

R. d. Josephus Franciscus Salvador, juris canonici doctor, Avenionensis clericorum seminarii superior, a rño d. episcopo Vivariensi praesentatus.

R. d. Ludovicus Franciscus Gabriel d'Orléans de La Mothe, theologiae doctor, rñi d. archiepiscopi Arelatensis vicarius generalis, a rño d. episcopo Aptensi praesentatus.

TERTIA SESSIO.

Anno 1727. ss. d. n. Benedicti papae XIII. pontificatus quarto, christianissimi regis Ludovici XV. regni duodecimo, die octava septembris, quae erat dies Lunae, habita est in ecclesia metropolitana tertia sessio. [*Caerimoniarum descriptionem omnium, quam videre licet in editione Gratianopolitana anni 1728, p. 99-101.*]

Secretarius, binis comitatus caerimoniarum magistris, de manu rñi d. archiepiscopi recepit decreta e suggestu promulganda fecitque initium a decreto professionis fidei, cujus formulam recitavit eandem, quae usurpata fuerat in I sessione. Tum rñi d. d. episcopi Vapincensis, Massiliensis, Bellicensis, Forojulienis, Sistaricensis, Augustodunensis, Vivariensis, Aptensis, Valentinus et Gratianopolitanus praedictam in manibus rñi d. archiepiscopi pronuntiare formulam. Secundum illos idem praestitere r. r. d. d. Reynaud, Guérin, Salvador et de La Mothe, theologi et canonistae concilii recens admissi. Deinde secretarius promulgavit decreta *de curatis et de administratione sacramentorum*, quae decreta a patribus provinciae approbata fuere, ritu in praecedentibus sessionibus observato. Denique publicatum fuit decretum indictionis quartae sessionis ad diem 14 praesentis mensis [ut supra p. 734 B].

Quod decretum ab omnibus concilii patribus fuit approbatum. Tum more solito rñus d. archiepiscopus solemnibus benedictione adstantibus benedixit. Secretarius e suggestu indulgentias promulgavit, atque rñi d. d. archiepiscopus et episcopi, pluviali et mitra induti, ac universa synodus ad palatium archiepiscopale processere eodem, quo ad ecclesiam accesserant, ordine.

XIV. CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 8 septembris hora 3 pomeridiana, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo decima quarta congregatio generalis; cui interfuere illustrissimi et reverendissimi rñus d. Franciscus Berger de Mallisoles, Vapincensis episcopus et comes, s. imperii princeps;

rñus d. Henricus Franciscus Xaverius de Belunco de Castelmoron, Massiliensis episcopus; rñus d. Joannes de Doucet, Bellicensis episcopus et dominus, s. imperii princeps; rñus d. Flodoardus Moret de Bourcheu, Vinciensis episcopus et dominus; rñus d. Petrus Josephus de Castellane, Forojulienis episcopus et dominus; rñus d. Petrus Franciscus Laffitau, Sistaricensis episcopus et princeps Louraii; rñus d. Laurentius Dominicus des Bertons de Crillon, Glandavensis episcopus; rñus d. Antonius Franciscus de Blit-rwich de Moncley, Augustodunensis seu Aeduensis episcopus, comes Sauheu, provinciae Burgundiae comitorum praeses natus, provinciae Lugdunensis suffraganeorum primus et archiepiscopus Lugdunensis, sede vacante, administrator in temporalibus et spiritualibus; rñus d. Franciscus Reynaud de Villeneuve, Vivariensis episcopus, princeps Duxerae; rñus d. Joannes Baptista de Vaecon, Aptensis episcopus et princeps; rñus d. Alexander Milon, Valentinus episcopus et comes, princeps Soyonsii; rñus d. Joannes de Caulet, Gratianopolitanus episcopus et princeps; rñus d. Carolus Octavianus d'Antelmy, Grassensis episcopus; r. d. de Puget, rñi d. Diniensis episcopi procurator; r. d. de Savine, abbas Boscodonensis; deputati, theologi et canonistae concilii; absente ultro rño d. episcopo Senecensi.

Rñus d. archiepiscopus latinam habuit orationem.

Cum perorasset, rñus d. archiepiscopus ipsemet causae statum retulit, delatae a promotore instructionis pastoralis rñi d. episcopi Senecensis; totamque litem ad hanc usque diem exposuit. Deinde dixit, idcirco se invitatorias non direxisset litteras ad rños d. d. episcopos Arasicanum et Tricastinensem, quod eos a dioecesi sua abesse didicisset; quod vero spectat ad rños d. d. Diensem, Tolonensem et Cabilonensem episcopos, infirmam valetudinem causatos eos fuisse per litteras.

Declaravit praeterea rñus d. archiepiscopus, ab initio statutum fuisse a synodo, ut gallice quisque loqueretur in concilio; cum id postulare videretur materiae tractandae, cumque aliunde actum ipsum, a rño d. episcopo Senecensi die undecima augusti denuntiatum, gallice conscriptum esset.

† Petrus, arch. p. Ebredunensis. † Franciscus, ep. et comes Vapincensis. † Henricus, ep. Massiliensis. † Joa., ep. Bellicensis. † Flo., ep. Vinciensis. † Petrus Josephus de Castellane, episcopus Forojulienis. † Petrus Franciscus, ep. Sistaricensis. † Dominicus, ep. Glandavensis. † Antonius Franciscus, episcopus Aeduensis. † Franciscus Reginaldus, ep. Vivariensis. † Joannes Baptista, ep. Aptensis. † Alexander, ep. et c. Valentinensis. † Joannes, episcopus et p. Gratianopolitanus. † Carolus Octavianus, ep. Grassensis. Franciscus de Puget, sacerdos, vicarius generalis et procurator rñi episcopi Diniensis.

XV. CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727, die nona septembris ante meridiem hora nona, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo decima quinta congregatio generalis; cui interfuere rñi d. d. episcopi Vapincensis, Massiliensis, Bellicensis, Vinciensis, Forojulienis, Sistaricensis, Glandavensis, Augustodunensis seu Aeduensis, Vivariensis, Aptensis, Valentinus, Gratianopolitanus et Grassensis, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae; absente more suo rño d. episcopo Senecensi.

Promotor dixit:

Reverendissimi domini. In omnibus, quae ab inchoatione concilii haecenus peracta sunt, experti sumus, quid possit veritas, quantaeque vires habeat, tum ad detegendas haeresis artes varias ac tortuosas plenaeque periculi et insidiarum, tum ad depellendas discutendasque adductas sponte mendacis nebulas rebuque injectam erroris caliginem.

Rñus d. episcopus Senecensis, ut concilii hujusce provincialis auctoritatem subterfugeret neque ipse, episcopus scilicet, fidemque eam ac doctrinam iudicii ejus subtraheret, mira arte ab initio ad concilii universalis tribunal confugere se ac provocare palam declaravit, acto publico die 11 augusti praesentis anni denunciato reverendissimo domino archiepiscopo Ebredunensi. Hinc consequenter omne, quod non est plenum et oecumenicum concilium, incompetentem esse sui iudicem annuntiat rñus d. episcopus Senecensis, quasi vero ille, canones disciplinamque ecclesiae mire doctus, ignorare possit concilii provincialis iura perpetuumque in ecclesia iudiciorum usum, quo scilicet norant omnes, primum, quem sciamus, episcopum canonice iudicatum, Paulum Samosatenum, in provinciae suae concilio et iudicatum et depositum fuisse (erat tamen ille patriarcha Antiochenus et principum auctoritate praefultus); consequentibus vero temporibus, Euphratam in Coloniensi, Palladium et Secundianum, Arianos episcopos, in Aquilejensi, conciliis provincialibus rite et damnatos et depositos fuisse, quamvis posteriores ipsi duo, non secus ac rñus d. episcopus Senecensis, in ipso concilio, cui intererant, plenis buccis concilium generale inelamarent synodique provincialis iudicium rejicerent atque detrectarent; famosum illum Julianum Eclanensem, cujus doctrina necdum ullius concilii universalis iudicio percussa fuerat, sed tantummodo summi pontificis, cui annuerat sacra per orbem diffusa episcoporum cohors, nihilominus ob contumaciam depositum rite fuisse in concilio item provinciali, quamquam cum octodecim episcopis, asecclis suis, esset illi causa communis, et ipse quoque palam praetexeret interpositam a se damnationis pontificiae ad concilium universale provocationem. Doctrinae illius damnatio prior posteriorque depositio haud minus propterea in consequenti Ephesina synodo universali ratae et comprobatae sunt, parique in illa loco ac numero habitae sunt causa Juliani et mox ab ipsa damnati causa Nestorii.

Frustra congrederem innumera generis ejusdem exempla, passim in ecclesiae reperta commentariis. Minime vero haec ignorat rñus d. episcopus Senecensis; vel si ignorare videtur, affectata est tota haec ignorantia. Numquid enim oblivisci eorum potest, quae ipsemet nuper protulit in ea, quam ad vestrum detuli iudicium, instructione pastoralis; ubi disertis verbis, de episcopo consorte suo loquens, ista conqueritur: *Saltem debuisset, inquit, haec episcopi causas rite ad provinciale synodum fuisse deductas, ad quam solum pertinet primum ferre de episcopi doctrina iudicium... Non servata forma canonica indictaque ex praescriptis regulis causa, privatur ille beneficiis, atque praetermittitur naturalis ejus ac proprius iudex, in re videlicet, quae tota est de doctrina, et in qua id inquiritur, utrum derogaverit necne constitutionibus duorum summorum pontificum.*

Undenam igitur nunc auctoritate sua decedit concilium provinciale iudex factus est episcopi illegitimus et non competens? Atqui eadem processus agobatur tunc causa atque nunc. Idem facinus, par in utroque dignitas, idemque appellationis con-

A fugium. Id, quod est, perepicit; tunc temporis, anno scilicet elapso, olim tantum futura prospiciebatur, imo non futura putabatur unquam synodus provincialis. Nunc et processus adesse cernitur, et praesenti periculo errori damnationem, contumaciae poenam mimari. Hinc nimirum sermo diversus. Pro tempore nempe diversa loquantur laeti. Atque iade satis quisque habet iudicii, quid futurum esset, si illa ipsa, ad quam provocant, adesset processus synodus universalis: fore scilicet, ut, qui praecorum decimi sexti saeculi imitantur facta haereticorum, ab eorundem vestigiis non discederent, neque, pariter ut illi, oecumenico concilio obedientiam praestarent.

Scitis, reverendissimi domini, in rebus, quae ad fidem spectant, varium est in ecclesia iudiciorum genus: oecumenici concilii decretum; summi pontificis constitutio, subscribente episcoporum ordine; concilii etiam provincialis decisio, universalis deinde ecclesiae consensu comprobata.

Horum nota sunt omnibus temporibus exempla. Ariti quippe, Nestorii et Eutyctetis errores in conciliis oecumenicis damnati sunt. Pelagianorum aliorumque permultorum haereses, sive ante sive post tempora Nicaeni concilii a summis pontificibus peremptorie pariter confossae atque damnatae sunt, suffragantibus omnibus episcopis. Demum Semipelagianorum haeresis Paulique ipsius Samosatani errores non aliud peremptorium subiere iudicium quam concilii provincialis, ab universali postmodum ecclesia comprobatum.

Non igitur necesse quisquam dixerit, universale concilium cogi, quoties novus incidit error damnandus, neque ob paucos rebelles legitimoque ecclesiae per orbem diffusae iudicio non atantes totum ipsum commoveri debere orbem christianum, ut in unum adunentur locum primi pastores, qui jam conspiranti consensu erant animo conjuncti atque adunati. Et quis hoc sibi persuadeat, privati cujuslibet hominis vano provocationis ausu ad futurum universale concilium, cui congregando ut plurimum obstant variae principum rationes, prohiberi interim atque impediri patrefamilias, ne ex agro ecclesiae ea, quae non cessat inimicus homo supereminare errorum xizania, valeat eradicare?

Minime, reverendissimi domini, credibilis est tantus in supremo pastore Christo ovilis sibi tam cari neglectus. Quin potius quovis tempore, quovis loco circumstantes dedit illi hujusmodi rapaces arcece lupos, praesentis nempe iudicis remedio. Hoc laeti sumus experti in ea, quae agitur causa. Locutus est scilicet summus pontifex; loquentem duces conjunctis sententiis secutus est episcoporum ordo: causa finita est. Nefas igitur sit ecclesiae loquenti contradicere, absconum et contra leges, ab ecclesiae universalis iudicio authentico et irrevocabili ad ecclesiam ipsam, in concilium universale congregatam provocare.

Ex his, quae haecenus diximus, manifestum est, rñi d. d., interpositam a rño d. episcopo Senecensi appellationem, si in se spectatur, et canonibus esse contrariam, et sacrae hierarchiae adversantem, et ecclesiae ipsi injuriosam. Si vero expoetulationis nostrae singula perpendantur capita, omni prorsus praetextus volamine denudata apparebit hujusmodi appellatio. Nimirum tria conquesti sumus: primum, fidei formulae a s. pontifice traditae ac dudum regni legibus usque receptae audacem detractionem; alterum, constitutioni apostolicae ab ecclesia acceptatae apertam inobedientiam; tertium, libri anathematis ab ecclesia universa damnati affectatam approbationem atque laudationem. Quid horum

non censetur in concilio provinciali esse jure disceptandum atque judicandum?

Etenim, etiam si esset illa rñi d. episcopi Senecensis appellatio legitima, atque atque evidenter irrita est ac schismatica, an interim, dum cogatur supremum illud concilii universalis tribunal, non debent ab inferiore tribunali rescari abusus, audacia cotroeri, facinora puniri? Numquid non debet erroribus obiecti, lexque, potestatis utriusque conspirante auctoritate posita, incolumis atque illibata servari? An impune licebit haeresi verum inficere ecclesiae dogma? Tranquillaque licebit esse episcopis, dum in domo Dei, ipsis conspicientibus, flamma ardet discordiae, furor haeresis ac schismatis insanit? Idque licebit, donec per tempora liceat, forte nusquam, concilium universale congregari?

Hic, rñi d. d., legitimis atque consentaneis nixa est rationibus delatio mea atque expositio. Censui nempe pro munere mihi credito occurrendum dissensionem, regno pariter atque ecclesiae imminenti. *Solet enim, quemadmodum Constanti imperatori scribebat olim Martinus pontifex, una cum orthodoxa fide status fovere respublicas.*

Non hic referam, quae jam ante superioribus dixi sermonibus adversus recusationes, tam generales quam speciales a rño d. episcopo Senecensi adductas. Nihil iterum de falsis rei gestae expositionibus secusque ab ipso narratis in actis duobus posterioribus, quae concilii officariis denuntiari curavit. Hoc unum in praesenti consideretis, obsecro, quascunque ille sive ante sive post inchoatum concilium interposuit appellationes, ut dicitur, tamquam ab abusu seu usurpatae alienae jurisdictionis nomine, frivolas, inordinate et contra leges fuisse interpositas minimeque adeo esse admittendas: cum vel in ipsis tribunalibus saecularibus pro indubitato habeatur, causas doctrinales sortis esse ecclesiasticae cum exceptione, idque ipsum asserat articulus trigessimus edicti regii anno 1695 dati.

Ex quibus jam expresse requiro ac postulo, ut, praetermissis argumentis omnibus a rño d. episcopo Senecensi adductis ipsaque ejus appellatione ab abusu, ultra tendatur ad iudicium delationis et expositionis meae, ex prius datis a concilio decretis praeparatoriis. Atque in hunc finem, notificetur rño d. episcopo Senecensi, advenisse ad concilium invitato, me requirente, rños d. d. episcopos Vapincensem, Massiliensem, Bellicensem, Foro-Juliensem, Sistaricensem, Augustodunensem, Vivariensem, Aptensem, Valentium et Gratianopolitanum; eosque caeteris prius in concilium congregatis episcopis sese adjunxisse, iudicandi causa de ejus instructione pastoralis atque etiam de propria ejus persona.

Deliberatum Ebreduni, die nona septembris anni 1727. Subscripsit *Gaspard d'Hugues*, promotor.

Cum diocessisset promotor, concilium infra descriptum protulit decretum, cujus archetypum exemplar una cum promotoris requisitione extat inter acta concilii authentica.

Decretum.

Concilium, ex promotoris requisitione jus dicens, statuit ac decrevit, notificandum esse rño d. episcopo Senecensi, advenisse in hanc urbem rños d. d. episcopos Vapincensem, Massiliensem, Bellicensem, Foro-Juliensem, Sistaricensem, Augustodunensem, Vivariensem, Aptensem, Valentium et Gratianopolitanum, specialiter a synodo invitatos, eisque sese adjunxisse, ut viis canonicis procedatur ad iudicium de instructione pastoralis dicti rñi d. episcopi

Senecensis, a promotore delatae die 18 augusti praecedentis anni; jusque dicendum ex requisitionibus ab ipso factis, tum dicta die 18 augusti adversus praedictam instructionem, pastorem, tum insuper die 20 ejusdem mensis adversus personam ipsam rñi d. episcopi Senecensis, tanquam dictae instructionis auctoria. Concilium vero, ut iisdem, quibus hactenus, viis mansuetudinis et caritatis insistat, rños d. d. episcopos Glandavensem et Aptensem rogavit, ut, antequam dicto rño d. episcopo Senecensi notificetur per concilii secretarium praesens concilii decretum, ipsi eum conveniant, deo hortatari, ut exitum velit praevortere iudicii mox a synodo pronuntiandi de ejus instructione pastoralis atque etiam, casu incidente, de propria ejus persona.

Datum in concilio, in congregatione generali decima quinta, habita die nona septembris ante meridiem anno 1727. Subscripsit *Petrus*, arch. p. Ebredunensis.

Supradictum decretum confestim rño d. episcopo Senecensi notificatum fuit. Cujus notificationis actum habetur hic excerptum.

Notificatio decreti.

Anno 1727 die nona septembris ante meridiem. Postquam rñi d. d. episcopi Glandavensis et Aptensis munus sibi a concilio demandatum obissent et vanam in hortando rño d. episcopo Senecensi posuissent operam: praesentibus iisdem rñis d. d. episcopis, per me, concilii secretarium, bis comitatum concilii notariis, qui mecum infra subscribere, notificatum fuit rño d. episcopo Senecensi ex recitatione a me facta supra positum concilii decretum. Qui rñus d. episcopus Senecensis declaravit, perstare se in contestatis prius a se factis denuntiationibus. Quae supra dicta omnia in actum relata curavi, cui subscribere rñi d. d. dicti episcopi Glandavensis et Aptensis, minime vero rñus d. episcopus Senecensis, qui interpellatus recusavit.

† *Dominicus*, episcopus Glandavensis, subscripsit.

† *Joannes Baptista*, episcopus Aptensis, subscripsit.

De Michel, concilii secretarius; *Vial*, concilii notarius; *Leydon*, concilii notarius, subscribere.

Deinde secretarius in consensu lectionem publicam orsus est actorum concilii perceptorum, a prima congregatione privata et prima generali initium faciens. Synodus constituit ac designavit rños d. d. episcopos Glandavensem et Vivariensem relatores litis illatae in instructionem pastorem et in personam rñi d. episcopi Senecensis.

XVI. CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die nona septembris hora tertia pomeridiana, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo decima sexta congregatio generalis: cui interfuere omnes rñi d. d. episcopi, qui in precedenti interfuerant; r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae, absente de more rño d. episcopo Senecensi.

Rñus d. archiepiscopus concilio exhibuit actum sibi hac ipsa die denuntiatum ante meridiem nomine rñi d. episcopi Senecensis ex occasione hymni *Te Deum laudamus*, die dominica praecedenti decantati, ut gratias Deo agerentur de felici reginae partu. Quod actum jussit synodus recitari.

ACTE

de monseigneur l'évêque de Senes.

Au nom du Seigneur. Amen. [*Cf. documenta ad finem hujus concilii adenda.*]

Recitato acto, rñus d. archiepiscopus dixit et palam declaravit, narrata in hoc acto cum factis

minime congruere, atque omnino rem gestam fuisse, videlicet: dicta die dominica post meridiem, cum ipse d. archiepiscopus simul esset in conclavi suo cum rñis d. d. episcopia, advenisse ac se coetui adjunxisse rñum d. episcopum Senecensem, atque post semihoram urbani cum ipso habiti colloqui, cum mox adesset tempus sacris vespere praestitutum, ipsum d. archiepiscopum surrexisse atque a coetu abeuntem dixisse, accinctum sese ire ad publicam caerimoniam decantandi hymni *Te Deum laudamus*; tum vero ei dixisse rñum d. episcopum Senecensem: *Et ego, ut una tecum huic interam caerimoniam, induam me modo vestibus episcopi.* Cumque nihil ei responsum fuisset a d. archiepiscopo, nihilominus eum in palatii vicinam aulam divertisse. Interim vero, cum sibi d. archiepiscopo ab aliquot ex rñis d. d. episcopia, qui praesentes aderant, necdum sese episcopalibus vestibus induerant, significatum fuisset, avaro se esse animo et quodammodo refugere huic caerimoniae publicae simul cum rño d. episcopo Senecensi interesse, non potuisse se d. archiepiscopum, quin revertenti in praedictam conclave d. episcopo Senecensi, rochetto et mozetta induto, occurreret, ingenue dicens: moestum quidem se illi renuntiare, segre et repugnanter ferre aliquot episcopos, quod cum ipsis simul vellet ad hanc caerimoniam convenire. Cui, haec ipsa cum retulisset verba, d. episcopus Senecensis: *Ergo jubes discedere me.* Responsum ei fuisse a se d. archiepiscopo disertis verbis: *Non dico tibi, discedas, neque, romanus. Id unum dico tibi, nimirum refugientem ac repugnantem animum aliquot reverendissimorum d. d. episcoporum.* Tum vero rñum d. episcopum Senecensem e vestigio discessisse, cum eadem ipse d. archiepiscopus saepius illi ingeminarer verba praedicta. Subdidit rñus d. archiepiscopus, se hac ipsa die, cum cerneret praedicto acto, conqueri rñum d. episcopum Senecensem: impediri urbis officia, ne sibi vel perscriberent acta, vel nomine suo denuntiarent, acivisse actuarios urbis omnes atque apparitores eiusque significasse, non solum non obstare se, quominus rño d. episcopo Senecensi acta prohibito perscriberent aut ejusdem nomine denuntiarent, verum etiam hanc esse sibi voluntatem, ut absque ulla speciali a se facta potestate eadem perscribant atque denuntient.

Promotor, hac audita declaratione rñi d. archiepiscopi, requisivit, ut actum praedictum rñi d. episcopi Senecensis, simul et illi adjecta declaratio rñi d. archiepiscopi in acta referrentur concilii. Postulavitque insuper decerni, ut ad requisitionem suam notificaretur rño d. episcopo Senecensi praefata declaratio rñi d. archiepiscopi per secretarium, binis praesentibus concilii notariis. Subscripsitque *Gasper & Hugues* promotor.

Cum recessisset promotor, concilium edidit decretum, quod sequitur.

Decretum.

Requisitioni promotoris concedens synodus decrevit, actum rñi d. episcopi Senecensis simul cum facta super illo declaratione a rño d. archiepiscopo in acta referendum esse concilii, praedictamque declarationem rño d. episcopo Senecensi notificandam per secretarium, praesentibus binis concilii notariis. Subscripsit *Petrus*, arch. p. Ebred.

Ipsa tempore notificatum fuit decretum rño d. episcopo Senecensi. Cujus notificationis actum hic exscriptum legitur. Ipsa vero autographa, scilicet actum rñi d. episcopi Senecensis cum adjecta illi declaratione rñi d. archiepiscopi, promotoris requisitio, concilii decretum ipsique

infra posita notificatio, extant inter concilii instrumenta authentica.

Notificatio decreti.

Anno 1727 die 9 septembris hora quarta post meridiem per me, secretarium concilii, praesentibus binis concilii notariis, qui mecum infra subscribere, ex recitatione notificata fuere rño d. episcopo Senecensi supra posita declaratio rñi d. archiepiscopi decretumque concilii. Qui rñus d. episcopus Senecensis subscribere interpellatus recusavit.

Subscripsit *de Michel*, concilii secretarius. *Vial*, concilii notarius, *Leydon*, concilii notarius, subscribere.

Rñi d. d. episcopj Vapincensis, Massiliensis, Bellicensis, Forojuliensis, Sistaricensis, Augustodunensis, Vivariensis, Aptensis, Valentinus et Gratianopolitanus, ac reverendi d. d. Guórin, Reynaud, Salvador et de la Mothe, idem juramentum iidemque conceptum sequentibus verbis, quibus juraverant in II congregatione generali ii omnes, ex quibus constabat synodus, et ipsi pariter jurant:

Juro et promitto, nihil me revelaturum, quod in detrimentum eorum, ex quibus concilium constat, cadere possit.

Secretarius legit primae sessionis narrationem in actis perscriptam. Tum rñus d. episcopus Grassensis referre coepit de instructione pastoralis rñi d. episcopi Senecensis. Cumque rem perficere non licuisset, deliberatum fuit, ut in proxime futura congregatione generali institutam persequeretur relationem.

XVII. CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 10 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo decima septima congregatio generalis, cui interfuere rñi d. d. episcopi omnes, qui praecedenti interfuerant; r. d. de Puget; r. d. abbas Boscodonensis; deputati, theologi et canonistae concilii, absente de more rño d. episcopo Senecensi.

Secretarius perscripta recitavit acta II congregationis privatae et II congregationis generalis. Sub quae rñus d. episcopus Grassensis institutam in superiori congregatione relationem persecutus est. Cumque necdum finem referendi fecisset, statutum fuit, ut pergeret in proxime futura congregatione generali.

XVIII. CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 10 septembris hora tertia post meridiem, consueto in loco, habita est a rño d. archiepiscopo decima octava congregatio generalis, cui interfuere rñi d. d. episcopi omnes caeterique, qui priori matutinae interfuerant, absente more suo rño d. episcopo Senecensi.

Rñus d. archiepiscopus concilio exhibuit actum sibi hac ipsa die denuntiatum nomine rñi d. episcopi Senecensis, quod synodus jussit recitari.

ACTE

de monseigneur Fèveque de Senes.

Au nom du Seigneur. Amen. [*Cf. documenta ad usum hujus concilii edenda.*]

Recitatum actum requisivit promotor caeteris concilii actis adjungi, ut ei postmodum tantum tribuatur, quantum videbitur ratio postulare.

Egresso promotore, statuit ex promotoris requisitione synodus, caeteris concilii actis adjuvandum esse praedictum actum, juxta postmodum de illo dictura, prout attinebit.

Rñus d. episcopus Grassensis coeptam de instructione pastoralis relationem persecutus exegit.

Ipsaque deinde instructio pastoralis rñi d. episcopi Senecensis, a promotore delata, jussu concilii est recitata in consensu, quem ingrediens promotor dixit:

Reverendissimi domini. Cum jam rite notissimum fuerit rño d. episcopo Senecensi, advenisse rños d. d. episcopos ac esse concilio adjunxime, ut pariter de scriptis et persona ejus judicent; vobisque jam plene cognita sit causa ad vos a me delata, tum ex recitatione delati ipsius operis, tum ex iis, quae quisque vestram attente considerans super illo animadvertit: requiro ac postulo, ut dictus rñus d. episcopus Senecensis personaliter vocetur ad synodum, ore proprio responsurus articulatim ad ea, quae ab ipso quaerantur: primum super tripartita querimonia, a me data die 18 augusti praesentis anni de instructione pastoralis, de qua agitur; deinde super altera querimonia, item a me data die 20 ejusdem mensis augusti de ipsomet rño d. episcopo Senecensi, quatenus praedictae instructionis pastoralis auctore; atque super aliis causae ejusdem circumstantiis ac dependentiis seu accessionibus.

Deliberatum Ebreduni, die decima septembris anno 1727. Subscripsit *Gaspar d'Hugues*, promotor.

Deposita in consensu requisitione, cum exisset promotor, synodus subsequens tulit decretum, cujus autographum simul cum promotoris requisitione caeteris concilii instrumentis insertum est.

Decretum.

Concilium, ex promotoris requisitione jusiciens, edixit, ut rñus d. episcopus Senecensis personaliter vocetur ad synodum: statuitque, rogandos esse binos ex rñis d. d. episcopis, ut velint ipsi per se id obire munus personaliter citandi rñi d. episcopi Senecensis. Atque in hunc finem nominavit delegavitque rños d. d. episcopos Viniensem et Sistaricensis, qui praesens edictum rño d. episcopo Senecensi absque mora notificent, simul interpellantes eum, ut hac ipsa hora in praesenti congregatione concilii se sistat, vel si commodius ei fuerit, in congregatione crastina die habenda hora 10 matutina, proprio sui ipsius rñi d. episcopi Senecensis ore responsurus ad ea, quae ab ipso quaerentur super querimoniis, die 18 et die 20 augusti praesentis anni a promotore datis; tum de ejus instructione pastoralis, tum de ipsomet, qua dictae pastoralis instructionis auctore; atque super aliis causae ejusdem circumstantiis et accessionibus.

Datum in concilio, in congregatione generali decima octava, habita die 10 septembris post meridiem anno 1727. Subscripsit † *Petrus*, arch. p. Ebredunensis.

Eo ipso tempore rñi d. d. episcopi Viniensis et Sistaricensis rñum d. episcopum Senecensem adiere eumque personaliter ad synodum citavere. Cujus citationis actum autographum extat inter instrumenta concilii, quale hic excerptum legitur.

Prima citatio.

Anno 1727 die 10 septembris, hora secundi-sexta post meridiem. De concilii decreto, hac ipse die dato ex promotoris requisitionibus, rñi d. d. episcopi Viniensis et Sistaricensis domum se contulere d. Roux, in hac urbe judicis, ubi habet [domicilium] rñus d. episcopus Senecensis. Ibiq; ipsimet loquentes rño d. episcopo Senecensi, post consueta urbanitatis verba personaliter dictam rñum d. episcopum citavere, ut hac ipse hora ad synodum se conferret proprio ore articulatim responsurus ad ea, quae ab ipso quaerentur super tripli capite querimoniae a promotore datae die 18 augusti anni 1727, item-

Concil. EBREDUN. TOMO XXVII

que super altera consequenti querimonia, ab eodem promotore data die 20 dicti mensis augusti de ipsamet dicti rñi d. episcopi Senecensis persona, atque super aliis causae ejusdem circumstantiis et accessionibus: quod si dicto rño d. episcopo Senecensi non libeat protinus accedere, ut crastina die, idem subiturus interrogatorium, congregationi se sistat habendae hora 10 ante meridiem in palatii archiepiscopalis sacello, loco congregationibus habendis de more destinato. Qui rñus d. episcopus Senecensis respondit, perpensurum se, quid sibi facto opus. Interrogatus a rño d. episcopo Viniensi, num vellet huic suo responso nomen subscribere: dixit rñus d. episcopus Senecensis, nolle se in praesenti subscribere, ne juribus officeret suis, sequenti vero die daturum plenius obirographo munitionem responsum. Quae prius a se prolata verba ipsomet dictavit, prout hic relata sunt in acto, quod postulatu rñum d. d. episcoporum Viniensis et Sistaricensis per me, concilii secretarium, praesentibus binis concilii notariis, confectum est. Cui acto subscribere dicti rñi d. d. episcopi Viniensis et Sistaricensis una mecum binisque concilii notariis.

† *Flodoardus*, ep. Viniensis, subscripsit.

† *Petrus-Franciscus*, episc. Sistaricensis, subscripsit.

De Michel, concilii secretarius, *Vial*, concilii notarius, *Loydon*, concilii notarius, subscripsere.

Rñi d. d. episcopi Viniensis et Sistaricensis, in concilium reversi, suam frustra in hortando ac suadendo rño d. episcopo Senecensi insumptam operam narravere. Ad haec dixit rñus d. archiepiscopus, se quoque, etsi nihil haecenus apud ipsam egisset, habitis licet frequentibus cum ipso privatis colloquiis, eum sive domi invisendo, sive in domum propriam admittendo, non destitutum tamen atque tum officio tum animo indulgentem suo, quos semel induerat lenitatis et pacis spiritus, non depositurum cum nihil ardentius exoptaret, quam ut in viam rediens rñus d. episcopus Senecensis paratum concilii iudicium averteret. Subdidit rñus d. archiepiscopus: caeterum minime dubitare se, quin idem quoque constanter pertentarent rñi d. d. episcopi omnes, quos probe sciebat et eum jam adisse frequentius et vehementioribus efficacioribusque eum hortatos fuisse sermonibus.

Rñi d. d. episcopi, his permoti rñi d. archiepiscopi verbis, nihil se non acturos sponponderunt omnique ope usque enixuros, ut collegam videlicet suum ab errore ad saniores, si possent, viam tandem aliquando revocarent.

XIX CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 11 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo decima nona congregatio generalis: cui interfuere iidem omnes rñi d. d. episcopi, qui pridie: r. d. de Puget, r. d. abbas Boceodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Cum rñus d. episcopus Senecensis citationi hesternae, per rños d. d. episcopos Viniensem et Sistaricensis sibi factae, non parvisset neque in concilio se stitisset: deliberatum est, ut hac die secundo citaretur. Atque in hunc finem sequentibus verbis decretum tulit synodus, cujus autographum extat inter instrumenta concilii.

Decretum.

Quandoquidem rñus d. episcopus Senecensis hesternae die per rños episcopos Viniensem et Sistaricensis ad synodum citatus non comparuit, edixit synodus, hac ipsa die secundo eum citandum; atque in hunc finem nominavit delegavitque rños

d. d. episcopo Bellicensi et Gratianopolitanum, A qui dicto rño d. episcopo Senecensi praesens concilii edictum notificent absque mora ulla, interpellantes eum, ut hac ipsa hora praesenti concilii congregationi se sistat, aut si commodius ei fuerit, congregationi hora 3 pomeridiana habendae, proprio sui ipsius dicti rñi d. episcopi Senecensis ore responsurus ad ea, quae ab ipso quaerentur super querimoniis de instructione sua pastorali et de propria ipsius persona, quatenus dictae instructionis pastoralis auctoritas, datis a promotore die 18 et die 20 mensis augusti praesentis anni, et super aliis causae ejusdem circumstantiis et accessionibus.

Datum in concilio, in congregatione generali decima, nona; habita die 11 septembris anno 1727. Subscripsit † Petrus, arch. p. Ebredunensis.

Et ipso tempore rñi d. d. episcopi Bellicensis et Gratianopolitanus rñum d. episcopum Senecensem adire atque personaliter eum secundo citare: prout legitur in sequenti acto, cujus autographum caeteris concilii instrumentis est adjunctum.

Citatio altera.

Anno 1727 die 11 septembris, hora undecima ante meridiem. De concilii decreto hac ipsa die dato, rñi d. d. Bellicensis et Gratianopolitanus episcopi domum se contulere d. Roux, in hac urbe judicis, ubi habet [domicilium] rñus d. episcopus Senecensis. Ibiq; ipsimet loquentes dicto rño d. episcopo Senecensi, post consueta urbanitatis verba, personaliter secundo citare dictum rñum d. episcopum Senecensem, ut ipso temporis articulo ad synodum sese conferat, proprio ore articulatim responsurus ad ea, quae ab ipso quaerentur super triplici capite querimoniae a promotore datae die 18 augusti anno 1727, itemque super altera consequenti querimonia, ab eodem promotore data die 20 dicti mensis augusti de ipsamet dicti rñi d. episcopi Senecensis persona, atque super aliis causae circumstantiis et accessionibus; quod si non libeat rño d. episcopo Senecensi eo ipso tempore accedere, ut hac ipsa die, idem subiturus interrogatorium, compareat in palatii archiepiscopalis sacello, loco congregationibus habendis de more destinato. Qui rñus d. episcopus Senecensis dixit, se responsurum. Rogatus autem a praedictis rñis d. d. episcopis Bellicensi et Gratianopolitano, ut huic vellet responso suo nomen subscribere, rursus dixit se responsurum. Atque praesenti acto, per me, concilii secretarium, postulatu rñum d. d. episcoporum Bellicensis et Gratianopolitanorum confecto, subscribere interpellatus recusavit dictus rñus d. episcopus Senecensis. Cui acto subscribere mecum et binis supradictis concilii notariis dicti rñi d. d. Bellicensis et Gratianopolitanus episcopi.

† Joannes, episcopus Bellicensis, subscripsit.

† Joannes, episcopus p. Gratianopolitanus, subscripsit.

De Michel, concilii secretarius. Vial, concilii notarius, Loydon, concilii notarius, subscribere.

Rñi d. d. episcopi Bellicensis et Gratianopolitanus, in concilium reversi, retulere, se frustra conatos suadere rñum d. episcopum Senecensem, sardis auribus cecinisse.

XX CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 11 septembris post meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo XX congregatio generalis; cui interfuerunt iidem, qui matutinae interfuerant, omnes rñi d. d. episcopi, r. d. de Puget, r. d. de Savine; deputati, theologi et canonistae concilii.

Cum citatus hac die hora 11 ante meridiem a rñis d. d. Bellicensi et Gratianopolitanis episcopis rursus non comparisset in concilio rñus d. episcopus Senecensis: deliberatum est a synodo, ut hac ipsa die tertio et ultimo citaretur; datumque est subsequens citationis decretum, cujus archetypum exemplar extat inter instrumenta concilii.

Decretum.

Quandoquidem per rños d. d. episcopos Bellicensem et Gratianopolitanum citatus hodie hora undecima ante meridiem rñus d. episcopus Senecensis, ut concilio se sisteret, vel ipsomet tempore vel hora post meridiem tertia, non comparuit: edixit synodus, eum tertio et ultimo hac ipsa die esse citandum. Atque in hunc finem nominavit delegavitque rños d. d. episcopos Augustodunensem et Vivariensem, qui dicto rño d. episcopo Senecensi praesens concilii edictum sine mora notificent, interpellantes eum, ut illico praesenti congregationi se sistat, vel si commodius ei fuerit, congregationi sequenti die hora 10 matutina habendae, proprio sui ipsius ore responsurus ad ea, quae ab ipso quaerentur super querimoniis de ejus instructione pastorali propriaque ipsius persona, quatenus dictae instructionis pastoralis auctoritas, a promotore data die 18 et die 20 augusti praesentis anni, et super aliis causae ejusdem circumstantiis et accessionibus.

Datum in concilio, in congregatione generali vicesima, habita die undecima septembris post meridiem anno 1727. Subscripsit Petrus, arch. p. Ebredunensis.

Confestim, ubi editum fuit concilii decretum, ad rñum d. episcopum Senecensem adire rñi d. d. episcopi Augustodunensis et Vivariensis eumque personaliter citare, prout legitur in sequenti acto, cujus autographum exemplar extat inter instrumenta concilii.

III. et ultima citatio.

Anno 1727 die 11 septembris, hora de meridie quarta. De concilii decreto hac ipsa die post meridiem dato rñi d. d. episcopi Augustodunensis et Vivariensis domum se contulere d. Roux, in hac urbe judicis, ubi habet [domicilium] rñus d. episcopus Senecensis; ibique ipsimet loquentes dicto rño episcopo Senecensi, post consueta humanitatis verba personaliter tertio et ultimo citare dictum rñum d. episcopum Senecensem, ut eo ipso tempore ad synodum sese conferat, proprio ore responsurus articulatim ad ea, quae ab ipso quaerentur super triplici querimoniae capite a promotore datae die 18 augusti anno 1727 itemque super altera consequenti querimonia, a promotore data die 20 dicti mensis augusti de ipsamet dicti rñi d. episcopi Senecensis persona, quatenus auctoris instructionis, de qua agitur, pastoralis, atque super aliis causae circumstantiis et accessionibus; quod si non libeat dicto rño d. episcopo Senecensi eo ipso tempore accedere, ut crastina die, idem subiturus interrogatorium, compareat in congregatione habenda hora 10 matutina in palatii archiepiscopalis sacello, loco congregationibus habendis de more destinato. Qui rñus d. episcopus Senecensis dixit, persistere se in prioribus actis variis, quibus incompetentiam objecerat tribunalis, specialiter in acto hodierna die suo nomine denunciato; quo et idipsum rursus objicit et inter alia causas offert recusationis, e canonibus petitas adversus plurimos ex illis, qui concilio supervenerant, episcopis. Subscripsitque quantum ad hoc suum tantummodo responsum et nihil iuris suis praejudicando.

† Joannes, episcopus Senecensis, subscripsit.

Quae omnia, praesentibus binis concilii notariis, in actum relata sunt; cui nomen suum subscribere dicti rñi d. d. episcopi Augustodunensis et Vivariensis, concilii secretarius binique concilii notarii.

† *Antonius-Franciscus*, episcopus Augustodunensis, subscripsit.

† *Franciscus*, episcopus Vivariensis, subscripsit.

De Michel, concilii secretarius. *Vial*, concilii notarius. *Leydon*, concilii notarius, subscripsere.

Cum reversi ad concilium fuissent rñi d. d. episcopi Augustodunensis et Vivariensis: accessit ad palatii archiepiscopalis anteriorem aulam rñus d. episcopus Senecensis, nigra veste indutus pallioque talari; petiitque, in concilium ut admitteretur. Quod ei confestim concessum est. Admissus petiit, ut admitterentur item bini, quos secum adduxerat testes, apparitor uterque. Talia petens, rogatus est a rño d. archiepiscopo, tantisper vellet a concilio recedere, dum hac super petitione sua deliberaretur. Eoque absente, cum minime hujusmodi postulationi concedendum esse judicasset synodus: rursum ingresso ac in honorata episcoporum sella, vulgo *fautouil*, sedere jussu, ultimo tamen loco, quod rochetto et mozetta non esset indutus, dixit rñus d. archiepiscopus: synodum quidem libentissime ei, quod petierat, concessuram fuisse, si id concedi deberet aut potuisset; at vero primum id minime decere, imo injuriosum fore, in tam vengrando concilii coetu ut adhibeantur testes: iterum autem contra leges fori omnis esse, ut, qui semel reus factus sit, contestato accedat ac sistant se iudicibus, testes adhibendo; quare ipsi, reo facto, a concilio iudice suo minime concedi posse, quod postulaverat. Quibus cum consensisset rñus d. episcopus Senecensis: Ut video, inquit rñus d. archiepiscopus, ad concilium accessisti, rñe domine, ejus citationi tertio tibi denuntiatae obediens atque articulatim responsurus ad ea, de quibus te fore interrogandum, trina tibi denuntiata citatione, accipisti. A te igitur jam requiro: *primo*, num perstes in iis, quae adversus puram et simplicem formulam Alexandri VII subscriptionem protulisti? *secundo*, num perstes item in iis, quae a te injuriose in constitutionem *Unigenitus* prolata sunt, dum eam dogma, mores et disciplinam evirtere asseruisti? *tertio*, num in ea etiam sententia perstes, qua dioecesis tuis suadendam. Quesnelliani libri lectionem existimasti? Ad quae respondens rñus d. episcopus Senecensis dixit: Minime huc accessi citationibus mihi denuntiatis obediens, utpote qui hujus concilii iudicium detrectem, de incompetentia tribunalis obstans. Ideo autem accessi, ut hocce, quod mihi in manibus est, scriptum palam recitarem. Rursus vero interrogatus a rño d. archiepiscopo de iisdem, de quibus ante, dixit rñus d. episcopus Senecensis: Respondebo, ubi prius recitavero, quod ad vos attuli scriptum. Dixit rñus d. archiepiscopus: Audiamus. Tunc enimvero rñus d. episcopus Senecensis sedens et aperto capite recitavit, quae prae manibus habebat scripta. Auditis iis, rursus ad interrogata rediit rñus d. archiepiscopus super tribus questionum memoratis capitibus. Ad quae respondens rñus d. episcopus Senecensis dixit, hoc, quod modo recitaverat, et quod proprio chirographo munitum in consensu deponeret, scripto plenissime contineri, quae ipse sentiret, nec esse ultra, quod adderet. Cui reponens rñus d. archiepiscopus ab eo quaesivit: *Primum*, an vellet, actum sibi a concilio concedi istiusmet, quod dixerat, videlicet scripto, quod mox recitaverat, totum contineri responsum suum? *alterum*, an, quod praedicto, asserbatur scripto, ipse assereret, ex quinque damnatis Jansenii pro-

positionibus nullam re ipsa in Janseniano libro reperiri, an vero non fateretur, ex iis primam disertis verbis in hocce libro reperi perscriptam? *tertium*, an, quod eodem scripto indicari videbatur, praeter Montipessulani episcopum esset alter episcopus sibi provocationis hoc scripto interpositae societate conjunctus. Super his dixit quoad primum: non esse mentis suae, ad interrogata respondere, cum ab objectis a se prius, incompetens recusationibusque, non discederet; quin potius haec ipsa die acto, ut aiebat, jussu suo denunciato, tum eadem iterasset objecta, tum nova etiam recusationum in rños d. d. episcopos, recens concilio adjunctos, attulisset argumenta. Quoad secundum confessus est, ex quinque damnatis propositionibus primam ipsis verbis descriptam legi in Jansenii libro. Quoad tertium dixit, non habere se, quod affirmaret de hoc facto, quidquam, atque agere se tantum nomine suo ac rñi d. episcopi Montipessulani, cujus penes se haberet propria manu subscriptum nomen. Rursum ab ipso petiit rñus d. archiepiscopus, an vellet, quae respondiasset, subscriptione firmare, interpellans, ut faceret. Henuit rñus d. episcopus Senecensis, dicens, se concilii auctoritatem rejicere ac detrectare. Atque his dictis a concilio recessit.

ACTE

[*infra in supplemento, no IV.*]

XXI CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 12 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima prima congregatio generalis. Adfuere rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii, solo absente de more rño d. episcopo Senecensi.

Promotor concilio exhibuit acta duo, hesternae die sub vesperam sibi denuntiata nomine rñi d. episcopi Senecensis, itemque tertium ejusdem dicti rñi d. episcopi nomine sibi denuntiatum matutinis praesentis diei horis. Dixitque: Reverendissimi domini. Triplex ad vos affero actum a rño d. episcopo Senecensi mihi denuntiatum: duo scilicet post congregationem habitam hesternae die sub vesperam: tertium matutino hujus diei tempore.

Ex una horum lectione actorum plane comperitur habetur, quaecumque hactenus a rño d. episcopo Senecensi in defensionem suam allata sunt, huc collimasse, ut firmis destitutis rationibus argumentisque vel levissimam veri speciem habentibus, instructionis pastoralis, pro sua adoptatae, examen, disceptationem iudiciumque averteret, seque ipsam auctoritati hujus concilii provincialis subtraheret, quam idcirco omni ope, quod ad se attinet, disturbare ac pervertere annititur.

Nam primum ab ipso est objecta tribunalis incompetentia; dein adductae recusationes personales omnium singulatim rñum d. d. comprovincialium episcoporum, eaeque prorsus frivolae in se, vitiosae quoad formam; atque quod tales essent, concilii decreto ipsi rño d. episcopo Senecensi notificato, illusoriae, frustratoriae, vanae atque irritae declaratae. Sub haec interpellatus, ut, si qui essent suspecti sibi episcopi, in provinciis Aquensi, Arelatensi, Viennensi, Lugdunensi et Bisuntina, declararet, tacuit responsumque denegavit omne. Cum vero consequenter eosdem rños d. d. episcopos ad synodum invitatos advenisse numero decem, dioecesi sua relicta, atque ad priores facta accessione, paratos esse iudicium ferre, notificatum ei fuerit ex decreto die 9 mensis hujus dato: tacuit tunc etiam prorsus, silentio suo iudices eos agnoscentem.

Nihilominus, posteaquam ab iis in concilio causa cognita est, iis ordinata et instructa, ipseque adeo fuerunt citationes decretas ac sibi denuntiatae: jam memoratos rños d. d. episcopus recusare portendat, hisce postremis actis die 11 mensis hujus datis, tum generatim omnes, tanquam non legitime convocatos et invitatos, tum specialibus argumentis plures ex illis nominatim; annectendo sic prioribus comprovincialium episcoporum recusationibus, tam generalibus quam specialibus, posteriores recentiorum, atque cumulando cum dictis recusationibus omnibus ipse ab initio a se praetensam tribunalis incompetentiam, ut de persona sua scriptisque suis iudicet. Indicet ergo nobis ac significet rñus d. episcopus Senecensis, apud quos regni nunc iudices velit scripta sua, si noxia sint, ut certe sunt, causamque suam disceptari ac dijudicari.

Duobus vero potissimum argumentis haec illius effugia penitus dissipantur atque evanescent. Primum, quod ex legibus omnibus, tam ecclesiasticis quam civilibus, post dictas notificationes interpellationesque, sive antequam advenirent rñi d. d. episcopi, sive ab adventu eorundem, rite ipsi factas, jam non ei liberum sit recusationes afferre, seu generales seu speciales, neque horum praetextu inceptam morari litem. Idque iisdem legibus vetitum est, etsi recens ab illo tempore supervenisset causa recusandi, quod certe in praesenti manifeste non contingit, cum ex allatis ab ipso causis recusationis nulla sit, quam non probe multo ante perspectam et cognitam haberet rñus d. episcopus Senecensis. Nam quod spectat ad facinus objectum occasione hymni *Te Deum laudamus*, abunde ei satisfactum videri debet ex declaratione ipsi notificata rñi d. archiepiscopi, qua nullus objectioni locus est relictus.

Alterum, quo prorsus diluuntur vana illa recusationum figmenta, in eo positum est, quod non vitiose minus istae ac priores sunt propositae: nimirum quod minime scripto traditae afferantur probationes eorum, quae objiciuntur, factorum: vel quod recriminando eadem objiciantur; vel quod ex iis plerumque, ut sunt res, nata sint dissolvi nuda eorum, quibus objiciuntur, inficiationes; denique quod ejus generis sint, quae, ut maxime probarentur, legitimum recusationis fundamentum in re praesenti non praerent.

Nullius ergo momenti ac ponderis apud vos iudices esse debent hujusmodi contortae de industria ambages incompetentiae recusationumque generalium atque specialium; quarum scopus unus est moras necesse iudiciumque diffugere ac impedire, et quae insuper forma omni carent debita firmitate fundamento.

Quod ad appellationes attinet, sive simplices, ut dicunt, sive ab abusu, quae iterum atque iterum his postremis actis interpositas a se obtrudit rñus d. episcopus Senecensis, eodem, ut videre est, effugiendi animo impediendique remedii; quo uno tamen occurri efficaciter potest tum praesentibus, quibus dioecesis sua ex hac instructione pastoralis dixeratur malis, tum iisdem, quae in posterum latius etiam meditatur dispergere ac disseminare: iis, inquam, appellationibus perpendendis singulatim minime insistam; hoc unum observabo, appellationes praedictas, etsi validae essent atque admittendae, vim tamen nullam habere, quam dicunt suspensivam seu impediendi iudicis, ne iudicium pronuntiet.

Actum hodierna die denunciatum nullius aperte est momenti. Idem vero ferri debet iudicium de acto altero seu scripto, quod ipsemet rñus d. episcopus Senecensis hesternae die in hoc consensu pomeridianis horis recitaturus accessit. Quod qui-

dem scriptum ex tota rei gestae serie manifestam habet responsi speciem ad interrogata sibi ex praevia citationibus facta super trino delatae instructionis pastoralis concesso capite.

Neque singula persequar, quae hoc scripto continentur; cum satis perspicua, meram illud prae se ferre perstantis animi significationem atque obstinate perseverantis in defendenda delatae instructionis pastoralis articula, atque iterata in illo appellatione ad futurum universale concilium, non jam suo tantum, sed et asecularum suorum nomine confirmari atque innovari adhibita prius a se effugiorum remedia. Ex quo evidentius etiam apparet promptioris a vobis adhibendi remedii necessitas, ne, paratis hisce praetextibus, latius serpat atque disseminetur error. Atque haec hactenus commemorans, haud approbem propterea, quae eodem scripto enuntiantur ad praesentis expostulationis capita non pertinentia.

Ex his vero omnibus aliisque e re praesentis natis considerationibus jam ac expresse requiro ac postulo, ut, nulla habita ratione objectarum praedictis hisce actis die 11 hujus mensis incompetentiae recusationumque, tam generalium quam specialium, quae omnes vanae, illusoriae, frustratoriae et nullatenus admittendae declarabuntur, pariterque non obstantibus appellationibus omnibus a rño d. episcopo Senecensi, quas ipse summo cum abusu interponit, ultra procedatur ad litem ejus instructionem causaeque iudicium ex datis prius a me vel in posterum dandis requisitionibus. Requiro, ut actum die 12 denunciatum litem instrumentis adjungatur. Requiro praeterea, ut, quod interveniet iudicium, ipsi rño d. episcopo Senecensi forma consueta notificetur.

Deliberatum Ebreduni, die 12 septembris anno 1727. Subscripsit *Gaspar d'Hugues*, promotor.

Cum, deposita in consensu hac requisitione sua, depositisque item denunciatis sibi actis nomine rñi d. episcopi Senecensis, recessisset promotor: edixit concilium, recitari praedicta acta, quae sequuntur.

ACTE

de monseigneur l'évêque de Senes, le 11 septembre.

L'an 1727 et le 11 août avant midi, devant nous, Jacques Fautin, notaire royal du mandement de Savine, et présents les témoins bas nommés, fut présent en personne messire Jean Soanen, évêque de Senes en Provence, lequel nous a requis d'insérer dans nos écritures l'acte etc. [ut supra col. 710 A].

Au nom du Seigneur. Amen.

Les bruits publics répandus de toute part que le concile de cette province n'étoit convoqué que pour juger nôtre personne et nos écrits, nous oblige etc. [ut supra col. 714 C].

Observandum occurrit: in acto isto, quod duo complectitur consequentia acta, uno eodemque codice conjunctim denunciata die 11 septembris, sub finem posterioris, quod de recusationibus agit comprovincialium episcoporum, haec legi verba: *Et infra † Joannes, episcopus Senecensis; inferiusque adjecta esse verba sequentia: Actum supra descriptum a nobis generali in congregatione recitatum est atque in concilio consensu depositum dicta die 18 augusti anno 1727. † Joannes, episcopus Senecensis, subscripsit; item sub finem dicti posterioris acti, quod conjunctim iterum cum praecedenti denunciatum fuit secretario concilii die 26 augusti, haec etiam adscripta inferius legi verba: Actum supra descriptum a nobis frequenti synodo est recitatum et postmodum in consensu depositum die supra dicta 18 augusti anno 1727. Quae attestantes sub-*

scriptum in hunc modum: subscripsit Joannes, episcopus Senecensis; cum tamen in ipso actio autographo, a rño d. episcopo Senecensi, in consensu deposito die 18 augusti, nulla omnino reperitur ex subscriptionibus memoratis, duplici praedicti actio denuntiatione jussu ejus facta diebus 26 dicti mensis augusti et 11 septembris.

Signification

[infra in supplemento, no V].

ACTE

de monseigneur l'évêque de Senes,
signifié le 11 septembre.

Au nom du Seigneur. Amen.

Comme par l'arrivée d'un grand nombre d'évêques en cette ville d'Embrun, révérendissime père en Dieu Jean Soanen, évêque de Senes, a lieu de croire, que messeigneurs les suffragans ont dessein de poursuivre les procédures irrégulières qu'ils ont commencées contre sa personne et contre ses écrits; et qu'ils n'ont aucun égard ni à l'acte d'incompétence, ni à l'acte de récusations personnelles à eux ci-devant signifiés et intimés par plusieurs fois, ni aux appels par lui interjetés et deux fois signifiés de tout ce qui a été fait ou pourroit dans la suite être fait au préjudice des dits actes, ensemble des griefs, nullités et abus ensuivis; il déclare et signifie de nouveau, etc.

Déclare de plus ledit seigneur évêque à messeigneurs les évêques des provinces voisines, que n'ayant aucun droit de le juger, sinon dans un concile général ou national selon la teneur des canons, et n'ayant aucune vocation canonique pour le juger dans le concile de la province, qui par les actes précédens est dépouillé de tout droit de juger ledit seigneur évêque, ni d'appeler personne pour le juger; il les supplie et interpelle avec tout le respect qui leur est dû, de s'abstenir de tout jugement; qu'il proteste par avance d'abus et de nullité, et de se pourvoir contre tout ce qu'ils pourroient entreprendre contre sa personne et ses écrits, leur déclarant que n'ayant aucune vocation canonique de la province, ils ne peuvent être ici assemblés que par ordre du roy, auquel cas il ne peut les regarder que comme des juges royaux qui n'ont droit de connoître et de juger que des délits contre l'ordre civil, et non d'un prétendu délit ecclésiastique qui regarde le fonds du dogme et de la liberté ecclésiastique. Déclare en outre ledit seigneur évêque, qu'adhérant de nouveau aux actes d'incompétence et de récusations personnelles cy-dessus marquées, et outre la récusation générale de messeigneurs les évêques des provinces voisines, tant à cause de leur nombre extraordinaire et contraire aux canons qu'à cause du défaut de vocation de la part du concile de la province, il récusé personnellement et nommément monseigneur l'archevêque d'Embrun, monseigneur l'évêque de Gap, monseigneur l'évêque de Marseille, monseigneur l'évêque de Glandèves, monseigneur l'évêque de Grasse, monseigneur l'évêque de Belley et monseigneur l'évêque de Grenoble pour ses juges, à cause de l'injure publique qu'ils lui ont faite le dimanche septième de ce mois, et de l'acte schismatique par lequel ils l'ont privé du droit d'assister avec eux aux prières publiques pour le roy, ainsi qu'il est énoncé dans l'acte à eux intimé le 9 du présent mois à 8 heures du matin.

Déclare de plus ledit seigneur évêque de Senes, qu'il récusé personnellement monseigneur l'évêque de Marseille à cause des mandemens schismatiques qu'il a fait paroître dans le public, et à cause de la déclaration et condamnation

ouverte qu'il a fait dudit seigneur évêque de Senes dans son mandement contre le père Courayer, et à cause des accusations calomnieuses qu'il a avancées dans ses écrits contre les prêtres de l'Oratoire dans le tems de la peste, qui ont été démenties par des témoignages authentiques, et à cause de celles qu'il a intenté dans un de ses derniers mandemens faits contre le père Courayer, contre des personnes qu'il appelle jansénistes, contre lesquelles il dit positivement qu'il est sûr qu'ils ne croient pas la présence réelle; et à cause des erreurs grossières contraires au dogme public de l'église, qu'il a enseignées dans son mandement contre les 12 articles.

Déclare ledit seigneur évêque de plus qu'il récusé personnellement monseigneur l'évêque de Gap, pour la profession qu'il a faite dans son mandement d'une doctrine corrompue et depuis long-tems condamnée dans l'église, ledit mandement fait en 1711.

Déclare ledit seigneur évêque qu'il récusé monseigneur l'évêque de Viviers à cause de l'inimitié personnelle dont il lui a donné des marques depuis deux ans, en faisant défense aux religieuses de la Visitation du premier monastère d'Aix de recevoir chez elles ledit seigneur évêque; par les termes injurieux dont il s'est servi il y a long-tems contre ledit seigneur évêque, en le traitant de schismatique, et par les lettres qu'il a écrites depuis peu à un ecclésiastique dans lesquelles il lui donne avis de n'être pas député au concile d'Embrun et de ne pas prendre le parti dudit seigneur évêque, s'il ne vouloit y être brisé avec lui.

Déclare ledit seigneur évêque qu'il récusé personnellement monseigneur l'évêque d'Apt. à cause du mandement schismatique donné contre tous les appellans immédiatement après son sacre.

Déclare ledit seigneur évêque qu'il récusé nommément monseigneur l'évêque d'Autun, parce, que par une exclusion affectée des évêques voisins, qui selon les canons devoient être appelés à ce prétendu jugement, il a été appelé d'une distance de près de soixante et dix lieues.

Déclare enfin ledit seigneur évêque que réitérant ses actes d'incompétence, de récusation personnelle, appels, protestations et réserves cy-devant faites, il est appellant et appelle de nouveau comme d'abus de tous les jugemens, griefs, abus, nullités susdites et autres à déduire en tems et lieu au parlement de Paris où la présente cause est déjà liée par requête cy-devant présentée, reçue et répondué autant que besoin est, pour la conservation de ses droits. (Signé:) † Jean, évêque de Senes.

Hiscce recitatis actis, decretum edidit synodus sequentibus expressum verbis, cujus autographum exemplar, una cum praedictis actis ac requisitione promotoria, extat inter instrumenta concilii.

Decretum.

Concilium in congregatione XXI generali habita die duodecima septembris ante meridiem, auditis prius recitatis actis duobus, a rño d. episcopo Senecensi denuntiatis heri sub vesperam, auditio insuper a rño d. episcopo Senecensi heri recitata ac deposito in consensu scripti exemplo, cui subscripsit, atque promotoria deliberatione audita, ex promotoria requisitione jus dicens, statuit ac decrevit: ut, non obstantibus praedictis actis rñi d. episcopi Senecensis heri sub vesperam denuntiatis, incompetentiam objicientibus tribunalibus et recusationibus, sive generales sive speciales, quibus cum expulsi synodus, utpote vanis, illusoriis, frustratoriis ac minime admittendis; non obstantibus item variis appellationibus, tam praedictis actis quam scripto

eadem die in congregatione adducto, a rño d. episcopo Senecensi enuntiatis, ultra procedatur ad instructionem iudiciumque litis intentae ex datis a promotore querimoniis de instructione pastoralis rñi d. episcopi Senecensis ejusque persona; ut litis instrumentis adjungatur actum ab ipso die 12 denuntiatum; et ut praesens decretum ex consueta forma notificetur dicto rño d. episcopo Senecensi.

Subscripsit *Petrus*, arch. p. Ebredunensis.

Dein deliberatum est a synodo, ut, antequam praesens notificetur decretum, iteratae adhibeantur ad rñum d. ep. Senecensem hortationes a duobus rñis d. d. episcopis: rogatique sunt rñi d. d. episcopi Vapincensis et Grassensis, ut in hunc finem domum illius se conferant una cum secretario binisque concilii notariis. Quod et confestim peractum est, simulque notificatum fuit dicto rño d. episcopo Senecensi prius datum decretum notificationis acto hic descripto.

Notificatio decreti.

Anno 1727 die 12 septembris meridiano tempore, praesentibus rñis d. d. episcopis Vapincensis et Grassensis, per me, concilii secretarium, binis comitatibus concilii notariis, recitatum ac notificatum fuit suprapositum decretum, ipsi personaliter loquendo rño d. episcopo Senecensi in ejus domicilio a se electo apud d. Roux, in hac urbe judicem. Qui rñus d. episcopus Senecensis, respondit, nullatenus concilium Ebredunense agnoscere iudicem sive sui sive scriptorum suorum; ex quo varias adduxit recusationes personales variasque interposuit provocaciones ab abusu ad senatum Parisiensem, praecipue vero ex interjecta heri sub vesperam ad futurum generale concilium appellatione, nomine tam sui, episcopi Senecensis, quam rñi d. episcopi Montispessulani, sociata expostulatione conquerentium de violata pace a Clemente IX data ecclesiae violatisque curiae majoris concilii edictis, dictam pacem confirmantibus, et de aliis querimoniarum nominibus.

Subscripsitque † *Joannes*, episcopus Senecensis, absque jurium suorum praesidio.

Subscripsere † *Franciscus*, episcopus Vapincensis.

† *Carolus Oct.*, episcopus Grassensis.

De Michel, concilii secretarius, *Vial*, concilii notarius, *Leydon*, concilii notarius, subscripsere.

XXII CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 13 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima secunda congregatio generalis. Adfuerunt rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii, solo absente de more rño d. episcopo Senecensi.

A synodo deliberatum ac constitutum est, ut matutinis horis sequentis diei sub solemnibus missae finem, venerationi prius exhibito sanctissimo sacramento, solemniter deinde ritu idem sanctissimum sacramentum circumferatur in supplicatione generali, quae habebitur omnium ordinum procedentium una cum rñis d. d. episcopis ac universa synodo.

Visum est, quartam sessionem, quae indicta fuerat ad dominicam diem 14 septembris, transferendam esse in diem 21 ejusdem mensis, quae item erit dies dominica, sequenti decreto:

Decrevit sancta synodus, quod quarta sessio, quae indicta fuit ad diem decimam quartam praesentis mensis septembris, transferatur seu prorogetur in diem vigesimam primam ejusdem mensis,

et programma affigatur ad valvas ecclesiae et palatii archiepiscopalis.

Actum praeterea fuit variis de rebus.

Die dominica, decima quarta die septembris, affixa est ad valvas ecclesiae et palatii archiepiscopalis tabella admonens de translatione sessionis quartae, consimilis ei, quae affixa legitur pagina 734 admonens de translatione II sessionis.

Rñi d. d. episcopi missae solenni a capitulo celebratae interfuerunt, sub finem cujus habita est generalis omnium ordinum per urbem procedentium supplicatio: cui, excepto rño d. episcopo Senecensi, interfuerunt omnes rñi d. d. episcopi, rochetto induti et mozetta, caeterique, ex quibus concilium constat, iidem induti vestibus eodemque ordine procedentes, quae leguntur in II sessione, ipso rño d. archiepiscopo gestante ac circumferente sanctissimum corporis Christi sacramentum.

Fundendis precibus reliqua dies insumpta est.

XXIII CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 15 septembris hora de meridie 3, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima tertia congregatio generalis: cui interfuerunt iidem rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Promotor concilium ingressus dixit:

Reverendissimi domini. Cum a synodo acceperim, quaecumque hactenus in rñum d. episcopum Senecensem lite ac iudiciis acta sunt: ex datis a me requisitionibus: priusquam ultima ac definitiva requiram, expressae postulo: ut trina monitione canonica moneatur dictus rñus d. episcopus Senecensis, ut condemnet ac revocet instructionem pastorem, cuius se ipse auctorem confessus est: in his potissimum, quae in illa edocuit adversantia purae et simplicis Alexandri VII formulae subscriptioni, injuriosa ac contraria constitutioni *Unigenitus* ejusque factae acceptationi: et in his, quae ad libri *Moralium* Quesnelli considerationum commendandam lectionem in ea protulit: insuperque ei declaratur, quod, nisi monitis obtemperet, futurum erit, ut ex sacris decretis ac canonibus censuris poenisque ecclesiasticis procedatur tam in dictam instructionem pastorem quam in ipsius rñi d. episcopi Senecensis, quatenus dictae instructionis auctoris, personam: demum ut praedictarum declarationis ac monitionum testes adhibeantur hinc concilii notarii. Deliberatum, Ebreduni, die 15 septembris anno 1727, hora de meridie sequitertia. Subscripsit *Gaspar d'Hugues*, promotor concilii.

Deposita in consensu requisitione, cum discessisset promotor, rñus d. episcopus Glandavensis, relator a concilio nominatus, eorum, quae hactenus lite acta fuerant in rñum d. episcopum Senecensem, tum ea ipsa retulit, tum ea, quae a dicto rño d. episcopo Senecensi, jus suum defendente, allata fuerant. Quibus auditis, synodus subsequens tulit decretum, cujus autographum una cum promotoris deliberatione instrumentis concilii est insertum.

Decretum.

Concilium ex promotoris requisitorio jus dicens statuit, trinam rño d. episcopo Senecensi faciendam esse monitionem, interjecto inter singulas monitiones unius diei spatio, de retractanda ac damnanda delata instructione pastorali, data die 28 augusti anno 1726, cuius se auctorem confessus est: in his praecipue, quae in ea edocuit adversantia

purae et simplici formulae Alexandri VII subscrip-^A tioni; in iis, quae in ea asserit opposita atque injuriosa constitutioni *Unigenitus* ejusque factae acceptationi; in iis, quae profert in illa ad commendandam libri *Moralium Quesnelli* considerationem lectionem; eique esse declarandum, si, post elapsa dicta temporum intervalla, monita non perfecit, processum iri ad iudicium de dicta instructione pastoralis et de ipsamet persona illius per censuras poenasque ecclesiasticas ex sacris decretis et canonibus. A synodo autem rogati ac delegati sunt rñi d. d. episcopi Augustodunensis et Valentinus, ut ipsi per se primam monitionem faciant, adstantibus secretario binisque concilii notariis, a quibus rei gestae actum scripto conficietur ex consueta formula. Datum in concilio, in congregatione generali vigesima tertia, habita post meridiem die 15 septembris praesentis anni 1727. Subscripsit † *Petrus*, arch. p. Ebredunensis.

Confestim post editum decretum a rñis d. d. episcopis Augustodunensi et Valentino facta est rño d. episcopo Senecensi prima monitio. Cujus monitionis actum autographum hic descriptum infra decretum ipsum in instrumento authentico est appositum.

Prima monitio.

Ipsa temporis articulo, Hora de meridie quarta dictae diei decimae quintae mensis septembris anni 1727, datum hac ipsa die concilii decretum exequentes rñi d. d. episcopi Augustodunensis et Valentinus una cum secretario binisque concilii notariis, apud rñum d. episcopum Senecensem se contulere domum d. Roux, in hac urbe judicis, ubi habet domicilium dictus rñus d. ep. Senecensis, ibique, ipsi personaliter loquendo, recitatum atque notificatum per dictum concilii secretarium fuit supradictum decretum. Tum rñi d. d. episcopi Augustodunensis et Valentinus perscriptas in decreto monitiones ac declarationes ipsimet intimarunt dicto rño d. ep. Senecensi. Quod ei pro prima monitione fuit. Qui rñus d. episcopus Senecensis respondit, se jura sua non deserentem neque provocationibus canonicis desistentem a se juridice denuntiata, animo autem palam faciendi toti ecclesiae, quam falso varijs de se sparsis rumoribus insimularetur de rejicienda subscriptione quacunq; formulae Alexandri VII omnique repudianda pace, declarare ac profiteri coram Deo, haec duo se firmiter credere: alterum, ecclesiae dogma esse, ecclesiam ipsam falli non posse, dum errores damnat, aut etiam dum de factis revelatione fundatis iudicium pronuntiat, fidelemq; omnem tenegi ejus in his iudicio stare sincero maxime fidei assensu: alterum contra, minime ecclesiam docere, in ipsam errorem non cadere, certis dum libris seu scriptis errores attribuit, neq; tunc fidelibus quoad haec facta ad doctrinam spectantia internum ab illa praecipii fidei assensum tum scilicet, cum in dubium vocatur ac controversiam, quisnam sit scriptorum sensus. Quibus declaratis, promptum se d. episcopum esse ac paratum memoratae subscribere formulae, non alia facta additione, modo idem a d. d. concilii Ebredunensis episcopis declararetur super praedictis duobus articulis, tradita sibi in testimonium ac monumentum authenticum scripta declaratione, cui ipse infra nomen suum sit appositurus, quin et ipsa, si velint, tabulis suis publicis dicta declaratione prius ibi inserta. Quod superest, perstare se in interpositis ad futurum generale concilium provocationibus.

Subscripsit † *Joannes*, episcopus Senecensis.

Praedicta omnia in actum redacta sunt, cui subscribere rñi d. d. episcopi Augustodunensis

et Valentinus, secretarius concilii binique ejusdem concilii notarii.

Subscripsere † *Ant. Fr.*, episcopus Augustodunensis,

† *Alexander*, episcopus Valentinus.

De Michel, concilii secretarius, *Viel*, concilii notarius, *Laydon*, concilii notarius.

XX CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 16 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vigesima congregatio privata. Adfuere iidem rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, ac r. d. de Puget.

Actum est de materijs ad fidem et disciplinam pertinentibus.

XXIV CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 17 septembris ante meridiem, consueto in loco, habita est a rño d. archiepiscopo vigesima quarta congregatio generalis, cui interfuere rñi d. d. episcopi omnes, qui praecedenti interfuerant, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodunensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Admissus in concilium fuit rñus d. Raymondus Recroscius, Nicensis electus episcopus, praesentique congregationi interfuit.

Dein recitatum est breve summi pontificis ad rñum d. archiepiscopum directum, verbis sequentibus conceptum.

Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Ebredunensi, BENEDECTUS papa XIII.

Venerabilis frater, salutem etc. Vix unquam a fraternitate tua gestarum rerum documenta vel litterarum significationes accipimus, quin peculiare nobis afferant paternae laetitiae argumentum et pastoralis sollicitudinis solatium. Nihil tamen jucundius esse poterat, quam ut indictum a te provinciale concilium resciremus, ac dignum vigilantiae pastoralis officium non tibi modo tuaeque provinciae, sed Galliae quoque universae gratulareremur. Est enimvero non minus fraternitati tuae decorum quam ecclesiasticis causis necessarium votisque nostris optatum eo tempore, cum sacrae doctrinae disciplinaeque rationes maxime postularent, celebrari episcopales conventus, sacrorum canonum et sanctorum patrum exemplis et institutis praescriptos et commendatos, in quibus colendis et frequentandis Gallicanorum antistitem zelus sese insignitum probavit. Facit autem eximia ista erga sacras regulas observantia et reverentia, ut studia tua gratam inprimis et opportunam esse non dubitemus ministerii nostri operam, quam pro instauranda veteri observatione de suffraganeis consecrandis impendimus. Propterea dilectum filium Raymondum Recroscium, ex clericis regularibus sancti Pauli decollati, electum Nicensem, ad fraternitatem tuam dimittimus, ut in synodo ipsa solemniter more munus episcopalis consecrationis accipiat. Fructum interea curarum tuarum ac venerabilium fratrum coepiscoporum tuorum ad sacrosanctae religionis tutelam et animarum salutem expectamus uberrimum ac fraternitati tuae cunctoque synodali conventui apostolicam benedictionem, quam caelestis luminis praesidiique pignus esse cupimus, peramanter impertimur. Datum Romae, die 31 julii 1727.

Rñus d. archiepiscopus dixit, solemniter se ritu die dominica sequenti, si concilij placuerit, consecraturum episcopum rñum d. Nicensem electum. Quod et concilio placitum est.

Promotor synodum ingressus in consensu deposuit actum sibi a rño d. episcopo Senecensi denunciatum die 15 septembris sub vesperam, quod caeteris requisivit litis instrumentis adjungi, synodus post recitatum actum edixit litis instrumentis adjungendum, prout a promotore requisitum fuerat.

ACTE

[*infra in supplemento, n° VIII.*]

Post haec deliberatum est a synodo de secunda monitione faciendâ rño d. episcopo Senecensi ex promotoris requisitorio; editumque est hac de re decretum infra positum, cujus autographum extat inter instrumenta concilii authentica.

Decretum.

Ex promotoris requisitorio edixit concilium, ut quamprimum intimetur rño d. episcopo Senecensi secunda monitio de iis exequentiâ, quae continentur decreto dato die 15 hujus mensis: et in hunc finem delegavit rños d. d. episcopos Sistaricensem et Glandavensem, quibus aderunt secretarius binique concilii notarii, dictae monitionis perscriptum actum ad consuetam formulam concepturi.

Datum in concilio, vigesima quarta in congregatione generali, habita ante meridiem die 17 septembris anni 1727. Subscripsit † Petrus, arch. p. Ebredunensis.

Confestim post editum decretum rño d. episcopo Senecensi denunciata fuit secunda monitio, acto sequentibus verbis concepto infra decretum ipsum autographum adscripto.

Secunda monitio.

Ipo temporis articulo, hora scilicet undecima matutina dictae diei decimae septimae praesentis mensis septembris, suprapositum exequentes decretum rñi d. d. episcopi Sistaricensis et Glandavensis una se contulere cum secretario binique concilii notariis apud rñum d. episcopum Senecensem, domum d. Roux, in hac urbe judicis, ubi habet domicilium dictus rñus d. episcopus Senecensis. Ibi, ipsi personaliter loquendo, recitatum atque notificatum fuit per secretarium concilii suprapositum decretum. Tum rñi d. d. episcopi Sistaricensis et Glandavensis monitiones declarationesque decreto, die 15 septembris dato et ipsi pariter recitato, contentas ipsimet intimarunt dicto rño d. episcopo Senecensi. Quod ei pro secunda monitione fuit. Qui respondit, insistere se actis suis prioribus provocationibusque a se interpositis ad generale concilium aliique. Et subscripsit, declarando, minime se iudicem sui competentem admittere concilium provinciale Ebredunense.

Subscripsit † Joannes, episcopus Senecensis.

Quae omnia in actum redacta sunt, cui subscripsere dicti rñi d. d. episcopi Sistaricensis et Glandavensis, concilii secretarius binique concilii notarii.

Subscripsere † Petrus Franciscus, episcopus Sistaricensis, † Dominicus, episcopus Glandavensis, De Michel, concilii secretarius, Vial, concilii notarius, Leydon, concilii notarius.

XXI CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 18 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vigesima prima congregatio privata: cui interfuere omnes, qui praecedenti interfuerant rñi d. d. episcopi, rñus d. Recrosio, Nicensis electus et r. d. de Puget.

Quae in praecedenti congregatione privata agitatae fuerant materiae, eorundem tractatio materialis resumpta est in praesenti.

XXV CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727, die 18 septembris hora de meridie 3, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vigesima quinta congregatio generalis: cui interfuere iidem, qui praecedenti interfuerant rñi d. d. episcopi, rñus d. de Recrosio, Nicensis electus, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Deliberatum est a synodo de tertia monitione faciendâ rño d. episcopo Senecensi ex promotoris requisitione; atque in hunc finem editum est decretum, sequentibus conceptum verbis, cujus autographum extat inter instrumenta concilii.

Decretum.

Ex requisitorio promotoris synodus jus dicens statuit, ut juxta concilii decretum die 15 praesentis mensis datum, quo trina edicitur faciendâ monitio rño d. episcopo Senecensi, interjecto inter singulas monitiones diei unius spatio, absque mora hac ipsa die procedatur ad tertiam et ultimam monitionem faciendam per rños d. d. episcopos Bellicensem et Grassensem, quibus aderunt secretarius binique concilii notarii, praedictae monitionis perscriptum actum ad consuetam formulam concepturi.

Datum in concilio, in vigesima quinta congregatione generali, habita post meridiem die 18 praesentis mensis septembris anno 1727. Subscripsit † Petrus, arch. p. Ebredunensis.

Confestim post editum dictum decretum rño d. episcopo Senecensi intimata est tertia et ultima monitio sequenti acto, cujus autographum infra decretum ipsum extat adscriptum.

Tertia et ultima monitio.

Ipo temporis articulo, hora scilicet de meridie quarta dictae diei decimae octavae praesentis mensis septembris, suprapositum concilii decretum exequentes rñi d. d. episcopi Bellicensis et Grassensis una se contulere cum secretario binique concilii notariis apud rñum d. episcopum Senecensem, domum d. Roux, in hac urbe judicis, ubi habet domicilium dictus rñus d. episcopus Senecensis. Ibi, ipsi personaliter loquendo, recitatum ac notificatum fuit per concilii secretarium praefatum decretum. Tum rñi d. d. episcopi Bellicensis et Grassensis monitiones declarationesque decreto contentas dato die 15 hujus mensis, quod et ipso simul tempore recitatum est, ipsimet intimarunt dicto rño d. episcopo Senecensi. Quod ei pro tertia et ultima monitione fuit. Qui rñus d. episcopus Senecensis dixit, se concilii non admittentem tribunal, quatenus incompetens et a se recusatum, insistere actis suis provocationibusque praecedentibus, subscribens absque jurum suorum praesudicio.

Subscripsit † Joannes, episcopus Senecensis.

Quae omnia in actum redacta sunt; cui subscripsere praefati rñi d. d. episcopi Bellicensis et Grassensis, secretarius binique concilii notarii.

Subscripsere: † J., episcopus Bellicensis, † Carolus Octavianus, episcopus Grassensis, De Michel, secretarius concilii; Vial, concilii notarius; Leydon, concilii notarius.

Ingressus promotor dixit:

Reverendissimi domini. Hanc iterum officii mei partem aliquam esse arbitratus sum, ut ad sacrum vestri concilii tribunal deferrem geminos gallico sermone editos libros, quibus titulus, alteri: *Dissertatio de Anglorum ordinationum validitate*.

alteri: *Defensio dissertationis praedictae*. Sunt enimvero gemina haec iniquitatis opera, in quibus non jam obscure, sed palam esse profert venenata haeresis. Neque in his erroribus, quibus contenti, verborum aut occultantur arte aut mitigatione temperantur. Ex ipso ecclesiae sine moesti conspiciuntur scripta prodire, radicibus ecclesiae degna pervertenda nata principisque fundata, a Calvini ipsius principiis nullatenus abhorrentia. In his nempe, quos in praesenti defero, sacrae eucharistiae oppugnantur fides augustique altarium nostrorum sacrificii veritas; ac praetextu utriusque conciliandae et Anglorum et catholicae nostrae fidei, documenta a primis ecclesiae saeculis ad haec usque nostra tempora constanti ac perpetua traditione pervulgata, ipsemet adeo conciliorum generalium decisiones disturbantur ac deiciuntur. Neque deterreri potuit horum librorum auctor multipliciti anathematis jaculato fulmine a sacra synodo Tridentina, cujus summam ille impane despicit auctoritatem: dum scilicet pro levi tantum ac mero sermonis minus accurati vitio deputat eisdem verbis assertas defendere propositiones, quas illa damnavit. At enim, rñi d. d., cum ex Augustini sententia ecclesia catholica minime possit approbare vel etiam dissimulare, quae fidei bonivae moribus adversantur: an et vestrae in ecclesia iudicium dignitatis esse non existimabit, huiusmodi libris specialem notam inurere? et mens non esse crederem partes ad vestrum iudicium censuramque deducere perniciosas, quibus referti sunt libri illi, a vero rectoque tramite aberrationes, plurima cum fidelium offensione conjunctas? Unde requiro ac postulo, ut ab hac sancta synodo damnentur praedicti libri, tanquam approbantes edocentesque de eucharistia missaeque sacrificio propositiones a concilio Tridentino damnatas; atque insuper, tanquam injuriosi auctoritati tum dictae generalis synodi tum sanctae sedis apostolicae.

Deliberatum Ebreduni, die 18 septembris anno 1727. Subscripsit *Gaspar d'Hugues*, concilii promotor.

Cum recessisset promotor, querimoniam ejus recepit concilium ac subinde delatorum librorum examinatorem relatoremque nominavit rñum d. episcopum Massiliensem.

Resumpta est instituta concilii actorum recitatio, quae deducta est ad congregationem usque privatam duodecimam.

XXII CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 19 septembris ante meridiem, consueto in loco, habita est a rño d. archiepiscopo vigesima secunda congregatio privata: cui interfuerunt omnes, qui praecedenti interfuerant, rñi d. d. episcopi, rñus d. de Recrocio, Nicensis electus, ac r. d. de Puget.

Rursum de materiis ad fidem et disciplinam spectantibus continuata disputatione tractatum est.

XXVI CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 19 septembris ante meridiem post privatam congregationem habitam habita est ibidem a rño d. archiepiscopo vigesima sexta congregatio generalis: cui interfuerunt rñi d. d. episcopi Vapincensis, Massiliensis, Bellicensis, Viciensis, Forojuliensis, Sistaricensis, Glandavensis, Augustodunensis, Vivariensis, Aptensis, Valentinus, Gratianopolitanus et Grassensis, rñus d. de Recrocio, Nicensis electus, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

CONCILII GENERALIS ACTUS XXXVII.

Ingressus promotor requisitionem definitivam litis intentae in instructionem pastorem personamque rñi d. episcopi Senecensis, dictae instructionis auctoria, a se allatam, deposuit in concilio. Quo digresso, rñus d. episcopus Grassensis ea, quae jam ante de praedicta instructione pastorali rñi d. episcopi Senecensis referens in synodo exposuerat, iteravit; ipsaque postmodum deinde recitata est instructio pastorali. Tum rñi d. d. episcopi Glandavensis et Vivariensis, litis relatores a concilio nominati, totam litis seriem explicare, ipso verba faciente rño d. episcopo Glandavensi.

Finita relatione, cum prius rogati sententiam auditique deputati ac theologi recessissent: rñus d. episcopus Massiliensis patribus exposuit declaravitque: quandoquidem, ex quo in haec urbem advenerat, animadvertisset, se a rño d. episcopo Senecensi passim et qualibet occasione praedicari ut specialiter ipsi infensum¹⁾ hoc uno nomine, quod in edito a se Massiliae pastorali documento adversus p. Courayer auctorem dissertationis de Anglorum ordinationum validitate simul ceteris quibusdam verbis impetisset praesentis iudicandae instructionis pastorali auctorem; propterea humillime supplicare se patribus, gratum habere vellet, ut a iudicando cum ipsis rño d. episcopo Senecensi abstineret, quo ei vel levissima conquerendi aut expoatulandi probabilis ansa tolleretur. Quod ei quidem primo confestim denegatum est a concilio ea ratione, quod prius ab ipsa synodo iudicata fuissent recusationum argumenta tam in ipsam rñum episcopum Massiliensem, quam in caeteros episcopos, allata a rño d. episcopo Senecensi, frivola minimeque admittenda. Cum vero eadem saepius supplicans poposcisset rñus d. episcopus Massiliensis, adeptus est tandem, quod petierat.

Post haec a concilio lata fuit descripta inferius sententia, promotoris deliberationi adjuncta, quarum autographa caeteris concilii instrumentis authenticis sunt inserta.

Definitiva promotoris requisitio.

Reverendissimi domini. Quid hactenus intentatum reliquistis, ut rñi d. episcopi Senecensis animum, a communi discrepantem ecclesiae sensu, ad unitatem, si fieri posset, reduceretis? Nihil hac in parte providae vestrae excidit caritati. Omnia, consulente apostolo, advocatis: privata colloquia atque in iis adducta sacrarum monumenta litterarum, patrum testimonia, rationum argumenta, suasionum efficacia, sinceri singularisque amoris ac studii significationes. Quid communi ecclesiae matri, ab episcopo praesertim, debeatur, commonstratis: quantum in vobis fuit, filii affectum permovistis, excitastis. Vosmet in ipsum caritate fratres, consiliis patres, sollicitudine pastores exhibuistis. Felices vos, si vestris hortationibus ac obsecrationibus emollita tandem aliquando heu nimium aperte significata ejus praesulis pervercia, et vobis licuisset non esse iudicibus, et mihi sacra-

¹⁾ * Notissima est Massiliensis episcopi caritas vero heroica, quam tempore horrendae pestis annis 1720 et 1721 erga aegrotos hinc infectos ostendit, ejusque tenerrima devotio erga ss. cor Jesu, cui cum summa civium consensione et mira fidelium utilitate civitatem et diocesim consecravit, cujusque venerationem cum ingenti animarum fructu maxime promovit. (Videatur eximus liber p. Ch. Daniel a J. „Histoire de la bienheureuse Marguerite-Marie, religieuse de la Visitation de Ste-Marie, et des origines de la devotion au coeur de Jesus“, pag. 424 et seqq.). Neque tamen mirandum est, neminem Jansenistarum factioni, quam Senecensis obsecrato animo sequebatur, magis fuisse exoritur: nam cum illa caritate erga homines et devotione erga misericordiae fontem conjungebat praeclearas antistes ejus haeresis odium, quae praecipue misericordiae divinae erga homines detrahit. [Nota editorum Collectionis Lacensis.]

rum fidei disciplinaeque legum violatarum vindictis officio minime perfungi! Nunc vero cum eo res jam deducta sit, ut factus admissum nulla ratione celari possit vel attenuari; cum non accusatus modo, sed propria confessione convictus, rñs d. episcopus Senecensis se ipse auctorem delatae a me instructionis pastoralis palam declaraverit, omnia illius documenta pro suis adoptaverit, nullaque ratione habita tum concilii hujus tum ecclesiae universae, toti contradicant episcoporum ordini conspirante consensu iudicanti ac decidenti: si tam atrox datum scandalum silentio praeteream, si poenas iudicio persequi desistam: et meo pariter muneri desim, et ad ecclesiae vocem, jam dudum spretoe auctoritatis eius poenas continuo exposita, sponte obsurdescam. Huic nimirum, reverendissimi domini, sacrae, ut par est, postulationi concedens, requiro a vobis ac postulo, quae sequuntur, leviora certe ad admissorum a praesule gravitatem atque atrocitatem.

Noe Gaspar d'Hugues, concilii provincialis Ebredunensis promotor, visis omnibus litiis instrumentis: videlicet, delatione ac querimonia a nobis habita etc. [*recessentur deinceps litiis instrumenta eadem ratione, qua in sententia paulo post referenda continentur*]: his omnibus rite perpensis, concludimus ac postulamus:

Ut damnatur pastoralis instructio rñi d. episcopi Senecensis, data die 28 augusti anno 1726, tanquam contraria omnino constitutionibus Alexandri VII de praecipienda formulae subscriptione quae constitutiones, regis declarationibus obfirmatae atque in curiarum tabulis relatae, jam inde a 60 annis constanti usu in toto regno observatae sunt; tanquam in frivolum ac illusorium sensum detorqueas bullam, quae incipit *Vincem Domini Sabaoth*; ut seditiosa insuper, scandalosa, errores ab ecclesia damnatos fovere nata atque ad schisma inducens, injuriosa constitutioni *Unigenitus*, apostolicae sedi, a qua manavit dicta constitutio, episcoporum ordini, qui acceptavit, regis declarationibus, quae ejus in toto regno observationem edixere, utriusque proinde potestati, quae conspiranti consensu eam fecere pariter ecclesiae regnique legem; demum ut approbens, suadens et commendans libri haeretici lectionem, erroribus referti seditiosisque sententiis, a summis pontificibus totoque episcoporum ordine anathemate damnati atque vel iis solis, quos in ecclesia concitavit, motibus pro scandalo publico habendi ab iis ipsis, qui maxime ei favent: caetera vero, quae dicta instructione pastoralis continentur, minime approbando, in quibus alia multa reperire est justa reprehensione maxime digna;

Ut praedicta supprimatur instructio pastoralis, edicaturque sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae, ne quis hujus provinciae ecclesiasticae fidelis, cujuscunque sit status, conditionis aut aetatis, exemptus vel non exemptus, eam legat, apud se retineat aut disseminet; et ut teneantur sub eadem poena, quicunque apud se habent dictae instructionis exempla, eadem in tabulis officialitatis dioecesis suae referre per se vel per alium;

Ut dictus rñs d. Joannes Soanen, episcopus Senecensis, sit et remaneat suspensus et interdictus ab omni episcopali functione exercitioque sanctorum ordinum, simul et ab omni jurisdictione et inspectione in dicta Senecensi dioecesi, donec acto authentico dictam instructionem pastorem scriptaque omnia in ejus defensionem a se edita retractaverit et damnaverit, in iis praesertim, quae super tribus memoratis capitibus reprehendenda docuit in praedicta instructione pastoralis; quod

actum sit repetiturus in manibus rñi d. archiepiscopi Ebredunensis vel, eode vacante, antiquioris provinciae episcopi, quibus a concilio potestas fiat, cum, dicta contingente retractatione et recipiendis, et non aliis, a praedicta suspensione et interdicto absolventi eumque in pristinas restituenti functiones episcopales et sanctorum ordinum jurisdictionemque et inspectionem in sua dioecesi:

Ut cuicumque vicario generali, officiali, vicario generali, promotori, substituto, vicario foraneo et quibuscunque aliis designatis vel potestate utentibus accepta ex approbatione dicti rñi d. episcopi Senecensis interdicitur et vetetur expresse, ne exercent ullam dictorum officiorum ac commissionum ex approbatione praedicta functionem, durante praedicta rñi d. episcopi Senecensis suspensione et interdicto;

Ut a concilio ipso nominetur vicarius generalis officialis in dioecesi praedicta Senecensi, cui litterae ad id necessariae tradantur a rño d. archiepiscopo Ebredunensi concilii nomine; poterit item rñs d. archiepiscopus Ebredunensis, prout sibi videbitur, alios in locum praecedentium substituere, si contingat, nominatos vicarium generalem et officialem vel vita ledere vel morbo teneri, aut alia quacunque ex causa sibi probata;

Ut fiat item rño d. archiepiscopo Ebredunensi potestas diversos a praecedentibus nominandi officarios, qui jurisdictionem exercent, sive voluntariam sive contentiosam in praedicta dioecesi, quibus officialis litterae concedantur a rño d. archiepiscopo Ebredunensi ad arbitrium revocabiles;

Ut vicario generali a synodo nominato praecipiat, publicari curet et executioni mandari tum Senetii tum in tota dioecesi Senecensi constitutionem *Unigenitus* a Clemente XI datam;

Ut ipsi iterum injungatur, tolli curet, si id fieri possit, e registro seu actorum codice episcopatus Senecensis, vel si non possit, deleri saltem et expungi curet e dicto codice instructionem pastorem datam die 28 augusti anno 1726, facta ad marginem mentione decreti concilii id praecipientis;

Item ex eodem codice episcopatus Senecensis expungi mandetur acta quaecunque impugnantia subscriptionem puram et simplicem formulae Alexandri VII vel injuriosa et contraria constitutioni *Unigenitus* ejusque factae acceptationi;

Ut gestionis suae rationem reddere teneantur supra memorati officarii singulis trimestribus rño d. archiepiscopo Ebredunensi aut saepius etiam, si opus sit;

Ut ex fructibus episcopatus Senecensis certa pars, a rño d. archiepiscopo assignanda, sumatur impendenda sive ad vitae cultum officiariorum, qui fuerint a synodo, ut dictum est, nominati, sive ad sumptus administrandae per ipsos dioecesis Senecensis necessarios, cujus fructuum partis a se insumptae rationem item teneantur reddere dicti officarii rño d. archiepiscopo Ebredunensi.

Ut praefato vicario generali onus imponatur cogendae quamprimum Senecensis synodi dioecesanae, in qua ad subscriptionem puram et simplicem formulae Alexandri VII adiget, quotquot de jure interesse debent huic synodo, certamque ab iisdem recipiet verae ac sincerae constitutioni *Unigenitus* obedientiae significationem;

Demum, ut praedictae pariter subscribere formulae Alexandri VII pure et simpliciter, neque et veram ac sinceram constitutioni *Unigenitus* obedientiam certo testificari teneantur, quotquot in posterum ex dioecesi Senecensi accedent: sive ad sacros ordines promovendi, aut minoribus ordinibus

ipsaque etiam tenetur initiandi, sive potestatem accepturi concionandi aut confessiones in praedicta diebus Senecensium audiendi, sive impetrari vel litteras vice dictas super provisiones in Romana curia obtentas vel beneficiorum collationes super patronorum ecclesiasticorum aut laicorum praesentationes aut alio quovis modo.

Deliberatum Ebreduni, die vigesima septembris anno 1727. Subscripsit *Gasper d'Hugues*, promotor.

SENTENTIA.

Visis a concilio, cui aderant illustrissimus ac reverendissimus dominus archiepiscopus Ebredunensis, illustrissimi ac reverendissimi domini episcopi Vapincensis, Bellicensis, Vinciensis, Forjuliensis, Sistaricensis, Glandavensis, Aeduensis, Vivariensis, Aptensis, Valentiniensis, Gratianopolitani et Grassensis, querimonia promotoris facta in secunda congregatione generali, habita die decima octava augusti anni 1727 adversus mandatum pastorale, cui titulus *Instruction pastorale de monseigneur l'evêque de Sens, etc.* datum Castellani, die 28 augusti anni 1726; processu verbali ejusdem congregationis, quo constat rñum d. Sanitiensem seu Senecensem episcopum, ex ejus propria confessione, praefatum mandatum a se adoptatum et promulgatum fuisse, in cujus confessionis fidem dicti mandati exemplar, ei in concilio exhibitum, proprio nomine munivit et subscriptioni peculiarem notam addidit in prima et ultima pagina; exemplo instrumenti a parte dicti rñi d. episcopi Sanitiensis, per apparitorem publicum denunciati die 11 augusti dicti anni 1727 rño d. archiepiscopo Ebredunensi ante inchoationem concilii provincialis Ebredunensis, ad diem 16 ejusdem mensis indicti, quo instrumento dictus rñus d. episcopus Sanitiensis opponit, concilium provinciale Ebredunense legitimam non habere potestatem ad iudicium ferendum de scriptis et persona ipsius, attentis gravitate rerum, de quibus agitur; in quo instrumento idem rñus d. reassumit praetensam appellationem ad futurum concilium generale, a se interpositam anno 1717 et innovatam annis 1719 et 1720, necnon appellationem tanquam ab abusu ad supremam Parisiensem curiam, declarando insuper, se novam interponere appellationem, tam simplicem ad futurum concilium generale, quam ab abusu ad dictam supremam Parisiensem curiam, si contingat, concilium provinciale Ebredunense litem intendere velle adversus scripta et personam ipsius, praefato instrumento in eadem congregatione generali a rño d. archiepiscopo Ebredunensi palam exhibitio; requisitorio promotoris et concilii decreto in dicta congregatione generali die decima octava augusti pronuntiato, quo dictum est, posthabenda esse praetensae incompetentiae concilii allata argumenta, atque inchoatam litem adversus praefatam instructionem pastorem prosequendam esse, prout expedit, quod decretum lectum et publicatum fuit in ipso concilii consensu dicto rño d. episcopo Sanitiensi; exemplo alterius instrumenti, a dicto rño d. episcopo Sanitiensi subnati et ab ipsomet recitati in eadem congregatione generali die 18 augusti et in consensu concilii deposito, quo instrumento rñus d. episcopus Sanitiensis proponit recusationes adversus omnes et singulos concilii patres; processu verbali eorum, quae dicta sunt hac de causa; requisitorio promotoris in tertia congregatione generali, habita die 19 augusti, et decreto concilii, quo declaratum est, propositas recusationes generales et particulares frustratorias, informes et nullas esse, ad proinde eis non immorando ulterius peragendum esse ad examen praefatae instructionis

pastoralis; quod decretum intimatum fuit die 30 augusti per secretarium et ambos notarios concilii dicto rño d. Sanitiensi episcopo; audita relatione contentorum in praefato mandato pastorali, facta per rñum d. episcopum Grassensem, ad id a concilio deputatum, et habita lectione publica ejusdem mandati: visis etiam requisitorio promotoris in quarta congregatione generali diei 20 augusti tam adversus instructionem pastorem quam adversus personam dicti rñi d. Sanitiensis episcopi, tanquam ejusdem auctoris; et decreto concilii ejusdem diei de vocandis episcopis e vicinioribus provinciis, Viennensi, Aquensi, Arlatensi, Lugdunensi et Bissantina; quod decretum intimatum est per secretarium et ambos notarios concilii rño d. Sanitiensi episcopo cum interpellatione declarandi, an aliquem ex episcopis vocandis suspectum haberet, cui interpellationi nihil respondere voluit; exemplo instrumenti promotori denunciato die 21 augusti a parte dicti rñi d. Sanitiensis, quo se persistere dicit in prioribus suis protestationibus incompetentiae concilii et recusationum; requisitorio promotoris ex decreto concilii in quinta congregatione generali, habita dicto die 21 augusti, quo decreto dictum est, praefatum exemplum actis concilii esse inserendum, et intimatione ejusdem decreti facta per secretarium et ambos concilii notarios dicto rño d. episcopo Sanitiensi; exemplo alterius instrumenti sub data diei 26 augusti, quo dictus rñus d. episcopus Sanitiensis declarat, se appellare tanquam ab abusu a dictis iudiciis, super praedictas incompetentiam et recusationes pronuntiatas; requisitorio promotoris et decreto concilii in decima congregatione generali die 28 augusti prolato, quo dicitur praefatum exemplum actis concilii insertum iri; quod decretum intimatum fuit die 29 augusti rño d. episcopo Sanitiensi per secretarium et ambos concilii notarios; requisitorio promotoris in 15 congregatione generali habita die 9 septembris hora matutina; processu verbali in eadem congregatione facto eorum, quae gesta sunt occasione convocationis rñorum d. d. episcoporum e vicinioribus provinciis; et decreto concilii, quo dicitur, intimandum esse rño d. episcopo Sanitiensi adventum rñorum d. d. episcoporum Vapincensis, Massiliensis, Bellicensis, Forjuliensis, Sistaricensis, Aeduensis, Vivariensis, Aptensis, Valentiniensis et Gratianopolitani, ut una cum episcopis provinciae procedatur juxta canonicas sanctiones adversus dictam instructionem pastorem dicti rñi d. episcopi Sanitiensis et ejus personam, tanquam dictae instructionis auctorem confessum; praehabita missione rñorum d. d. episcoporum Glandavensis et Aptensis a concilio deputatorum, ut dictum rñum d. episcopum Sanitiensem hortarentur, quatenus in se reverens exitum iudicii averteret; intimatione praefati decreti per secretarium et ambos notarios concilii, facta die nona septembris rño d. episcopo Sanitiensi, qui respondit, se persistere in prioribus suis dictis et protestationibus; exemplo alterius instrumenti, ab ipso rño d. episcopo Sanitiensi denunciato dicta die nona septembris, quo obtendit, ipsi denegatam fuisse facultatem adstandi cum aliis rñis d. d. episcopis decantationi solemnium hymni *Te Deum*, factae in ecclesia metropolitana pro felici partu serenissimae reginae nostrae; declaratione rñi d. archiepiscopi Ebredunensis in congregatione generali habita dicta die nona septembris hora pomeridiana, qua declaratione veritatem rei gestae testatur circa praetensam rñi d. episcopi Sanitiensis conquestionem; requisitorio promotoris et decreto concilii, quo statuitur, declarationem rñi d. archiepiscopi actis concilii esse inserendam et simul rño d. epi-

scopo Sanitiensi intimandam; intimatioe dicti decreti, dicto rño d. episcopo Sanitiensi facta die nona septembris per secretarium et ambos notarios concilii; exemplo alterius instrumenti, eadem de causa ab ipso rño d. episcopo Sanitiensi die decima septembris oblato et per decretum a concilio eadem die prolatum actis concilii inserendo; requisitorio promotoris et decreto concilii corandum diei et mensis in congregatione generali, quo decernitur citatio faciendae per duos ex rñis d. d. episcopis concilii rño d. episcopo Sanitiensi, ut ad concilium accedens respondeat ere proprio super interrogata, ipsi a concilio faciendae occasione querimoniarum promotoris tam adversus praefatam instructionem pastorem quam adversus ipsum, ut auctorem ejusdem mandati, circumstantiarum et accessionum; processu verbali citationum dicti rñi d. episcopi Sanitiensis, quae factae fuerunt a rñis d. d. episcopis Viniensi et Sistaricensi dicta die 10 septembris; et a rñis d. d. episcopis Bellicensi et Gratianopolitano die undecima ejusdem mensis hora matutina; et a rñis d. d. episcopis Aeduensi et Vivariensi eadem die hora pomeridiana, dictis citationibus factis in praesentia secretarii et amborum concilii notariorum; processu verbali comparitionis rñi d. episcopi Sanitiensis in congregatione generali dicta die undecima septembris hora pomeridiana; in qua congregatione post iteratas de incompetencia tribunalis protestationes palam ipsemet recitavit quoddam scriptum in forma litterarum omnibus visuris patentium, factum tam suo nomine quam sibi adhaerentium et datum in pago Castellanaensi die 15 junii et Mospelli mense julio anni millesimi septingentesimi vigesimi septimi, in quo scripto praesertim enuntiat, se episcopum Sanitiensem appellationem emittere a praetensa pace Clementis papae IX, quam violatam esse conqueritur, ad summum pontificem et concilium generale, quod cogi rogat, ob idque petit litteras *Apostolos* dictas, ad cujus scripti calcem extat decretum officialis Sanitiensis datum die prima septembris anni millesimi septingentesimi vigesimi septimi, quo dictus officialis concedit, quantum in se est, litteras *Apostolos* dictas, quod denique scriptum a se subsignatum in publico concilii consensu reliquit: visis etiam interrogatis, ipsi rño d. episcopo Sanitiensi factis a rño d. archiepiscopo Erredunensi, et responsionibus dicti rñi d. episcopi Sanitiensis, conducentibus ad confirmationem tam praefatae pastoralis instructionis suae quam scripti mox ab ipso relicti et priorum, quae fecit, protestationum; exemplo acterum duorum pro parte rñi d. episcopi Sanitiensis promotori denuntiatorum dicta die undecima septembris secretinis horis: quorum uno novum dat exemplum dictorum instrumentorum, jam denuntiatorum diebus undecima et decima octava mensis augusti praeteriti, quibus continentur ipsius praetensa rationes incompetenciae et recusationum tam generalium quam particularium adversus rños d. d. archiepiscopum et episcopos comprovinciales: altero autem non solum praedicta argumenta incompetenciae et recusationum iterum inculcat, verum etiam novas recusationes generales proponit adversus rños d. d. episcopos ex vicinioribus provinciis vocatos occasione gestorum circa decantationem solemnem hymni *Te Deum*, de quo supra, et recusationes particulares adversus maximam partem ex praefatis rñis d. d. episcopis; exemplo alterius instrumenti, denuntiatum promotori die duodecima septembris ante meridiem, quo rñus d. episcopus Sanitiensis protestatur, se non agnovisse concilium, et postulat sibi acta concedi, quibus innoscet, se

A relegisse scriptum supradictum et litteras *Apostolos* dictas; requisitorio promotoris et judicio concilii in congregatione generali die duodecima septembris pronuntiat, quo dictum est, ipsum rñum d. episcopum Sanitiensem occidisse a praetensa omnibus argumentis incompetenciae et recusationum, tam generalium quam particularium, ab eo propositis et contentis in dictis argumentis diei 11 septembris, utpote vasis, illusoriae, frustratoriae et inadmissibilibus, statuturque, iis non immorando, et non obstantibus diversis appellationibus in liadem instrumentis a rño d. Sanitiensi enuntiatis, persequendam esse litem inceptam super querimoniis promotoris adversus dictam instructionem pastorem dicti rñi d. episcopi Sanitiensis et personam ipsius; intimatioe praefati iudicii, facta die 12 septembris in praesentia rñum d. d. episcoporum Vapincensis et Grassensis, ad id deputatorum, per secretarium concilii, ipsi secretario adstantibus ambobus concilii notariis, dicto rño d. episcopo Sanitiensi, qui respondit, se persistere in suis protestationibus et appellationibus; requisitorio promotoris in 23 congregatione generali, habita die 15 septembris hora pomeridiana, et concilii decreto in dicta congregatione prolato, quo statuitur ad requisitionem promotoris, ut ab una die ad alteram tres fiant monitiones rño d. episcopo Sanitiensi ad hoc, ut retractet et damnet mandatum suum pastorale diei 28 augusti anni 1726, per promotorem denuntiatum et ab ipso episcopo Sanitiensi recognitum tanquam opus suum, praesertim in his, quae docet ibidem contra subscriptionem puram et simplicem formularii sanctissimi papae Alexandri VII, in his, quae contumeliose asserit adversus constitutionem *Unigenitus* et ipsius factam acceptationem demum in his, quae affert ad commendandam lectionem libri, cui titulus *Reflexions morales*, a Quenello compositi: sin autem retractare et damnare recuset, ipsi episcopo Sanitiensi declaretur, quod dictis dilationibus transactis, iis suscepta peragetur in dictum pastorale mandatum ipsiusve rñi d. episcopi Sanitiensis personam, tanquam dicti mandati auctorem, per censuras et poenas ecclesiasticas secundum sanctissima decreta et canones ecclesiae; processu verbali primae monitionis, factae statim post dictum decretum hora quarta vespertina dictae diei 15 septembris a rñis d. d. episcopis Aeduensi et Valentiniensi, ad hoc deputatis, adstantibus secretario et ambobus notariis concilii, dicto rño d. episcopo Sanitiensi, cum ejusdem responsione in dicto processu inserta et ab eo subsignata: in qua responsione continetur ejusdem episcopi restrictio seu explicatio circa subscriptionem formularii et perseverantia in suis appellationibus et protestationibus; exemplo instrumenti dicti rñi d. episcopi Sanitiensis, promotori denuntiatum dicta die 15 septembris hora pomeridiana, in quo jam allata in prioribus instrumentis reassumit et conatur appellationes suas et suam agendi rationem probare sub suis iteratis protestationibus; processu verbali secundae monitionis die 17 septembris hora 11 matutina, a rñis d. d. episcopis Sistaricensi et Glandavensi, ad hoc deputatis per decretum concilii ejusdem diei in 24 congregatione generali, adstantibus secretario et ambobus notariis concilii, dicto rño d. episcopo Sanitiensi; cujus responsura fuit, quod retinet perseverantiam contentorum in instrumentis ab eo productis et suis appellationibus ad concilium generale et alia, et subsignavit declarando, se non agnoscere tribunal concilii; processu verbali tertiae et ultimae monitionis, factae die 18 septembris hora quarta pomeridiana, a rñis d. d. episcopis Bellicensi et Grassensi, ad hoc deputatis in

25 congregatione generali ejusdem diei, adstantibus secretariis et ambobus notariis concilii, dicto rño d. episcopo Senecensi, cujus responsum fuit, se absque agnitione tribunalis perstare in suis appellationibus et protestationibus, et subsignavit: audita iterata relatione facta a rño d. episcopo Gramsculæ eorum, quæ in dicto mandato pastorali continentur; et insuper audita relatione facta totius presentis processus a rñis d. d. episcopis Glandaveni et Vivariensi commissariis ad hoc deputatis: vixit denique definitivis conclusionibus promotoris: omnibus diligenter perpensis, sanctissimoque Dei nomine invocato:

Concilium, non obstantibus supradictis appellationibus, damnavit et damnat prædictam instructionem pastorem, cui titulus: *Instruction pastorale de monseigneur l'êvêque de Senes, dans laquelle, à l'occasion des bruits qui se sont répandus de sa mort, il rend son clergé et son peuple dépositaires de ses derniers sentiments sur les contestations qui agitent l'église, en date du vingt-huit août mil sept cent vingt-six*; tanquam temerariam, scandalosam, seditiosam, ecclesiae, episcopis et auctoritati regiae injuriosam, schismaticam, haereticam spiritu plenam, erroribus refertam et haereseos foventem: in his præcipue, quibus adversatur puræ et simplicis summi pontificis Alexandri VII formularii signaturæ, cui vexationis nomen adscribit: in his, quæ falso et injuriose profert in constitutionem *Unigenitus* et in ejus factam acceptationem, affirmando, dictam constitutionem ecclesiae dogma, mores, disciplinam et hierarchiam evertere: in his, quæ ad damnati libri *Moralium Quæsnelli* considerationem commendationem affert, cujus libri lectionem permittit et suadet, tanquam alendæ pietati maxime idonei: in his etiam, quibus rñus d. episcopus Senecensis eos ex suis, qui occasione supradictorum post mortem suam possent inquietari, hortatur, ut a principiis dictæ suæ instructionis pastoralis non discedant: quos omnes errores denuo affirmavit dictus rñus d. episcopus Senecensis, tum in scripto per modum litterarum omnibus visuris directo tam suo quam sibi adhaerentium nomine, dato mensibus junio et julio præsentis anni, quod scriptum ipsemet recitavit in pleno consensu, ejusque exemplar sua manu subscriptum deposuit, tum in actis suis omnibus, adversus promotoris expositionem allatis: minime tamen intendente concilio, his singularibus designationibus caetera, quæ in dicta instructione pastorali enuntiantur, approbare, in quibus alia multa notavit, justa reprehensione maxime digna. Vetat ac prohibet sancta synodus, ne quis fidelis utriusque sexus, sive exemptus sive non exemptus, tam dioecesis Senecensis quam hujus ecclesiasticæ provinciae, doceat aut sectetur pravam dictæ instructionis pastoralis doctrinam aut cujuscunque alterius libri in favorem dictæ instructionis conscripti: ne quis etiam hujusmodi libros legat, imprimat, vendat aut spargat in vulgus: præcipiens omnibus aliquod horum exemplar apud se habentibus, ut continuo reponant illud apud tabularium suæ dioecesis: supra dicta omnia sub poena excommunicationis ipso facto incurrendæ, ordinario reservatæ.

Statuit sancta synodus, ut dictus rñus Joannes de Soanen, episcopus Senecensis, qui dictam instructionem pastorem subscripto proprio nomine suam declaravit et adoptavit, et qui, non obstantibus monitionibus canonicis eidem factis, ut dictos excessus suos retractaret, perniciter in eis perseveravit, sit et maneat suspensus ab omni officio et jurisdictione episcopali et ab omni exercitio ordinis tam episcopalis tum sacerdotalis, donec

A satisfecerit, debite retractando et rite condemnando tam dictam instructionem pastorem quam quæcunque alia ab eo ad eam defendendam conscripta: quo casu retractationis concilium potestatem facit rño d. archiepiscopo Ebredunensi metropolitanæ et, vacante sede metropolitana, antiquiori provinciae suffraganeo, ad hoc requisitam absolutionem dicto rño d. Joanni de Soanen, episcopo Senecensi, concedendi et imperitendi.

Vetat et prohibet concilium, ne quis interim sive vicarius generalis, sive officialis, vicegerens, promotor, decanus ruralis, vicarius foraneus et quisvis alter officarius ecclesiasticus, a dicto rño d. episcopo Senecensi constitutus aut delegatus, durante prædicta suspensione, ullam exerceat munera sui prædicti functionem: conciliumque eligit ac constituit in tota dioecesi Senecensi vicarium generalem simul et officialem, quamdiu durabit prædicta censura, rñum d. Joannem d'Yse de Saléon presbyterum, capacem, idoneum, pietate, zelo doctrinaque conspicuum, cui in hunc effectum tradentur nomine concilii litteræ vicarii generalis et officialis a rño d. archiepiscopo Ebredunensi: qui quidem vicarius generalis, simul et vicarium advenit, synodum convocabit dioecesanam inibique signaturam exiget puram et simplicem formularii Alexandri VII ab iis omnibus, qui nondum illam præstiterint: exiget etiam in posterum ab iis omnibus, qui sive erunt promovendi ad ordines sive per vias aut alia quavis ratione canonica ad beneficia erunt instituenti. Præterea dictus vicarius generalis jubebit, e codice actorum episcopatus auferri, si possit, instructionem pastorem supradictam, discindendam, simulque alia, quæcunque acta potuissent ibi inseri, eandem dictæ instructionis pastoralis doctrinam continentia, pariter discindenda: si vero extrahi non possint, ex dicto codice expungenda et delenda curabit, adhibita ad marginem præsentis judicii mentione. Et insuper prospiciet iis, quæ ad sanæ doctrinæ disciplinæque ecclesiasticæ sive restitutionem sive firmamentum conducere aut necessaria fore judicabit. Quoniam vero præfata constitutio *Unigenitus* nondum in dicta dioecesi Senecensi fuit promulgata, curabit sine mora juxta formam solitam promulgari.

Concilium item toto supradictæ censuræ tempore promotorem constituit ac delegat in dicta dioecesi Senecensi rñum d. Joannem Allard, presbyterum, capacem, idoneum et tali munere dignum: isque in hunc finem nomine concilii litteras a rño d. archiepiscopo Ebredunensi traditas recipiet. Qui quidem, sive vicarius generalis et officialis, sive promotor, erunt revocabiles a rño d. archiepiscopo Ebredunensi aut, vacante sede archiepiscopali, ab antiquiori provinciae suffraganeo, qui alium vel alios in præcedentium locum sufficient, prout e re ecclesiæ fore judicabunt.

Et ex fructibus episcopatus Senecensis assumetur tertia pars, necessariis administrandis dioecesis Senecensis sumptibus impendenda ac propterea reponenda in manibus præfati vicarii generalis et officialis, qui supradictæ partis fructuum, simul et totius administrationis suæ, quemadmodum et ipse promotor muneris sui, rño d. archiepiscopo Ebredunensi aut, vacante sede archiepiscopali, antiquiori provinciae suffraganeo singulis trimestribus aut saepius etiam, si ab iis requisitum fuerit, rationem reddent.

Insuper christianissimo regi humillime supplicabitur, ut præsens judicium auctoritate sua firmare ejusque executionem promovere velit. Statuit ac decrevit concilium, præsens sum judicium hac in urbe notificandum ac denunciandum dicto rño d.

Joanni de Soanen, episcopo Senecensi, exemplum-que illius illi relinquendum ac insuper in urbe Senecensi legendum ac promulgandum et ubivis juri postulat, ne quis ignorantiam ejus possit praetendere.

Datum in concilio provinciali Ebredunensi, die vigesima septembris anni millesimi septingentesimi vigesima septimi. Sic subsignatum in autographo:

- † Ego Petrus, archiepiscopus p. Ebredunensis, definiens subscripsi.
- † Ego Franciscus, episcopus et comes Vapincensis, definiens subscripsi.
- † Ego Joannes, ep. et d. Bellicensis, definiens subscripsi.
- † Ego Petrus Joannes de Castellano, ep. Forjulienensis, definiens subscripsi.
- † Ego Flodoardus, ep. Viciensis, definiens subscripsi.
- † Ego Petrus Franciscus, ep. Sistaricensis, definiens subscripsi.
- † Ego Dominicus, ep. Glandavensis, definiens subscripsi.
- † Ego Antonius Franciscus, episcopus Aeduensis, definiens subscripsi.
- † Ego Franciscus Reginaldus, ep. Vivariensis, definiens subscripsi.
- † Ego Joannes Baptista, ep. Aptensis, definiens subscripsi.
- † Ego Alexander, ep. et comes Valentinensis, definiens subscripsi.
- † Ego Joannes, ep. et princeps Gratianopolitanus, definiens subscripsi.
- † Ego Carolus Octavianus, ep. Grassensis, definiens subscripsi¹⁾.

QUARTA SESSIO.

Anno Domini 1727 sa. d. n. Benedicti papae XIII pontificatus quarto, christianissimi regis Ludovici XV regni duodecimo, die vigesima prima septembris, quae erat dies dominica, habita est in ecclesia metropolitana quarta sessio ea quae sequitur forma.

Hora 8 matutina adfuerunt in palatio archiepiscopali rñi d. d. episcopi iique omnes, ex quibus concilium constat. Hinc processum est ad ecclesiam metropolitanam eodem ordine ac modo, qui in praecedentibus sessionibus descripti sunt: Rñus d. archiepiscopus in throno suo vestes induit sacrificantis; tum pontificaliter missam celebrans, consecravit in episcopum rñum d. Nicensem electum, cum ipsi consecranti adessent rñi d. d. episcopi Glandavensis et Grassensis.

Peracto sacrificio, eadem adhibitae sunt, preces, quae in sessione secunda, iisdemque ritibus. Dein secretarius e pulpito promulgavit decreta de constitutionibus apostolicis, quae more solito excepta

¹⁾ [Nota editorum Collectionis Lacensis] Sistaricensis congregationem hanc generalem, cui interfuit, in constitutione Unigenitus historice hinc verbis describit:

Ce fut le 20 septembre que, faisant droit sur les conclusions définitives du promoteur, les pères du concile s'assemblerent pour porter leur sentence contre Mr. de Soanen. Je ne sais s'il s'est jamais passé une action où la présence de Dieu se soit rendue plus sensible que dans celle-ci. J'avoue que tout ce que j'avais lu dans nos histoires, dans nos annales, dans les livres sacrés de l'église, et que tout ce que j'y avais appris de la majesté qui régit dans les conciles, ne m'en avait pas donné une idée aussi auguste que le fit la seule séance dont je parle. L'Esprit-Saint rendu visible au milieu de nous, ne nous aurait peut-être pas imposé un silence plus absolu, ni imprimé un respect plus profond. La séance dura cinq heures. Pendant tout ce temps-là, pas un seul évêque qui fit le moindre mouvement ni qui parût hors de son rang. Ils me parurent immobiles, tombés de la plus vive douleur, pénétrés du jugement qu'ils allaient prononcer, absorbés en Dieu, remplis de l'Esprit-Saint qui les animait.

et approbata fuere a patribus omnibus. Postmodum idem secretarius ex eodem suggesta publicavit sententiam pridie a concilio letam in instructionem pastorem rñi d. episcopi Senecensis et in personam ipsius, quatenus auctoritas dictae instructionis. Publicata sententia, cum exquisita fuissent vota a patribus omnibus, excepto rño d. episcopo Massiliensi, et relata fuissent rño d. archiepiscopo rita descripto in prima sessione: rñus d. archiepiscopus dixit: *sententia placuit patribus*. Tum a secretario promulgatum fuit decretum de indicenda sessione quinta ad diem dominicam sequentem, praesentis mensis diem 28, rñus d. archiepiscopus adstantibus solemniter benedixit; publicatisque a secretario centum dierum indulgentiis, de more a synodo concessis iis, qui caerimonias interfuerunt, concilium recessit ad palatium archiepiscopale eodem, quo ad ecclesiam accesserat, ordine.

Infra promulgatae sententiae autographum latine conscriptum extat actum promulgationis ejusdem sententiae his verbis conceptum:

Die vigesima prima mensis septembris anni millesimi septingentesimi vigesima septimi in quarta sessione concilii Ebredunensis post promulgationem decretorum: *de constitutionibus apostolicis*, praedicta sententia promulgata fuit. Quo facto, a patribus concilii requisita sunt vota; et iis relatis rño archiepiscopo, ipse rñus archiepiscopus pronuntiavit: *sententia placuit patribus*.

† Petrus, arch. p. Ebredunensis.

Die vero 22 septembris anno 1727 supraposita sententia rite denunciata fuit rño d. episcopo Senecensi; duplexque illius exemplum ipsi in manus repositum est, latino scilicet et gallico sermone descriptum: prout habetur ex acto ipso perscripto denunciationis, apposito infra singula dictae sententiae autographa, latine et gallice conscripta sequentibus verbis.

Denuntiatio sententiae.

Anno 1727 die 22 septembris ante meridiem, per secretarium, cui aderant bini concilii provincialis Ebredunensis notarii, rite denunciata fuit supraposita sententia gallice conscripta; atque tum illius ad verbum descriptae simul cum enarratione visorum liti instrumentorum tum praesentis denuntiationis acti exemplum, decem scriptis paginis unoque codice descriptum, in manus traditum ac relictum est rño d. Joanni de Soanen, episcopo Senecensi, ipsi personaliter loquendo in dicta urbe Ebredunensi ipsoque ejus in domicilio, quod habet apud d. Roux; praedictique secretarius et notarii subscribere tum praesenti autographo tum praefato acti denuntiationis exemplo. Praeterea in manus dicti rñi d. episcopi Senecensis traditum ac relictum est alteram exemplum latino sermone descriptum tam iudicati sententiae praedictae, ipsissimis quibus in quarta sessione latinis verbis est promulgatum, quam acti promulgationis ejusdem. Praedicta omnia, ne ignorantiam possit praetendere.

Subscribere de Michel, concilii secretarius, Viel, concilii notarius, Loydon, concilii notarius.

EXSCRIPTA DENUNTIATIO SENTENTIAE apposita infra dictae sententiae autographum latine conscriptum.

Anno 1727 die 22 septembris ante meridiem, per secretarium, cui aderant bini concilii provincialis Ebredunensis notarii, rite denunciata fuere tum iudicatum sententiae supraposita, ipsi latinis verbis conscriptum, quibus promulgatum fuit, tum facta illius promulgatio in quarta sessione; pra-

dictorumque tam iudicati quam acti promulgationis, simul et praesentis denuntiationis acti exemplum, septem paginis descriptum, in manus traditum ac relictum est rño d. Joanni de Soanen, episcopo Senecensi, ipsi personaliter loquendo in dicta urbe Ebredunensi ipsoque ejus in domicilio, quod habet apud d. Roux; atque subscribere praedicti secretarius et notarii tum praesenti autographo tum praefato acti praesentis denuntiationis exemplo; cum praeterea in manus dicti rñi d. episcopi Senecensis traditum ac relictum fuisset exemplum alterum praedictae sententiae plene descriptae simul cum enarratione visorum litis instrumentorum, gallico sermone. Praedicta omnia, ne ignorantiam possit obtendere.

Subscribere *de Michel*, concilii secretarius, *Vial*, concilii notarius, *Leydon*, concilii notarius.

XXIII CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 23 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima tertia congregatio privata, cui interfuere rñi d. d. episcopi Vapincensis, Massiliensis, Bellicensis, Forojuliensis, Vinciensis, Sistaricensis, Glandavensis, Augustodunensis, Vivariensis, Aptensis, Valentinus, Gratianopolitanus, Grassensis et Nicensis ac r. d. de Puget.

Rñus d. episcopus Massiliensis palam declaravit, nulla re prorsus se animo discrepare a synodi iudicio de doctrina instructionis pastoralis rñi d. episcopi Senecensis, quin potius toto pectore ac mente adhaerere se justae illius pronuntiatione damnationi notisque censoriis seu qualificationibus, quae illi doctrinae merito a synodo iniustae sunt, simul et iudicio, quod ab eadem synodo pronuntiatum est in personam rñi d. episcopi Senecensis.

Idem declaratum fuit a rño d. episcopo Nicensi.

Tum rñus d. episcopus Massiliensis simplex rogavit patres, vellent recordari eorum, quae frequenti synodo dixit tunc, cum a rño d. episcopo Senecensi iudex fuit recusatus; nimirum, acerbissimo cum animi dolore audisae, se ab episcopo insimulari de traditis erroribus in mandato pastoralis, a se edito die 14 januarii anno 1726; quamvis autem probe intelligeret, satis per se ipsam detegi ac confutari calumniam, tum ex circumstantiis, in quibus positus eum accusasset rñus d. episcopus Senecensis, tum ex vaga ipsius accusandi ratione, qua nullum singillatim appellaret errorem nullumque etiam generatim, seu erroris materiam proferret, nihilominus tanto acerbius ferre se, vel minimam sibi labem suspicionis injici de adulterata aut etiam debilitata veritate fidei, quanto sibi conscius esset flagrantiori se studio accendi purae illius atque illibatae servandae; caeterum multum inde mitigatum fuisse conceptum animo dolorem, quod iis coram paratis iudicibus fuisset accusatus eoque in consensu episcoporum, quos et plurima religionis cognitione instructos et pari tuendae veritatis zelo incensus esse pernosceret; quibus proinde totius sententiae suae ac doctrinae rationem reddere nunquam non summo honori duceret; quare humillime se supplicare ipsis censoria aggredierentur ratione opus recognoscere impetiturumque examinare mandatum; quod si aliquatenus reprehendendum esse iudicarent, eatenus et ipse idem retractare ac damnare iudicioque synodi proprio, si opus esset, sanguine subscribere promptus esset ac paratus.

Ad quae respondit synodus, supervacuum esse prorsus, institui, quod postulaverat rñus d. episcopus Massiliensis, mandati a se editi examen, cum illustrata essent iam inde ab initio episcopa-

tas cui integritatis fidei monumenta ardentisque studii in sana doctrina defendenda adversus eam impugnantium impetus, quam ut tantillum infirmari possent vagis huiusmodi rñi d. episcopi Senecensis accusationibus, quas et nihil certi designarent et iis temporis circumstantiis adduceretur, quibus non tam accusato labem inferre, quam accusanti causae detrimentum afferre valerent; cum praeterea id iure asseverare quisque posse videretur, erroris accusari ab iis, quos constat errori esse deditos, honori potius quam dedecori facile esse ab omnibus tribuendum.

De integro recitata fuere decreta: *de episcopis, de canonicis, de celebratione missae*, quae fuerant in secunda sessione promulgata. Eaque omnia rata habita sunt atque approbata a rñis d. d. vicinarum provinciarum invitatis episcopis.

XXIV CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 23 septembris ante meridiem, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima quarta congregatio privata, cui interfuere in praecedenti congregatione nominati rñi d. d. episcopi ac r. d. de Puget.

Quae in tertia sessione promulgata fuerant decreta: *de curatis et administratione sacramentorum*, fuere item recitata in praesenti consensu, atque item ut priora rata sunt habita atque approbata a rñis d. d. vicinarum provinciarum invitatis episcopis.

XXV CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 24 septembris ante meridiem, consueto in loco, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima quinta congregatio privata, cui interfuere iidem rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, ac r. d. de Puget.

Pensata sunt diligenter atque cohabitata decreta in proxime futura sessione promulganda.

XXVII CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 24 septembris hora 3 pomeridiana, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima septima congregatio generalis, cui interfuere omnes rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, r. d. de Puget, r. d. abbas Boacodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Rñus d. episcopus Massiliensis retulit ad synodum de libellis a promotore delatis die 18 mensis hujus in congregatione generali: qui libri in praesenti consensu palam revoluti sunt, atque instituta fuit eorum accurata recognitio examenque censorium.

XXVI CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 25 septembris ante meridiem, consueto in loco, habita est a rño d. archiepiscopo vicesima sexta congregatio privata, cui interfuere rñi d. d. episcopi omnes, qui praecedenti interfuerant, ac r. d. de Puget.

Actorum concilii incepta recitatio ad vicesimam primam usque congregationem generalem deducta est.

Rñus d. episcopus Gratianopolitanus tutamen a concilio petiit in lite, quam habet pro seminario suo, in patres Oratorii Jesu.

Postulationi concedens synodus rogavit rñum d. archiepiscopum, ut in epistola, quam ad regem christianissimum de rebus in concilio gestis est conscripturus, hanc etiam episcopi causam regi commendandam curet.

XXVII CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 26 septembris ante meridiem, consueto in loco, habita est a rño d. Archiepiscopo vigesima septima congregatio privata, cui iidem interfuere rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, et r. d. de Puget.

Deliberaverunt patres de ea, quam adhibitori essent, ratione in promulgandis decretis iudicioque concilii in sua quisque dioecesi; visumque est ac constitutum, esse in hunc finem edendum mandatum pastorale unum atque consimile, quod esset cunctorum suffragiis approbandum, et quo uterentur ad praedicta promulganda singuli rñi d. d. episcopi tam comprovinciales, quam qui synodo interfuere iavitati.

Perscripta concilii acta recitata fuere usque ad quartae sessionis narrationem.

XXVIII ET ULTIMA CONGREGATIO GENERALIS.

Anno 1727 die 26 septembris hora de meridie tertia, in palatii archiepiscopalis sacello, habita est a rño d. archiepiscopo vigesima octava et ultima congregatio generalis, cui interfuere rñi d. d. episcopi omnes, qui praecedenti interfuerant, r. d. de Puget, r. d. abbas Boscodonensis, deputati, theologi et canonistae concilii.

Institutum examen librorum a promotore delatorum die 18 praesentis mensis exegit synodus tulitque in delatos libros censuram infra descriptam, cujus autographum extat inter instrumenta concilii authentica.

CENSURA

adversus quosdam libros gallice impressos.

Facta a concilii promotore denuntiatione librorum, quibus titulus est: *Dissertation sur la validité des ordinations des Anglois. A Bruxelles, chez Simon Herstevens, libraire, 1723, et: Défense de la dissertation: sur la validité des ordinations des Anglois, contre les différentes réponses, qui y ont été faites avec les preuves justificatives etc., par l'auteur de la dissertation. A Bruxelles, chez Simon Herstevens, 1726.* Audito hac super re rño d. episcopo Massiliensi, cui cura demandata fuerat referendi, quae censura ecclesiastica digna viderentur in praedictis scriptis: eosdem, coram propositos ac diligenter examinatos, iusto anathemate dignos facile agnovit haec sancta synodus.

Ex illo siquidem examine evidenter colligitur, praefatos libros sub falso et inani futurae cum ecclesia Romana Anglorum conciliationis obtenta haeretica dogmata exsuscitare; neque enim auidacissimo huic erroris magistro fuit satis primatui Petri detrahere, auctoritatem episcoporum aperte impugnare, catholicam circa sacerdotium et in anima impressum per sacramenta characterem doctrinam adulterare, venerandas, quae in celebrandis sacris mysteriis adhibentur, caerimonias despectui et ludibrio objicere, ea demum circa sacramentorum formam edocere principia, quibus vel ipsa destrueretur sacramentorum substantia; quod stupendum et horrendum magis, ut sacrilegas de eucharistia Anglorum opiniones, in sacrosancta Tridentini concilii synodo profligatas¹⁾, a censuris vindicaret, nullam praesentem in sacrificio altaris immolari victimam, et missae sacrificium esse duntaxat repraesentativum et commemorativum, ac proinde *namam sacrificii in cruce peracti commemorationem in missa fieri, asserere non erubuit,*

¹⁾ Conc. Trid., sess. 22. can. 3.

A suamque de transubstantiatione et reali praesentia, Christi corporis et sanguinis in sacramento eucharistiae neonon circa alia ecclesiae dogmata fidem innumeris in locis suspectam demonstrat.

Quapropter concilium in Spiritu sancto congregatum, invocato Christi nomine, auditis theologorum votis, ipsaque pro rei gravitate causa mature perpensa, praefatam dictorum librorum doctrinam: falsam, temerariam, scandalosam, sedi apostolicae et episcopis injuriosam, schismati et haeresi faventem, erroneam, jam a sacra Tridentina synodo damnatam et haeticam declarat et ut talem damnat et anathematizat. Praeterea praedictos libros retinere, legere, commodare, describere aut typis edere universis utriusque sexus Christi fidelibus sub poenis a jure praescriptis prohibet, eosque apud tabularium dioecesis reponi mandat.

Datum in concilio provinciali Ebredunensi, in vigesima octava et ultima congregatione generali, habita die vigesima sexta mensis septembris anni millesimi septingentesimi vigesimi septimi [Sic signatum ad authenticum.]

- † Ego Petrus, arch. p. Ebredun., definiens subscripsi.
- † Ego Franciscus, episcopus Vapincensis, definiens subscripsi.
- † Ego Henricus, episcopus Massiliensis, definiens subscripsi.
- † Ego Joannes, episcopus et dominus Bellicensis, sacri Romani imperii princeps, definiens subscripsi.
- † Ego Flodoardus, episcopus et dominus Vinciensis, definiens subscripsi.
- † Ego Petrus Josephus de Castellane, episcopus Forojulienensis, definiens subscripsi.
- † Ego Petrus Franciscus, episcopus Sistaricensis, definiens subscripsi.
- † Ego Dominicus, episcopus Glandavensis, definiens subscripsi.
- † Ego Antonius Franciscus, episcopus Aeduenensis, definiens subscripsi.
- † Ego Franciscus Regivaldus, Vivariensis episcopus, definiens subscripsi.
- † Ego Joannes Baptista, episcopus Aptensis, definiens subscripsi.
- † Ego Alexander, episcopus et comes Valentinenensis, definiens subscripsi.
- † Ego Joann., episc. et princeps Gratianopolitanus, definiens subscripsi.
- † Ego Carolus Octavianus, episc. Grassensis, definiens subscripsi.
- † Ego Raymundus, episcopus Niciensis, definiens subscripsi.

XXVIII ET ULTIMA CONGREGATIO PRIVATA.

Anno 1727 die 27 septembris ante meridiem, consueto in loco, habita est a rño d. archiepiscopo vigesima octava et ultima congregatio privata, cui iidem interfuere rñi d. d. episcopi, qui praecedenti interfuerant, ac r. d. de Puget.

Deliberatum fuit, ut sequenti die post meridiem synodus solemniter procedens interesset generali omnium ordinum supplicationi habendae pro celebranda festivitate translationis sacrarum reliquiarum beatae Victorinae; quae sollemnis procedendi ac supplicandi caerimonia eam referret, quae pro dimittenda ac solvenda synodo fuisset de more indicenda.

Praeteracta atque absoluta est actorum concilii recitatio.

Tam demum constitutum fuit a synodo, ut nomine suo conscriberentur litterae ad summum

pontificem, ad regem christianissimum, ad Galliae A
episcopos, ad eminentissimum cardinalem de Fleury,
publicae rei administratorem, et ad ipsos Senecensis
diocesis fideles; curaque commissa perscribendi
ad summum pontificem rño d. episcopo Grassensi;
ad regem christianissimum rño d. episcopo Gratia-
nopolitano; ad Galliae episcopos rño d. episcopo
Sistaricensi; ad eminentissimum cardinalem de
Fleury rño d. episcopo Augustodunensi, et ad
fideles dioecesis Senecensis rño d. episcopo Viva-
riensi.

V ET ULTIMA SESSIO.

Die dominica, quae fuit dies vicesima octava
septembris, anno millesimo septingentesimo vige-
simo septimo, ss. d. n. Benedicti papae XIII ponti-
ficatus anno quarto, regni christianissimi regis Lu-
dovici XV duodecimo, habita est in ecclesia
metropolitana quinta et ultima sessio eo, qui se-
quitur, modo.

Hora octava matutina rñi domini episcopi
caeterique omnes, quibus constat concilium, in
palatium archiepiscopale convenere, unde pro-
cessionaliter itum est ad ecclesiam metropolitana
eo vestium ornatu eoque procedendi ordine, qui
designatus fuit ac praescriptus in prima congrega-
tione generali.

Illustrissimus ac rñus d. archiepiscopus, cum in
throno suo sese sacrificantis vestibus induisset,
missam pontificaliter celebravit de communi virgi-
num, cum hac die ex praecepto dicti rñi d. archi-
episcopi officium fieret de translatione reliquiarum
sanctae Victoriae.

Peracta missa, eadem sunt recitatae preces,
eadem adhibitae caerimoniae, ac in tertia sessione.
Tum secretarius e manibus rñi d. archiepiscopi
excepit more solito decreta, quae promulgavit or-
dine sequenti: 1 de baptismo, 2 de confirmatione,
3 de eucharistia, 4 de poenitentia, 5 de extrema
unctione, 6 de ordine, 7 de matrimonio, 8 de in-
dulgentiis, 9 de reliquiis, 10 de sepulturis; et
denique censuram supra transcriptam adversus
quosdam libros gallice impressos, quibus titulus
est: *Dissertation sur la validité des ordinations
des Anglois etc. et: Défense de la dissertation sur
la validité des ordinations des Anglois contre les
différentes réponses, qui y ont été faites etc.* Quae
cum decreta recepta et approbata fuissent a patri-
bus more in praecedentibus sessionibus usurpato,
illustrissimus et rñus d. archiepiscopus orationem
habuit.

Cum perorasset rñus d. archiepiscopus, secre-
tarius e pulpito recitavit decretum de subscribendo
decretis concilii.

Decretum de subscribendo.

Illustrissimus et rñus d. Petrus de Guérin de
Tencin, archiepiscopus princeps Ebredunensis, sancti
Romani imperii princeps et tricamerarius, throno
pontificio assistens, admonet reverendissimos patres
omnes, qui huic synodo jure intersunt et inter-
fuerunt, ut post se, singuli loco et ordine suo, ad
altare majus accedant et iis, quae in hac synodo
decreta sunt, subscribant.

Recepto et approbato dicto decreto a patribus
more solito, rñus d. archiepiscopus, cum sese in-
clinasset ad rños d. d. episcopos, convertit se ad
altare atque, paululum inflexo ad crucem capite,
subscripsit modo sequenti.

Nos, Petrus de Guérin de Tencin, archiepiscopus
princeps Ebredunensis, sancti Romani imperii prin-
ceps et tricamerarius, throno pontificio assistens,
regi ab omnibus consilia, haec decreta a nobis
definita subscripsimus. † Petrus, arch. p. Ebred.

Cumque in solita sede sua reverens rñus d.
archiepiscopus consedisset, rñi d. d. episcopi, sin-
guli per vicem ad altare accedentes, inclinato
capite ad rñum d. archiepiscopum, deinde ad
altare, subscribere pariter eo, qui sequitur, ordine
et modo.

† Ego *Franciscus*, ep. et comes Vapincensis, prin-
ceps sancti imperii, subscripsi.

† Ego *Henricus*, episcopus Massiliensis, subscripsi.

† Ego *Joannes*, episcopus et dominus Bellicensis,
sacri Romani imperii princeps, subscripsi.

† Ego *Flodardus*, episcopus et dominus Viciensis,
subscripsi.

† Ego *Petrus Josephus de Castellane*, episcopus
Forojuliensis, subscripsi.

† Ego *Petrus Franciscus*, episcopus Sistaricensis,
subscripsi.

† Ego *Dominicus*, episcopus Glindavensis, sub-
scripsi.

† Ego *Antonius Franciscus*, episcopus Aeduensis,
subscripsi.

† Ego *Franciscus Reginaldus*, episcopus Vivarien-
sis, subscripsi.

† Ego *Joannes Baptista*, episcopus Aptensis, sub-
scripsi.

† Ego *Alexander*, episcopus et comes Valentinen-
sis, subscripsi.

† Ego *Joannes*, episc. et princeps Gratianopoli-
tanus, subscripsi.

† Ego *Carolus Octavianus*, episc. Grassensis, sub-
scripsi.

† Ego *Raymundus*, episcopus Niciensis, subscripsi.

Ego *Franciscus de Puget*, vicarius generalis at-
que procurator generaliter ad omnia deputa-
tus illustrissimi ac reverendissimi domini
episcopi Diniensis, ejus nomine interfui et
subscripsi; et omnia et singula in hac sancta
synodo Ebredunensi acta, decreta, edita et
promulgata ejus et ecclesiae suae nomine
recipio.

Quibus omnibus ad propriam sedem reversis et
sedentibus, secretarius e dicto pulpito interrogavit:

Illustrissime domine, reverendissimi patres! Pla-
cetne vobis, ad Dei omnipotentis laudem, hujus
concilii provincialis finem jam fieri?

Reverendissimi episcopi responderunt: *placet*.
Atque secretarius decretum de fine concilii pro-
mulgavit.

Decretum de fine concilii.

Cum absoluta sint, quae pro temporis ratione
agi gerique posse videbantur, cumque pastoralis
cura rños d. episcopos, qui huic sanctae synodo
interfuerunt et intersunt, ad ecclesiarum suarum
pastorales vigilias revocet, propterea huic sancto
concilio finem imponi censuimus.

Tum vero sic acclamatum est a patribus.

ACCLAMATIONES.

Secretarius. Benedictio Dei omnipotentis super
sanctissimum papam, multi anni Bene-
dicto XIII ad exaltationem ecclesiae.

Resp. Benedictio super illum, multi anni.

Secret. Ludovico XV, regi nostro, qui concilium
hoc provinciale promovit et protexit, dies
super dies adjiciat Dominus et annos ejus
usque in diem generationis et generationis.
Benedicat illum Deus in aeternum.

Resp. Dies super dies adjiciat Dominus, amen
Benedicat illum in saecula, amen.

Secret. Victorem Amedeum, Sardiniae regem pium
et pacificum, conservet Deus et custodiat.

Resp. Conservet illum Deus et custodiat.

Secret. Reverendissimum dominum/metropolitanum A hujus provinciae et in hoc concilio praesidentem rore gratiae suae perfundat Deus et ad aeternam gloriam reservet.

Resp. Rore gratiae suae perfundat eum Deus, ad aeternam gloriam reservet.

Secret. Reverendissimos episcopos, quos Spiritus sanctus in hoc concilio congregavit ad gloriam et utilitatem provinciae nostrae, ad ecclesias suas feliciter reducat incolames et ad multos annos conservet.

Resp. Incolumes reducat et conservet.

Secret. Omnibus orthodoxis in hoc concilio congregatis pax super illos et benedictio.

Resp. Pax et benedictio.

Secret. Fidem, quam haec sancta synodus professus est, integram illibatamque servemus, sanctas leges in perpetuum amplectamur.

Resp. Amplectamur, credamus corde et hanc fidem B ore profiteamur.

Secret. Qui a fide illa pertinaciter recesserint, inter ethnicos habeantur.

Resp. Haereticis illis anathema, anathema.

Secret. Novatores, qui Romanam ecclesiam sanctam, catholicam et apostolicam vel corde vel ore blasphemant, detestamur.

Resp. Eos anathematizamus. Anathema cunctis haereticis.

Secret. Confessionem illam in ore nostro conservet Dominus ad gloriam et utilitatem ecclesiae salutemque nostram.

Resp. Conservet in aeternum. fiat. fiat. Pax super nos et misericordia.

Acclamationes excepit solemniter cantus *Te Deum laudamus*. Hunc vero secuta est *oratio gratiarum actionis*, recitata a reverendissimo domino archiepiscopo.

Hinc mitrati reverendissimi domini episcopi, ordine antiquitatis procedentes, ad rñm d. archiepiscopum accessere, inclinatoque ad eum capite, pacis osculum accepere et dedere: indeque ad locum quisque suum reversi, sese invicem dicto pacis osculo sunt deosculati.

Deinde solemniter rñm d. archiepiscopus toti coetui ac populo benedixit: cui consequenter indulgentias centum dierum, a concilio concessas, promulgavit e suggestu secretarius, dimittens eos et canens *recodamus in pace*. Respondit chorus *ocinendo in nomine Domini*.

His peractis, rñm d. archiepiscopus et rñi d. d. episcopi, depositis ornamentis, recessere.

Post meridiem rñi d. d. archiepiscopus et episcopi solemniter omnium ordinum supplicationi, habitae pro celebranda festivitate translationis reliquiarum b. Victoriae, interfuere, sacram reliquiarum thecam gerentibus quatuor presbyteris dalmaticis indutis, ad quatuor thecae angulos praeligatas vittas longiores manu gestantibus quatuor antiquioribus episcopis, videlicet rñis d. d. Vapincensai, Massiliensi, Bellicensi et Vinciensi episcopis. Cum autem in ecclesiam cuncti longo ordine procedentes reversi fuissent, rñm d. archiepiscopus, sumpto in manus ss. sacramento, solemniter ritu ac more toti coetui benedixit. Tum, postulantis rñis d. d. episcopis, singulis impertivit rñm d. archiepiscopus, non sine authentico traditionis perscripto testimonio, partem aliquam reliquiarum b. Victoriae, solemne ac perpetuum ipsis futurum tam augustae caerimoniae monumentum.

† Petrus, arch. p. Ebredunensis.

† Franciscus, episcopus Vapincensis.

† Henricus, episcopus Massiliensis.

† Joannes, episcopus Bellicensis.

† Flodoardus, episcopus Vinciensis.

† Petrus Josephus, episcopus Forojuliensis.

† Petrus Franciscus, episcopus Sistaricensis.

† Dominicus, episcopus Glandavensis.

Laetitia illam vere magnam, qua amplitudinis vestrae litteras humanitate juxta ac religione plenas accepi, dolor justissimus temperavit, quod nimirum eas ita longa nimis mora suspenderit, ut non nisi post sesquiannum ab earum subscriptione, illae fuerint ad nos hucusque perlatae: quod quidem tanto minus potest premi silentio, quanto alioqui ipse multum criminosae in rescribendo lentitudinis postularer: id quod in re tanta et cum viro amplissimo manifesta esset noxa. Igitur paucis ab hinc diebus cum exemplari concilii Ebredunensis acceptas litteras jucundissime legi, in quibus, tum religione, ac zelo pleni conciliaris conventus, tum praecleari facinoris amplitudo vestra me certiore, confortemque facere non dubitavit. Pro qua quidem re meum est sane referre in primis amplitudini vestrae gratias amplissimas, quod tam pii monumenti me voluerit esse participem, eisdemque cumulatis gratulari, quod tanti moliminis opus animose ingressa, prudenter, exacteque prosecuta, tam feliciter absolvisset. Perspectum enim nobis esse non desinit, in tam procelloso tempore, frementibus undique fluctibus tempestatis, magnas re vera fortitudinis atque prudentiae partes ad ejusmodi facinus perficiendum desiderari; virumque propterea, qui prius Galliarum, Irenaeos, Hilarios, Caesariosque referre jam videretur: quos proinde in amplitudine vestra modo sic relegisse, nobis est

jucundissimum: eique proculdubio debet Gallia A universa grates habere quam plurimas, quod vetusta ejusdem concilia Parisiensis, Narbonensis, Cabillonensis, Senonsensis, aliaque quam plura, quae dulde foret plusculum persequi; tam egregie, et opprobriose renovaverit: et tanto magis strenue, quanto inter magis irrequietos animos id effectum est. Horum autem animorum infaustas vices, sine mœnore tetigisse non possumus; quantum in Domino delectamur, nostra concilia Toletana multis retro annis idcirco penitus conquiescere; quod videlicet eisdem evictum est, Deo dante, ut hic loci jam dudum unum ovile appareat, et unus pastor. Isthic vero, quanquam jam pridem aliqui male feriatii homines, et critico spiritu quodam abrepti, sacras sanctiones et leges ecclesiasticas contenderint cavillari, proprio, quem suscitavit pulvere, concutientes, haud potuerunt tamen efficere, quin Gallicana ecclesia toto terrarum orbe percelebris, in eodem praelio plus victrix, eademque collisione nitidior, viros et pastores tulerit christiano spiritu vere plenos, strenuos, et sapientissimos, qui primores ecclesiae patres aemulantes, hostes contriverint, ostenderintque, sese sua in arena nihil exteris gentibus reliquias vincendum.

Quod si monumenta cuncta interirent, quae universae ecclesiae asservat antiquitas: ea sola synodus ista Ebredunensis posset exsuscitare: quandoquidem cum fortitudine, humanitas, cum modestia, aequitas, cum integritate observantia, cum autoritate sollicitudo tam mirifice copulantur; ut exinde, ad totius Galliae, et ecclesiae gloriam, ingens praestet exemplar, et documentum posteritati. Cui quidem propterea neque poterant non ultro opeam ferre regia manus et pontificia; siquidem ibi utrarumque partium momenta, et jura gravissima appendebantur: neque poterant reliqui praesules ecclesiarum eidem actioni non plenis calculis suffragari, quam cornebant, tanta suavitate, et moderatione erga collegam suum fuisse tractatam; ut nihil eo iudicii genere suavius ac temperatius videretur posse desiderari: et merito quidem, cum praeter ipsius animum, et sententiam reapse justo plus obfirmatam praesulis Sanitiensis aetas, character, et confraternitas officia ejusmodi postularent. Huic et ergo pariter similia humanitatis, charitatisque signa perlibenter impertior: sed eo impraesentiarum liberius acta ipsius praeterita de munere reprobare non desinam, quo de ejusdem religione, ac zelo facilius potest esse mihi persuasum, temporis intercapedinem, hactenus inter datas, et acceptas litteras multa mora interjectam, potuisse eundem virum, alias ornatissimum, ad sese jam feliciter revocare: non secus ac per Deum licuit ex viris non imparibus tantumdem solatii nobis, benignissime contulisse.

Quod vero attinet ad tenorem istius sacri concilii comprobandum, prout a me amplitudo vestra perhumane contendit; sicuti nec deesse valeo, sic superesse non velim. Praeterquam quod enim tantus praesul et praeses, tantisque illustrissimorum episcoporum gravis conventus nihil queant, data opera, stabilire, quod mihi non sit futurum instar doctrinae; praesente insuper sanctissimi patris nostri Benedicti XIII confirmatione plenissima; non tam approbantis quam cernuo capite credentia, et obedientis more debet ire nostra subscriptio: quae vel sic statim ostendat, Hispanum quemvis antistitem ad sanctae sedis litteras non facile rationum momenta pensare: caeterum quia isthinc ea nobis esse vota significantur, ut ad convincendas perveritas quasdam mentes, tantae synodo adversas, de ingenua nostra consensione, et accessione testemur: id perlibenter sic duximus esse praestandum.

Igitur, amplissime praesul, relictis tantorum patrum coetui gravissimo iuribus suis, quibus de more solet in episcopos animadvertere, necnon ritibus, quibus consuevit praevie sacro-sancta testari, itaque pijs suis moribus disciplinae, ad acta judicialia contra Sanitiensem episcopum me convertens, generatim pronuntio, ea omnia prudenter, legitime et aequissime fuisse peracta: neque alio quam christianissimo character exceptas fuisse ejusdem postulationes illas debiles de incompetencia, appellatione, et recusatione iudicium; quas statim primum est intelligere, non mihi ex sinistra animi praecoceptione mansisse: quae satis frustra sibi exempla de patribus corrogavit, a quorum germano fidei spiritu tam procul abfuisse dignoscitur. De quo abunde testatur ipse dum pastoralis instructionis, sedi apostolicae apertissime refragantia, in plena synodo se auctorem esse non diffitetur: ita ut iustissime in eum regesta sint tria illa capita, videlicet de formulario Alexandri VII, de bulla *Unigenitus*, et de Quaesnelliana doctrina, quae promotoris accusatione vere dignissima esse censetur. Sed tamen sese ipse multo abundantius manifestavit, quando toties delusis et irritis, crebris ac pijs precibus collegarum, in eadem semper obstatus est perstare sententia: ea cum querelis suis acta et argumenta conglomerans, quae neque tantae dignitatis hominem concederent, neque praestarent quidpiam aliud, quam eum altius figere in barathro criminosi. Advocat enim ea pro se, quae sunt millies convulsa, nimirum in primis de appellatione ad futurum concilium, quibusdam casibus corrosis, nec plene discussis, de ecclesiastica historia, jam per viros doctissimos utraque manu complexis; neque discernendo ulterius, quid speciatim in iuribus etiam ecclesiae usurpandis unaquaeque sibi saecula reservaverint. Praeterea quod magis mirum est, idem ille ipse qui totus est, ut Romanam sedem infirmet, idcirco eam immobilem, et invariandam praedicat in Clemente IX quatenus pro se comminiscitur quendam ab eo pacem indictam, de acceptatione videlicet indulta sub distinctione illa dolosa et fugitiva, *iuris et facti*; quam multo verius exterminare conatus est Clemens IX veluti constat ex ejusdem litteris ad Ludovicum XIV datis, et ad quatuor episcopos sibi ipsi jam se submittentem.

Ad quae insuper accedit, quod postquam cleri Gallicani gravis comitia bullam *Unigenitus* solemnissime acceptavere, propositiones etiam singulas discutiendo, ostendendoque, esse iuste confixas: eam ipse nedum amandat; sed irreverenter incusat, atque proscindit: nempe ut omnia animi sui sensa Quaesnellio suo devoteat: immemor profecto, quanti horroris fuerit Chalcedonensi concilio, Dioscorum impudenter a Leoni anathema dixisse; Euticheti vero viscera sua servasse. Postremo autem ille ea omnia consuere nititur, quae jam pridem auferat factio Jansenii; et quae prius Baiana soboles procrearat: unde et aequissimum erat, ut iidem vigiles, qui Baium contriverant, ejusdem semina in Jansenio repullulantia detegerent, atque amputarent.

Non ergo ibi nisi multa male tuta deprompsit: contra quae jam olim illustr. d. Bossuet, illust. episcopus Successionensis, et eminentissimus collega noster cardinalis de Byssi, cum aliis pluribus Galliae doctoribus, praeclearissime dimicaverunt: et quae idem intra concilium illustrissimi episcopi Grassensis et Glandavenensis simul cum theologis et jurisperitis efficaciter promoverunt.

Quae quidem omnia, praesul amplissime, non eo commemorata sunt, quatenus ex nobis ullam litterarium robur accedat; potius existimantibus, Galliarum pugiles satis per se solos hoccine suum

facinus completis numeris perfectissae; sed ne (quod A per cavillatores dici cōsuevit) existimetur, suffragium quantulumcumque nostrum ire de re proreus incognita. Novimus enim, nec nisi cum dolore, undenam haec multum tristia proficiantur; cum haec eadem ipsa doctores Galli condoleant. Novimus Gallias prius temporibus in ecclesiam longe piissimas, etiam Spiritus sancti oleo viabiliter cadente desuper delibutas. Novimus vero nunc, haec tristia, quae cernimus, alia peperisse tristiora: quippe, ut nuper quidam isthinc delatus huc liber ostendit, virus jam primos fidei cardines et fundamenta corrodit: atque in isto eodem sacro concilio haec eadem misera res innotescit, dum perversi illi articuli cujusdam canonici, ad Anglicanam fidem descendentis, per illust. Massiliensem docte confutati, damnantur. Ex propter si ad radices securim admoveri jam oportebit; forte non pergunt minus feliciter qui pro sanctae sedis infallibilitate ample diducta, decertarunt, ut demonstrat r. p. d. Matthaeus Petittidier, Benedictinus, scribens ea de re in anno ipso concilii. Quemadmodum neque illa alia radix ipsis incognita est, qua, videlicet, etiam erga res fidei spiritus quidam censorius et criticus assurrexit, qui fidem ipsam sensim debilitat, enervat et labefactat: ut cum alijs pluribus id speciatim ostendit p. Rapin, societatis Jesu, opusculo plane docto, judicioque, scriptura, et patribus locuplete. Ad quae quid ego ipse adjiciam, nisi hanc menti humanae miseram deferentiam omnium haeresum hactenus et initium, et progressum et barathrum extitisse? Propterea Augustinus scripsit contra Manichaeos celebrem librum *De utilitate credendi* ad Honoratum: propterea Ariani contra Nicaenam synodum, Nestoriani contra Ephesinam, Pelagiani contra Africanas fuere ita perveraces: propterea neque Constantiense concilium omnino fregit Wiclephistas, neque Leo X Tridentinaque synodus Lutherum atque Calvinum potuerunt ad meliorem frugem revocare: propterea denique etiam Jansenistarum cohors eo est nunc magis dura, quo magis sinuosa apparet, ac circumflexa: ita ut nulla spes sit umquam fore, ut per eosdem etiam synodo oecumenicae pareretur. O utinam faxit Deus, quod deinceps isthinc pia vota, sanioraque consilia concrecant, eodem animata spiritu, ac religione, quibus ista synodus Ebredunensis per amplitudinem vestram coacta viriliter, et gloriose perfecta est. Quam proinde licet refractarii non pauci adlatrare non desinant; et quinquageni causarum patroni consurgant; hos tamen causa sua cecidisse jam video, dum jam per litteras praelatorum, jam per graviorum, saniorumque advocatorum suffragia, jam per Sorbonici cujusdam doctoris praeclaram dissertationem cerno esse jam diruta ea, quae per illos fuerant satis male substructa. Post quae omnia jam verba colligo, quibus testatum universis esse percipio, me ambabus ulnis istius sacri concilii provincialis sententiam amplecti; eamque hisce meis litteris velle penitus comprobata. Ergo id unum mihi modo relictum est, scilicet amplitudini vestrae pro suo in me humanitatis officio plurimum regratiari, eique adprecari faustissima, ac praesertim ad majorem Galliarum, totiusque ecclesiae honorem vitam ipsi praeoptare longaevam.

Amplitudinis vestrae affectissimus servus cardinalis Astorga, archiep. Tolet., Hisp. prim.

Matrii, die 30 septembris an. 1730.

[Verso folio:] Illustrissimo et reverendissimo domino archiepiscopo p. Ebredunensi.

XVII. LITTERAE

illustr. ac reverend. d. d. archiep. Burgensis

ad illustrissim.

ac reverendiss. d. archiep. Ebredunensem.

Illustr. et rever. Domine.

Longe tardius quam moris est, litteras amplitudinis vestrae accepi; non enim nisi post elapsam integrum annum ad nostras manus pervenerunt. Simul cum illis acta omnia concilii Ebredunensis placuit amplitudini vestrae mittere. Quae omnia non minus attente quam jucunde perlegi; admiratusque sum prudentiam juxta ac fortitudinem episcopalem, qua patres concilii omnia persecutantes, omnia ad regulam sacrorum canonum definitam, sententiam tulerunt plenam sapientia, utilissimam ecclesiae praesertim Gallicanae, valentemque omnino cancerum Jansenianum toties percussum, totiesque male revirescentem radicitus ejungere. Si manus Domini adhuc extenta, si furor ejus nondum a nobis aversus, tandem orationibus servorum suorum, placata procella, in judicium et misericordiam convertatur: hoc autem ideo tremens profero, quia vidi eruditam epistolam datam a clero Gallicano, regi christianissimo, in congregatione generali, hoc eodem anno, Parisiis celebrata, ex qua patet, nonnullos adhuc refractarios constitutioni *Unigenitus* cervicosum caput non subicere, inter quos, proh dolor! episcopus Mompessulanus infelix coriphaeus infamatur. Utinam quod archiepiscopus Ebredunensis in suo concilio provinciale sancto coepit, ac tandem felicissime absolvit, hoc ipsum in sua provincia Narbonae metropolitanus imitatus fuisset! Non sibi ex omissione injurius, non tam male inter cordatos audiret; eodem quippe sanctissima essentiae mucrone sauciatus episcopus Mompessulanus, ut fuit Senecensis, si non ut par erat, respiceret; saltem claustrum aliquo, vel tuto loco detrusus, non malo genio correptus, novas praestigias moliretur.

Grates ergo intimo pectoris affectu amplitudini vestrae persolvo, quod acta praefati concilii Ebredunensis communicare nobiscum non gravatur. Quanta nobis ex hoc humanitatis officio in communi laetitia fuit! Quales gratiarum actiones devoto corde patri luminum, a quo omne bonum, religiose persolvimus? Ut enim amplitudo vestra vere pronuntiat, episcopatus unitas et contentus postulat, ut episcopi, si celebriores in ecclesiis suis acciderint eventus, eos ad ecclesias externas pia sollicitudine referant. Ita sane hoc enim commercio sancto, et veritas catholica melius retegatur, simulque et stabilitur, et mutua charitas longe interjecto terrarum intervallo repugnante, praelatorum corda, arctius conglutinatur.

Sic olim, cum per Elipandum, antistitem Toletanum, et ejus magistrum Foelicem, episcopum Urgellitanum, sopita jam haeresis Nestoriana recrudesceret, pestiferumque virus hoc per Gallias quoque Foelix disseminaret, extemplo Gallicani episcopi concilium Francofordiense celebrarunt, in quo post veritatem catholicam egregie firmatam, epistolam direxerunt episcopis Hispaniae, qua non solum Elipandum et Foelicem, sed etiam (errore tamen puri facti decepti) sanctissimos antistites Toletanos Eugenium, Ildephonsum et Julianum haereticarum pravitatis criminabantur. Affuerunt vero praeclarissimi viri sanctus Etherius, episcopus Oxoniensis, et Beatus praesbyter, qui doctissimis scriptis Elipandum et Foelicem refellere, et post calumniam ab illis tribus sanctissimis praelatis propulsam, post veritatem fidei factique illustratam, dogma catholicum de filiatione Christi Domini na-

turali non adoptiva per universam Hispaniam statuerunt, ac deinceps subsequuta concilia confirmant: tanti interest licet longe disitarum regionum episcopos, eventus vel doctrinas novas, atque ideo periculosas, mutuis litteris hinc inde referre! Sic enim et veritas elucidatur, fides astruitur, charitas denique diffusa per Spiritum sanctum, qui posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, mirifice confovetur.

Ergo amplitudo vestra aequi bonique consulat, si prolixior epistola nostra, quam oportebat, negotium facessat amplitudini vestrae. Ex superabundanti quippe gaudio vix me continere potui, vix chartam absolvere: animo enim et mente prospicio quas, et quanta in universam praesertim Galliam bona opera, exemplo, concilio amplitudinis vestrae diffundenda sint, quod ut singulari, sua qua fulget pietate, fructuosius in dies praestare queat, diuturnam ipsi archiepiscopatus administrationem exopto, et, post hujus saeculi labores, aeternam in coelo foelicitatem.

Illustr. et reverend. domine, amplitudinis vestrae, obsequentissimus cultor: Emmanuel, archiep. Burgensis.

Burgis, 14 octobris 1730.

[Verso folio:] Illustrissimo et reverendissimo domino archiepiscopo Ebredunensi, quem Deus ad multos annos custodiat.

XVIII. LITTERAE

illustr. ac reverend. d. d. archiepiscopi
Caesaraugustani

ad illustrissim. ac reverend. d. archiep. Ebredunensem.

Illustr. et rev. domine.

Litteris dominationis vestrae, illustrissime praesul, licet sero responsum praebere; paucis enim abhinc diebus ad me pervenerunt. Nunc tibi tam pro mei memoria, quam pro tuo zelo gratias ago; et pro concilio tuae provinciae tam docto, justo, et catholico, Deo, cum tuis coepiscopis, benedictiones refero. Utinam per universam Galliam, ubi ab initio religionis sapientia et disciplina ecclesiastica viguit, observetur, et circa obedientiam patris patrum, ad quem spectat resolutio in materia morum, nulla deinceps contentio oriatur: nam, ut aiebat divus Bernardus in epistola ad Innocentium papam, qui contra suas decisiones in rebus fidei et morum est, vel antichristi, vel antichristus est.

Nos vero per universam Hispaniam in hoc, illustriss. et rever. domine, Christi sumus, cum spiritum verae religionis, qui in obedientia capitibus consistit, unanimiter profiteamur. Vale, et jube quidquid judicaveris tui obsequii, quod prompto et libenti animo exequar.

Illustriss. et rever. domine, amplitudini vestrae, D humillimus et obsequentissimus servus: Thomas, archiepiscopus Caesaraugustanus.

Caesaraugustae, 15 octobris 1730.

[Verso folio:] Illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Ebredunensi.

XIX. LITTERAE

illustriss. ac reverendiss. d. d. archiep. Valentini,
ad illustrissim. ac reverendiss. d. archiepisc. Ebredunensem.

Illustrissime domine.

Cum epistola illustrissimae dominationis vestrae (quam nescio ob quae temporum impedimenta, non nisi post diutissimam satis moram, ad meas pervenisse manus, religiose testor) accepi simul acta Ebredunensis concilii, a vestra illustrissima dominatione coacti, convenientibus istius provinciae

A suffraganeis episcopis, caeterisque omnibus quibus de jure aut consuetudine jus est. Cumque res gravissima discutienda foret, causa nimirum in illustrissimum Senecensem episcopum in judicium vocata; ut res adeo magna, ut inter majores, quae in ecclesia evenire valent, merito numeretur, multorum maturiore judicio examinaretur, plures alios ex vicinis provinciis evocare tibi et concilio placuit praelatos: de quorum omnium consilio prudentissime, ut causa exigebat, religiosissime, et excellentiam tam venerandi coetus decebat, piissimeque, ut profecta auctoritasque illustrissimi Senecensis exposcebatur, sum ageretur, sicque re ipsa totum actum est.

Sed, ut legi, illustrissimum Senecensem reluctantem patrum consiliis saepe repetitis, in sua pertinacia persistentem, de haeresi condemnatum, separatim a suorum fratrum consortio vivere, vix me a lacrymis temperare potui? Nam aquae doloris ingentissimi intraverunt ubique ad animam meam, quasi oculis viderem fratrem meum, qui simul mecum dulces capiebat doctrinae cibos, atque olim sugebat ubera matris meae, relicto aquarum veritatis fonte, cisternas voluisse fodere dissipatas et aquas coelestis doctrinae continere non valentes. Proh dolor! Ovis quae multos Christo parere debuisset agnos, si sibilum pastoris sui auscultare studuisset, erravit a via; et cum, relicto pastore, ab ovili recessisset, errans mansit in deserto veritatis, pascuam inveniens in multitudine erroris: sicque immanissime decepta, neque ad gregem redire valens, neque vocem sui pastoris audire volens.

Sic apud me, lecta tantum epistola, cogitabam: cum ecce, illustrissime domine, ad Ebredunense concilium oculos converti: lego illud attente, admirorque summam prudentiam gravissimi hujus conventus, rectissimam methodum in instituenda persequendaque causa observatam, feum sua confessione convictum, justissimam pronuntiatam sententiam, in eaque obviam sibi visae misericordiam et veritatem, atque justitiam et pacem mutuo charitatis osculo fuisse osculatas: statimque venit in memoriam laetatum iri justum cum viderit vindictam. Deposui ergo dolorem, et quamdam aliam justam indignationem concepi. Vidi namque dilectissimos confratres nostros, venerandos episcopos, praesules doctrina et sanctitate illustrissimos, nomine proprio et totius colendissimi concilii, saepe saepius urbanissime convenisse, amantissime fuisse loquutos, efficacissime et modestissime suasisse illustrissimum Senecensem episcopum jam diu alienatum a vulva, et errantem ab utero matris ecclesiae, summi pastoris, optimi incantatoris vere incantantis sapienter. Sed (quis crederet!) eorum unus esse maluit Senecensis illustrissimus, qui, ut aspides surdae, suas obturant aures, ne exaudiant clamantis vocem contra serpentes et aspides, quorum nomine, teste Hieronymo, significantur haeretici.

Tu vero, illustrissime praesul, cum a via tuorum antiquorum patrum deflectere nolles, jure optimo, ut tuam reformares provinciam, et haeresim serpentem penitus extingueres, hoc venerandum concilium coegisti. Etenim si concilia provincialia assidue celebrarentur, reformationem ecclesiae causabunt, dixit Anaastasius Constantinopolitanus. Hunc morem in tota universali ecclesia, jam olim invaluisse, nemo est qui ignoret: tunc praecipue si causa occurreret examinanda illustrissimi cujusdam praelati. Cujus rei tot sunt vetusta majorum exempla, ut nulla sit orbis pars, aut provincia, in qua gravissimae episcoporum causae ad concilium non sint delatae. Quod si nobis praeterirent quae in Chalcedonensi provinciali, et in Antiocheno, in

Carthaginensi, Treverensi, Capuano, Aquileiensi, A Milevitano, Burdegalensi, et in aliis multis, quae communi loci edita sunt; occulta tamen esse nobis minime deberent quae in conciliis Toletanis aliisque in Hispania habitis aperte referuntur. Et quamquam causas omnes episcoporum diu jam ad se Romanus pontifex evocaverit, atque adeo in his ultimis temporibus episcopi apud nos vocati non fuerint ad concilium provinciale, imo neque ad iudicium inquisitorum (quibus in Hispania onus incumbit animadvertendi in haereticos) si qui crimen admiserint non impune relinquendum; scimus legem istam in Gallia minime observari, ut aperte demonstrat concilium Burdegalense celebratum saeculo proximo elapso, anno vigesimo-quarto. In eo namque visa, instructaque causa fuit contra illustrissimum episcopum de Sarlat, sententiaque gravior quidem in ipsam pronunciata, ut in universa Gallia satis notum est.

At cum semper jucundissimum fuerit habitare fratres in unum, frequens fuit mutua praelatorum affinium provinciarum inter se similium eventuum communicatio; ut sicut una erat in omnibus pastoralis sollicitudo pro fide sanctissime tuenda et conservanda, ita in omnibus una foret gloria pro pestifera doctrina profligata, atque erroris magistro digno mulctato supplicio. In Hispania nostra exemplum habemus satis antiquum: tempore enim divi Cypriani, cum episcopi duo, Basilides et Martialis, inter libellaticos fuissent adscripti, Hispaniarum episcopi simul convenere (quo tamen in loco noscitur omnino), atque causam eorum in sententiam usque protraxerunt; et denique eos ab episcopatu deposuere. Cujus rei certiores facere voluerunt a Cyprianum, reliquosque Africae episcopos, quibus tunc frequentia erant ista mutua charitatis signa. Nam cum tunc provincia Tingitana ad Hispaniae praetorem attineret, facilis erat Hispanorum accessus ad Africanos patres. Similiter cum Palladius et Secundinus, Mediolanensem ecclesiam regente sancto Ambrosio, ad Arianos turpiter defecissent, Aquileiae convenientes praelati, iudicium super eorum crimen instituerunt; de quo convictos a dignitate et ecclesiae suis deiecerunt; causamque, et damnationem, executionemque sententiae ad Gallos episcopos retulerunt.

Hujus religiosissimi conventus exemplar videris, illustrissime domine, tibi imitandum prae oculis habuisse. Ad hoc namque venerandum Ebredunense concilium, non tantum praelatos omnes hujus provinciae vocare decrevisti, sed multos alios provinciarum conterminarum: sicut etiam ad Aquileiense concilium affinium provinciarum episcopi invitati sunt multi; quin etiam ex Gallia duo sunt vocati. Manifeste in conventu patrum examinatus est illustrissimus Senecensis super crimen sibi impositum, sicut in Aquileiensi Palladius et Secundinus. Senecensis episcopus, nullo sibi vim inferente, sed libenter omnino passus est quidquid contra ipsum objectum erat; et semel, iterum et tertio pertinax, in errore permansit: sicut etiam Palladius et Secundinus, examine saepius repetito super errores, quos docebat, praefricta fronte eos fassi sunt, neque ab eis deflectere voluere. Quare a concilio debitam praesentem excipisse sententiam super iniquitate convictos, patres dicunt in epistola dicta, depositique ab episcopatu relictos sunt. Non ita rigide tu, illustrissime domine, et tuum omni veneratione dignum Ebredunense concilium cum illustrissimo Senecensi se gessit: sententiam benigniorem pronuntiavit suspensionis tantum, a qua nullo negotio liberari posset, facileque in suam ecclesiam restitui.

Verum licet illustrissimus Senecensis, et alii non pauci advocati, quibus maxime cordi est Quosoniam, ejusque doctrina, per Gallias elament iudicium et sententiam venerandi concilii nullam esse, utpote quae prolata est a iudice post interpositam appellationem omni jurisdictione destituta: certe patres concilii ab Spiritu sancto edocti, sapienter egerunt, et intellexerunt veritatem et iustitiam, et implerunt iudicia sua. Quippe quis ignorat, appellationem apertissime reprobam per sacros canones, et manifestissime frivolum, suspendere non posse auctoritatem et jurisdictionem iudicis; hincque, ea postposita, sententiam debere in debitam executionem deducere? Nonne poterit quis dignam existimare appellationem, quae manifestissime totum ecclesiae catholicae fundamentum funditus evertit? Ecclesia universalis cum summo pontifice conjuncta agnoscit constitutionem *Unigenitus* esse veram fidei regulam. Ad quem ergo iudicem appellat illustrissimus Senecensis? Concilium generale nullam aliam habet auctoritatem, nisi quam episcopi per universum orbem dispersi habent: neque plus repraesentant totam ecclesiam episcopi in unum locum conjuncti, quam iidem in suis diocesis consistentes. Igitur, si Senecensis illustrissimus a sententia data a summo pontifice dum omnibus episcopis (paucissimis non numerandis exclusis) repraesentantibus ecclesiam catholicam appellat, ad quam ecclesiam appellat?

Cernimus etiam in actis concilii voluisse illustrissimum Senecensem alio ex capite, aut fugere, aut saltem infirmare auctoritatem, et jurisdictionem venerandi concilii: ideoque omnes et singulos episcopos recusavit, ut hac ratione neque prosequi causam, neque sententiam in ipsum valerent proferre. At, juxta leges saltem Gallicae, non creditur recusatio legitima, cum crimen est publicum, teste Rebuffo; neque iudicem ullo modo impedit, ne iudicium ferat juxta merita causae: atque etiam contemnenda est, omnibus doctoribus consentientibus, cum omnes rationes ad recusandum adhibitae levissimae sunt: immo, etiam si graves et gravissimae forent, profertur tamen omni nuda probatione. Si ergo crimen illustrissimi Senecensis patens et manifestum erat, si plerasque rationes, vel veras, vel falsas, leves aut graves, nullo instrumento, nulla testibus probatas exhibuit; nescio quid posset venerandos illos patres detinere, quominus justissime in ultimam usque sententiam causam ipsius perducerent.

Objecitne aliud contra vestram illustrissimam dominationem, nisi calumniam apertissimam, quam probare non valuit? Contra reverendissimum Massiliensem quid opposuit, nisi quod magis ipsum laudabilem et spectabilem redderet, si ipse diu jam inter defensores catholicae religionis praeclarissimus non haberetur? Ut Grassensem Glandavensemque illustrissimos a iudicio excluderet, nihil aliud protulit, nisi quod pessime sensissent, locutique fuissent de sua appellatione. Haec de causa omnes catholicos episcopos recusare valuisse? Nihil ergo recusationes illustrissimi Senecensis retardare poterunt, quominus venerandi atque reverendissimi patres, desiderio magno excitati, impediendi ne levis pestiferae doctrinae, mors cancri serpentis, simplicium corda traxisset in ruinam, ut olim dixit Siricius papa; et ardenti zelo impulsus religionis catholicae defendendae, et integerrimae conservandae, iudicium suspendere, et sententiam proferrent. Optime ergo res acta fuit in hoc venerando Ebredunensi concilio; neque vel leviter contrarium suspicari posset de consensu gravissimo, in quo omnes patres qui conveniant, ita prudentissimi,

destinimi, et christianissimi sunt, ut in quolibet eorum doctrina floreat, virtus splendeat, integritas luceat, et solus conservandae catholicae religionis ardeat.

Verum struimus ille conciliator (pareat illustrissimus Senecensis: utor namque verba sancti Cyrilli in concilio Ephesino cum episcopo, imo cum patriarcha loquentis) callidusque calumniator accusationes in peccatis, ut scriptum est, praetendens, non nihil ad haec fortasse, haud incoite, ut ipse putat, respondit ac dicit: et ego quoque pro Domino solutus sum, sicut et sancta synodus. Sed cum haereticis caecis, mea vos sententia contristati. At cum haec dicit, aperte ostendit, se ex illis esse, qui apud Iosiam dicebant: Posuimus mendacium spem nostram, et mendacium protegimur. Quod si nemo fortasse id dicit, res tamen ipse clamat: namque superbia et arrogans deprehenditur, quod omnes quotquot per universum orbem dogunt sanctos sacerdotes contumelia efficiens, eademque virga feriens, sua sententia a communione exclusos esse voluerit. In qua re non tam illos laesit, quam seipsum ab eorum communione sejunxit. Utinam haec tam aperte illustrissimo Senecensi, omnibusque Quenellianis non convenirent! Hi namque a pharisaeo usurpantes vocem, se non esse sicut caeteri homines affirmant: namque nos sapientes sumus, aiunt, et lex Domini nobiscum est; sed isti, Hieremia teste, apprehenderunt mendacium et noluerunt converti.

Tu, illustrissime domine, clama, ne cesses, si forte audiat illustrissimus Senecensis, et convertatur a via sua pessima, et intelligat justitiam et iudicium, et aequitatem, et omnem semitam bonam. Namque si intraverit sapientia cor ejus, et scientia animae suae placuerit, consilium custodiet illum, et prudentia servabit illum, ut exeat a via mala, et ab homine qui loquitur perverso, ut Salomon in Proverbiis dixit. Sicque omnium catholicorum erit ingens gaudium, cum offendiculum hoc ex universa Gallia sublatum viderint, sisania ex spiritualis culturae agro eradicata intelligant. Et nos cum s. Cyrillo interim Christum, universorum salvatorem, obtestemur, ut vel nunc tandem, dissipatis diaboli laqueis, ecclesiarum scandala praescindat in aeternum.

Delationem promotoris venerandi concilii, dissertationis de ordinationis Anglorum validitate, cum ejusdem defensione, quam nullus nisi Anglus, in lucem dare valuisset, justissimam constanter affirmo, cum utramque reperiam plenam erroribus, manifestisque haeresibus. Quare a venerando concilio justissimis censuris condemnandam non dubito; quin imo a toto terrarum orbe amandandam, et ardentibus flammis tradendam.

Decreta, quae ad morum reformationem sancita sunt, quasi afflante Spiritu sancto stabilita videntur: neque enim veritatis spiritus alienus esse poterat a tam sacro et religiosissimo conventu, in quo omnium venerandorum patrum erat cor unum et anima una, pro defendenda fide, et animus concors consulendi ipsius puritati, et extirpandi quoslibet illi adversos errores. Hunc namque finem, tu, praesul colendissime, ad congregandum concilium tibi propositum habuisti; hoc animo convenere episcopi omnes illustrissimi, sive hae provinciae, sive vicinarum. Ideoque fides, quae per charitatem operatur, principium posuit, spes optimi finis consequendi animum auxit, et tandem charitas Spiritus sancti diffusa in cordibus singulorum, opus perfecit. Quod quamquam ex concilii actis meridiana luce clarius appareat, certius, imo certissimum jam est, postquam sanctissimus dominus Benedictus decimus tertius, cujus memoria in benedictione est, concilium

hoc Ebredunense sua approbatione confirmavit, a cujus iudicio discedere nefas omnino est.

Superest jam, praesul amplissime, ut pro humanitate, quae erga me usus es, maximas tibi habeam gratias, et pro felici exitu venerandi concilii, proque tam ingenti accepto beneficio summas perennesque, nec unquam posturas, Deo optime perennesque, nec unquam posturas, Deo optime maxime rependamus. Neque enim nisi ab ejus beneficentia et amore, quibus ecclesiam catholicam, suam sponsam, tam ardentem prosequitur, bonum tam magnum posset desperari; cum ab eo decedat omne datum optimum, et omne donum perfectum. Quare laetissime clamabo: A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris: Mirabile? Nam sapientiae duae, et sapientum emendator¹⁾ venerandis patribus horum omnium sapientiam dedit, dixitque in eorum corde justa iudicare. Benedicam ergo Dominum in omni tempore, qui, ut olim sanctus Augustinus in casa non multum absimili loquebatur, separato, non extincto filio contra patrem bellum gerente, dedit laetitia, frequentia, alacritates, et ad hymnos audiendos et canendos, et ad verbum Dei verum percipiendum celebra, hilaresque, sicut fide dignae nobis testantur litterae ex Gallia ad nos delatae. Quod tibi, illustrissime domine, laetitiae inexplicabili, perehni- que gaudio, et immortalis gloriae futuram minime dubitamus, quorum confratres tuos nos omnes participes esse voluisti, ut una sit inter nos vera fides, mutua ardens charitas, et religionis tuendae zelus ingentissimus. Dum ergo nos hic sumus orantes pro vobis, et vos oramus, ut vicem rependere dignemini. Largissimo aeo dominationem vestram incolum omnipotens Deus tueatur.

Illustrissime domine, amplitudinis vestrae obsequentissimus in Christo servus: Andrea, archiepiscopus Valentinus.

Matriti, XII kal. nov. 1730.

[Verso folio:] Illustrissimo et reverendissimo d. domino archiepiscopo Ebredunensi.

XX. LITTERAE

illustrissimi ac reverend. d. d. episcopi inquisitoris generalis Hispaniae

ad illustrissimum ac reverendiss. d. d. archiep.

Ebredunensem.

Illust. et rec. domine.

Litterae illustrissimae dominationis tuae datae die 12 martii praecedentis anni, et non ita pridem a me receptae una cum exemplari concilii Ebredunensis te praeside celebrati, maxima jucunditate, et erga te veneratione me affecerunt; nec exiguae gratiae illustrissimae dominationi vestrae referre decet, quod eximium munus ad me miserit, quo nullum aliud jucundius, gratiusve pacis et unitatis ecclesiae studiosis accedere potest. Hanc omni ope novatores labefactare conantur, nullum non movent lapidem, nullum non adhibent fraudem; non dolis, non calumniis, non mendaciis parcunt; nec eorum conatibus infringendis, totius orbis catholici, si paucos in Gallia excipias, concors consensus satis fuit. Ea est horum hominum contumax obstinatio, ut pauci se toti orbi pares, imo et superiores arbitrentur, nec aut pontificis maiestatis, aut episcopalis ordinis, aut regum et principum constitutiones et potentiam vereantur. Ipeis solis, si ipseis credendum esset, sacrae doctrinae depositum creditum est; quin et ipseis solis, ut jactitant, se credit Spiritus sanctus: sed nos possumus secure, et sine haesitatione asserere de ipseis id, quod de Judaeis Joannes: quod Jesus non se crederet eis. Verum

¹⁾ Carrige: Sapientiae duae et sapientum emendator (Sup. VII, 15).

quam multi horum fraudibus capti? Quot eorum ovina veste decepti? Quam verendum est a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemone meretricio? Non aliter censendi sunt hi homines, et eorum similes, qui sub fraudulentis artibus spiritus pervertunt, et se sales ut filios lucis ambulare iactitant. Eorum dogmata summi pontifices, non semel, et iterum, sed saepius damnaverunt, detexerunt eorum fraudes, episcopi praesertim Galliarum insectati sunt, eorum effugia praeciderunt. Novissima constitutio Clementis XI, communi plausu cleri Gallicani, imo totius orbis catholici recepta, securim ad radicem misisse videbatur: christianissimus Ludovicus XIV, sua potentia et autoritate ecclesiae catholicae suppetias ferens, draconis capita confregisse visus est. Sed adhuc hoc terribilissimum monstrum suum venenum evomit. Quid igitur? Utinam omnes metropolitani, ubi id opus sit, tui similes esse pergant: exemplum eis dedisti, ut quemadmodum tu fecisti, ita faciant. Nil aliud jam proderit, satis jam benignitati datum, satis charitati consultum: tempus jam venit, quo opus est horum errores, qui ad messem usque creverunt, evellere. Antea non ita facile forsitan zizania a tritico discernere, sed creverunt; detecta est hypocrisis, palam est simulatio, vestimenta ovium ceciderunt, et universus orbis notus satis habet hos lupos rapaces. Concilium Ebredunense, ut ita dicam, ultimam manum huic difficili operi apposuit. Si in reliquis provinciis, ad quas haec gentes toties apostolica constitutionibus profligatae se receperunt, simile fiat, actum de illis est. Hoc nomine tuae illustrissimae dominationi tota catholicorum respublica maxime devincta est, quod primus fueris, qui radicibus, his erroribus convellendis, manum applicueris, eo scilicet remedio, quo post apostolicas constitutiones nullum aptius. Quid mirer, aut quid potius in studio tuo laudem? Zelum, quo causam fidei amplexus es? Prudentiam, qua ad felicem exitum rem ita arduam perduxisti? Patientiam, qua calumniis, et opprobria tibi objecta tolerasti? Benignitatem, qua usus es, et in omnibus exhibuisti? Fortitudinem, qua factum est, ut oppositae artes ab incepto te non detererent. Multa possem adjicere, id unum non omittam, te posse verbis d. Hieronymi (*epist. 68*) fidenter asserere: *Tu vero scito nobis nil esse antiquius quam Christi servare iura, nec patrum transferre terminos, semperque meminisse Romanam fidem apostolico ore laudatam, cuius se participem Gallicana ecclesia gloriatur.* Vale, illustrissime praesul, et me illustrissimae dominationi tuae eo, quo par est, studio, obsequentissimum habeto.

Illustr. ac reverend. domine, vestrae dominationi, humillimus ac obsequentissimus servus: Joannes, episcopus Hispanus, inquisitor generalis. Matrili die 27 octobris an. 1730.

[Verso folio:] *Illustrissimo ac reverendissimo domino Archiepiscopo Ebredunensi.*

XXI. LITTERAE

illustr. ac reverend. d. d. archiepiscopi Florentini ad illustrissim. ac reverend. d. archiep. Ebredunensem.

Amplissime praesul.

Cum primum litteras accepi quae ab amplitudine vestra, ad 18 kalendas septembris, ad me datae fuerant, non mediocri laetitia sum affectus, quod certum habere pignus vestrae humanitatis et benevolentiae erga me summas. Longe tamen majore cum gaudio, cum acta synodi Ebredunensis evolvi, et ex his intellexi quae ab amplitudine vestra, quae a coepiscopis, patribusque vestris

A pre vindicanda catholicae religionis paritate, pro ecclesiastica disciplina, et morum integritate reparanda, sustinendaque, prospere ac feliciter gesta sunt. Ea etiam in rebus discutendis maturitas, tantum in defendenda sana doctrina ardore studium, tanta in ferendis optimis legibus prudentia, ut nihil ex his quae communi consensu suffragari possint, desiderandum esse videatur. Quapropter amplitudini vestrae gratulandum mihi esse video jure optimo, et auspiciandum fore, ut peccatis aliquando compositisque rebus, provincia Ebredunensis quietem ac tranquillitatem suam diligentissime potissimum et sollicitudini vestrae referat acceptam. Deum autem optimum maximum etiam atque etiam obtestor, ut, quemadmodum amplitudinem vestram, et quotquot synodo interfuerunt patres, tanto pro tuenda religione orthodoxa studio atque ardore inflammavit, ita optatis vestris annuere, et homines ad saniora redire consilia adhuc detrectantes divinitus illustrare non dedignetur.

Caeterum quod acta synodi ad me perferenda curaverit amplitudo vestra, et humanioribus verbis fuerit prosecuta, gratias ago quam maximas; atque ita majores habeo ut si res ac tempus postulet, respondere pro viribus enitar: sin minus licuerit, observantia certe ac reverentia vincti non patiar, qua me sincere profiteor, amplitudinis vestrae, humillimum atque obsequentissimum servum: Joseph. M., archiepiscopus Florentinus.

Florentiae, IV id. nov. 1730.

[Verso folio:] *Illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Ebredunensi.*

XXII. LITTERAE

illustr. ac reverend. d. d. episcopi Salmantini ad illustrissim. ac reverendiss. d. archiep. Ebredunensem.

Amplissime praesul.

Litteras amplitudinis vestrae datas Parisiis, die 12 martii 1729, laetus accepi mense novembri proxime elapso, una cum exemplari concilii Ebredunensis, quod ad me transmittere dignatur amplitudo vestra. Gratissimum profecto munus, quod mihi fama notum, ac multis nominibus commendatum, eo praesertim quod Jansenianae factionis hominibus tam vehementer displicuisset, ad legendum utoumque obtinere jam dudum erat in votis. Rescripsissem protinus, suffragiumque meum nulla mora misissem amplitudini vestrae, nisi tantisper expectandum fuisset, donec illud unum exemplar seorsum et attente perlegerent plures Salmanticensis viri docti, quorum iudicium exquirere, ac de eo testificari simul amplitudini vestrae constitueram. Nam ad me quod attinet, iudicium et assensum cohibere non licuit, cum primum acta concilii Ebredunensis inspexi: tanta illico esse mihi concipienda in fide firmitas et sinceritas, in decretis morum pietas et integritas, in ordine serieque iudiciali maturitas, et ad normam canonicam rectitudo, ac demum in sententia contra Senitensem episcopum iustitia et aequitas, simulque charitati consona moderatio: ut animi dicere, nullum in tota retro antiquitate facile inventum iri concilium, in quo, si de causa huiusmodi iudicium fuerit institutum, vel ratio agendi suavior, vel ordo discipulandi rectior et accuratior, vel probatio delicti constantior et manifestior, vel sententia pro rei gravitate, et delinquentis pertinacia mitior apparet. Proinde mihi valde mirum accedit, quod in tam sanctam, omnimodisque justam, et canonicam synodum, tam acriter et impudenter debacchari potuerit Janseniana et Quenelliana factio, quodque illam de violato vel naturali, vel canonico jure traducere tot sedi-

tionissimis pro more libellis non erubuerit. Sed A
 nimirum ea est haereticorum indoles, ut oculos
 habentes non vident; vel potius ut se videre dis-
 simulent, et tenebras effundere consentur caeterorum
 oculis, meridiano in lumine, quantumlibet ab aperto,
 et summo coelo sit agressio ejus. Nec sane
 existimandum, eos, ex animi sententia, vel judicia-
 riam formulam, vel iudicium personae voluisse car-
 pere veluti non legitime potestate. Quamvis hanc
 illi viam arripuerint, quo liberius et confidentius
 declamarent, alio prorsus intendisse credendum
 novatorum artes; ut scilicet, quoquo modo possent,
 auctoritatem enervarent venerandi concilii, quod in
 constitutione *Unigenitus* stabilem, et inconvulsam
 ecclesiae legem, ac fidei regulam agnovit, atque in-
 degenere et pervicacem antistitem, quamquam
 benigne admodum, animadversit. Hoc Jansenista-
 rum bilem commovit; hoc Quenellistas, eorumque
 fautores in furorem egit, impulitque ut cavillis, et
 tricis undeliberet conquisitis, Ebredunense concilium
 impetorent, et quicquid sors talisset, seu lapidem,
 seu lutum, avide arreptum, in nomen honoremque
 vestrum hinc inde conjicerent. Verum aequa laus
 est et a probis probari, et ab improbis improbari:
 vosque plurimum in Domino gaudere oportet, quoniam
 digni habiti estis pro sanctissimis ecclesiae
 legibus ac definitionibus contumeliam pati.

Haec amplitudini vestrae perscribere, ac de-
 clarare promptum fuit. Ratus tamen amplitudini
 vestrae pergratum, nec parum e re catholica futu-
 rum, simul nosse, ac testificari, quid super iisdem
 rebus sentirent celeberrimae hujus universitatis
 doctores primarii, legendum ipsis et expendendum
 obtuli praedictum exemplar. Quod ut per otium
 inspexere, confestim omnes una prorsus mente, at-
 que uno pariter ore concilium Ebredunense venerati
 sunt, et impensissime colaudarunt; non aliud,
 quam quod ipse praesenseram, de singulis capitibus
 sentire se testati ac professi. Hujusce sententiae
 et consensio doctorum Salmanticensium testem
 me praebere fidelem ac veracem amplitudini vestrae,
 ut qui doctores ipsos me coram loquentes, mentem-
 que suam explicantes audivi. Quapropter amplitu-
 dini vestrae, necnon caeteris admodum mihi vena-
 randis concilii patribus, synodi istius in tanta rerum
 difficultate, et obstrepentium clamore, felicem exitum,
 illustremque de violentis et infensissimis ecclesiae
 hostibus victoriam, ex animo gratulor. Immo
 et toti ecclesiae Gallicanae gratulari juvat, quod
 antiquum in tuenda fidei puritate robur hodieum
 retineat indefessum; nec retineat modo, sed forti-
 ter exerat adversus intestinos hostes, indomitos, et
 callidissimos; nec patiatur obaulari sibi sinceri
 luminis cynosuram, tot procellis turbinibusque
 vexata. Cujus quidem gloriam hujusmodi, nec
 a me, nec ab aliis verae fidei amore flagrantibus,
 et praesertim episcopis, alienam puto: unde et
 vestris de Janseniana et Quenelliana haeresi
 triumphis applaudo, et tamquam propriis con-
 gaudeo. Peculiarem insuper sensus mei super
 Ebredunensi concilio declarationem inclusam ad-
 jungo sub authentica forma, qua me, si forsam
 opus fuerit, et vobis, et caeteris Galliarum epi-
 scopis hac in re prorsus consentire liquido constet.
 Hoc demum vehementer opto, ut me in obsequium
 sui paratissimum intelligat amplitudo vestra: cui a
 Deo optimo maximo diuturnam vitam perpetuam-
 que felicitatem adprecor.

Amplissime praesul, amplitudinis vestrae humil-
 limus atque obsequentissimus servus: Josephus,
 episcopus Salmanticus.

Salmanticae, 12 januar. 1731.

XXIII. SALMANTICENSIS

episcopi declaratio qua sanam de concilio Ebredunensi sensum exprimit.

Cum ad me non ita pridem allatum fuisset exemplar fide dignum concilii provincialis, Ebredunensi in Gallia per illustrissimum dominum Petrum de Guérin de Tencin, archiepiscopum Ebredunensem, celebrati anno 1737: totum penitus vigilantur evolvi, et pro capta meo accuratissime perpendi: quod quidem a me peractum testor, seposito interim praesudicio, quantumvis aequo, ac legitime, quod pro decretis, et actis, ejusdem concilii cum dignitas et sapientia iudicium, tum summi pontificis confirmatio, apostolica auctoritate praestita merito afferbat. Cuncta vero quae inibi acta, et constituta vidi, mihi prorsus, atque omni ex parte probari, ut plane sentiebam, sic palam edicere, et authentice declarare constitui. Sed quoniam Salmanticae mihi sedes est, ubi magna foret universitas, toto orbe notissima et celeberrima, visum est opportunum, et proposito commodum (nempe ut a pluribus idem sentientibus ac profluentibus, facilius ora obloquentium, et mendacia loquentium obstruerentur) illud ipsum exemplar non paucis, iisque praecipuis ejusdem universitatis magistris ac doctoribus, tum sacrae theologiae, tum juris canonici peritis (quos inter aliqui sunt Salmanticensium ecclesiae cathedralis canonicatu insignes) singulim legendum et intento animo perspicendum tradere: simulque rogare singulos, ut nihil interea cogitantes de sapientissimorum praesulium auctoritate, nec de apostolica confirmatione concilii, rem totam expenderent diligenter, et si quid absorum, aut parum ad normam catholicae fidei, vel ad sacrorum canonum regulas exactum, offenderent in actis, et decretis per se spectatis, signanter vero in forma et ordine judiciali, non gravarentur mihi libere, et optabam, exponere. Acquieverunt omnes, et acceptum exemplar sedulo volutarunt singuli: nec diuturna deliberatione fuit opus. Nam una omnium sententia, quam incunctanter mihi verbis disertissimis declararunt, haec extitit: nihil prorsus in decretis et actis concilii Ebredunensis, per se spectatis, inveniri, quod fidei et morum puritatem aut juris ullius regulam, vel in minimo laederet; nihil omnino praetermissum quod ad judicalem formam in conciliis servandam, et observari solitam, pertineret; imo plane conspicuum esse, cuncta veritati, justitiae, integritati, zelo vere sapientis, et ecclesiasticis sanctionibus optime congruere. Nominatim, quod spectat causam episcopi Saenitensis, id unum in damnatoria sententia concilii, nisi charitatis et prudentiae commoda praee oculis habeantur, forte minus probari posse, quod videlicet mitior appareat, quam et delicti gravitas, et pervicacia rei obstinatissimi postulare videbantur. De caetero nihil non rite ac legitime peractum, sive in instruenda cognitione causae, crimineque luce clarius probando, sive in reo ipso perhumaniter habendo, et, quoad ipsi libuit, patienter audiendo, quantumvis insolenter et insultantis more se gereret, sive in appellationibus, exceptionibus, aut recusationibus ab eo adhibitis et interpositis, quae totidem nova crimina censeri poterant, jure optimo rejiciendis; neque ullum in tota iudicii forma, totoque ordine, serioque judiciali, reperiri posse querimoniam, vel reprehensionem locum, nisi per summam aut malitiam, aut ignorantiam. Denique videri concilium undequaque sanctum: et venerandum, atque inter pretiosae Gallicanae ecclesiae monumenta merito reponendum.

Haec omnia mihi a scientissimis doctoribus concorditer exposita, non modo sensui meo concensa, sed eadem omnino sunt, quae ipse jam antea praecogitaveram, et ex propria sententia declarare decreveram, ut primum acta concilii Ebredunensis ea qua praedixi mente perlegi. Quare mecum de concilio isto sententiam verbis hodie expressam, ac declaratam volo; atque hanc ipsam declarationem manu propria subscriptam, propriisque officii sigillo, et secretarii subscriptione munitam, ultro conficio ad illustrissimum Ebredunensem archiepiscopum transmittendam: ut, sicuti publicae rei, vel ecclesiae, vel episcopatus intersit, authentice ac dilucide constare possit, me concilio Ebredunensi, nulla exceptione facta, suffragari, et ad caeterorum antistitum, qui concilium ipsum per omnia probare, suffragium ac iudicium perlibenter accedere.

Datum Salmanticae, die 12 januarii, anno 1731.

Josephus, episcopus Salmantinus.

Locus † sigilli.

De mandato illustr. domini mei episcopi: D. Joannes a Montreal, secretarius.

XXIV. LITTERAE

eminentissimi ac reverendissimi d. d. cardinalis Odescalchi, archiep. Mediolanensis
ad illustrissimum ac reverendiss. d. d. archiep.
Ebredunensem.

Illustr. et rev. domine.

Nullam sane ad novatorum temeritatem cohibendam, et ad refractoriorum impetus retundendos aptiorem insistere poteris viam, vir illustrissime, quam provinciae tuae concilium convocando, in eoque ea decernendo, quae ad ecclesiae leges, atque definitiones integras incorruptasque servandas, ad mores reformandos, et ad invalentes errores evellendos in primis conducere viderentur. Illius quidem actus, quae ad me perhumaniter misisti, magna cum voluptate perlectis, immortales Deo optimo maximo gratias egi, quod te posuerit pastorem juxta cor suum in scientia et doctrina, eamque tibi mentem dederit, ut tam opportuno tempore inexpugnabile fidei scutum apprehenderis, illudque in manu forti contra spiritum erroris objeceris. Id luculenter ostendunt universa concilii decreta, eaque potissimum quae, super constitutionibus apostolicis, patres, una tecum in spiritu sancto congregati, condiderant, in quibus is apparet pontificiae auctoritatis defendendae zelus, qui praesules ecclesiae obstrictissimos, atque unitatis et integritatis fidei retinensissimos decet. Gratulor itaque tibi, illustrissime domine, quod laudabilem synodales conventus celebrandi consuetudinem, qua praeceteris Gallicana floruit ecclesiae, instauraveris. Gratulor episcopis, quos in partem pastoralis sollicitudinis vocasti, quod unanimes id ipsum sentientes, contra gliacentes haereseos insurrexerint; gratulor denique universae provinciae Ebredunensi, quae, te auctore, te duce, facta est in exemplum diligendae veritatis, et sanae doctrinae sustinendae. Utinam vero gratulari etiam possem episcopo Sauticensi, quod Domino, per vos ipsum vocanti, obedisset. Sed is maluit inter pastores numerari, qui praevariati sunt, et stulte egerunt, quique, non permanentes in doctrina Christi, Deum non habent quam monitis salutis, quae in spiritu lenitatis a vobis ei data sunt, obsecundare, suamque perniciam deponere. Dolendum profecto confratrem hunc vestrum maculam, atque execrationem sanctorum suae conculcavit, eo quidem turpiorum, quod errorem, toties a cathedra veritatis anathemate confixos, sustinere, ac palmam profecti non dubitaverit, aeque scripta suis in

lapidem offensivum, non minus diocesani suae quam universae huius plussimo regno posuerit.

Ceterum id vobis solatis esse debet, quod in omni charitate et patientia ad comitum justitiam, a qua miserime aberravit, revertere cessati estis, nihilque eorum emiseritis, quae ad tenebras in quibus sedet, illuminandas conducere maxime posse iudicatis. Quoniam vero curam ac sollicitudinem vestram fructu, quem quidem aberratum sperare non poterat, ejus perniciam fraudavit, id unum superest, [ad] patrum luminum vota nostra convertimus, rogemusque, ut obduratum cor ejus emolliere dignetur, antequam adveniat dies Domini, quem prope jam esse ab ipsa decrepita aetate sua quotidie monetur. Quod ad me attinet, sanctum archiepiscopum Carolum ore, obtestorque ut, quemadmodum in plerisque condendis concilii decretis facem vobis praetulit (video enim vos in iis praesertim quae ad clerici disciplinam pertinent, acta ipsius, quae Mediolanensis vocant, sectatos esse), ita impetret auxilium de sancto, ut confratri huic vestro spiritum poenitentiae instillare possitis, quo, a diaboli laqueis respiciens, ad sinum matris ecclesiae revertatur. Tibi vero, illustrissime domine, iterum gratulor, quod ecclesiae tuae utilitati non ad breve tempus, sed in perpetuum prospexeris, certaquo ei paraveris ecclesiae disciplinae firmamenta, quemadmodum Gulielmo Avansonio, praedecessori tuo, qui itidem provinciae synodum habuerat, scripsit idem beatissimus antistes Carolus. Quod reliquum est, diurnam incoluitatem, ac caetera fausta omnia a summo bonorum omnium largitore Deo tibi ex animo precor, illustrissime ac reverendissime domine, serv. verus: B., card. Odescalchus.

Mediolani, 10 kal. februarii 1731.

XXV. LITTERAE

eminentissimi ac reverendissimi d. d. cardinalis archiepisc. Neapolitani
ad illustrissim. ac reverendiss. d. d. archiepiscopum
Ebredunensem.

Illustr. et rever. domine.

Cum providum ac salutare consilium pro votis et incitamentis apostolicae sedis a celebri synodo tua Ebredunensi susceptum amplissimis litteris eadem sancta sedes confirmaverit, nihil mihi reliquum esse intelligo, quam ut sinceram gratulationem ad dominationem tuam illustrissimam deferam pro apostolico iudicio, quo contumaciae episcopi causam finitam esse, ac zelo tuo meritis laudes constare laetor et gaudeo. Pro litteris vero tuis humanitatis notis insignibus, quarum alteris quidem ejusdem mihi synodi acta significasti, alteris vero felicitatem in natalitia domini nostri festivitate esse apprecatis; et pro concilii exemplo, quod mihi jucundissimum fuit, gratiam dominationi tuae illustrissimae habere plane singularem, Deumque omnipotentem obsecro, ut contra errores fortiter dimicantem servet, ac sospitet dominationem tuam illustrissimam cuius sum, et esse pergam, dominationis tuae illustrissimae et reverendissimae, servus: J., card. Pignatellus, archiepiscopus Neapolitanus.

Neapoli, 6 kal. mart. 1731.

XXVI. LITTERAE

illustrissimi ac reverendissimi d. d. archiep. Tarraconensis, Hispaniarum primatis,
ad illustrissim. ac reverendiss. d. d. archiep.
Ebredunensem.

Illustr. et rev. domine.

Quo animi sensu ac voluptate litteras illustrissimae dominationis vestrae perlegerim, quibus

exemplar actorum concilii Ebredunensis, jam dudum apud vos celebrati, adjuncta quoque concepti, ipsaque nota quanta aviditate percurrorum nos facile explicare sufflorem. Nam praeterquam quod singulari tua benignitate ad id me invitari sentiebam ipse causae ratio, fidei scilicet unitas, et episcopalis gradus, quibus, locorum distantia minime obstant, in Christo capite membra conjungimur, ignorare nos suffert egregia fidei certamina, insignesque victorias quibus episcopalis dignitas in Domino decoratur. Ad id enim oportere, ait Christus, et haerese esse, ut magis ecclesiae unitas in soliditate petrae firmata luceceret, dum crebrae concussiones eiusae, repetitaeque tot saeculis haereticorum machinae solo aequatae, innumeris probaverunt exempla, portas inferi adversus eam praevalere mihi posse.

Quapropter, licet tribulationes vestras, ea, quae par est, animi afflictione saepe saepius audierimus, tamen dolere cordis ad dominum pro tranquillitate effuderimus preces nostras; jam vero in Domino vobiscum gloriamur, qui naviculam suam variis tentationum procellis jactari, nusquam tamen mergi permisit. Quae singularis patris misericordiarum providentia tunc magis elucescit, cum ab iis damnum imminere timemus, quos naviculae suae posuit nauceros, et custodes; iis enim coequentibus, et a recto tramite deviantibus, eam ad scopulos et aertes allidi necesse foret, nisi Dominus, ex alto prospiciens, alios sibi provideret sacerdotes fideles, qui ecclesiam suam in viam salutis dirigerent, et ab omni tempestate vindicarent. Nam qui manum et pedem, si scandalum dederunt, abscindere jussit, oculum etiam, cum scandalizaverit eruere et projicere a corpore, cui nocet, constanter et severe praecipit. Nihil minus, praesul amplissime, praestitisti vos in causa episcopi Sanitienis, quem, cum ei ecclesiae oculum praefecisset Dominus, qui membra corporis Christi dirigeret, et a periculis amoveret, et ipse vero creditas sibi oves a salutaribus pascuis ad noxia haereticorum prata traduceret, postquam montibus, rogastis, suastis, obsecrastis, quid reliquum erat, nisi ut, frustrata omni sollicitudine vestra, spe emendae prorsus evanescente, eum a corpore, cui certo nocitura erat, prorsus abscinderetis. In quo tamen ea vos benignitate gessistis, ut, absque sacrorum canonum, et ecclesiasticarum legum transgressione, immo iis adamuseim servatis, haereticum hominem, juxta apostoli monitum, vitare non decreveritis, nisi postquam, apostolici etiam praeepti memores, eum arguistis, obsecrastis, increpatis in omni patientia et doctrina. Quae cum ita sint, illustrissimae dominationi vestrae exprimere non haesitarem, me paratum, ut actis concilii libenter subscriberem, non tam accessione suffragii quam fidei confessione: postquam enim apostolicae sedes, quae Spiritu sancto regitur, ea probavit, confirmavitque, nostrum est illius judicium non probare, sed revereri; quod amplecti omnimodo debemus, roborare nullatenus possumus.

Pro ea vero, quae in tanto negotio illustrissimorum patrum dexteritas et benignitas, singularis tua prudentia et zelus enituit, cum ad instructionem et aedificationem nostram non parum proficiat, de tam insigni exemplo nobis praestito, illustrissimae dominationi vestrae immensas grates agere compellor. Cumque in grati animi signum parum sit, quod ex inopia nostra retribuere possim, accipiat, quaeso, illustrissima dominatio vestra exemplar concilii provincialis Tarraconensis, quod postremo in hac provincia, a praedecessore nostro, habitum est, ubi meo iste provincialia concilia

coegendi, qui in reliquis Hispaniarum regnis jam inolevit, et retroactis saeculis semper viguit, et haecenus viget: non quod ad tutamen fidei, quae in universa Hispania, singulari Dei benignitate, illibata perseverat, decreta sanciri necesse sit, sed quod in morem, et ecclesiasticam disciplinam, humana agente fragilitate, irrepentes abusus extirpare, frequenter oporteat. Quam laudabilem consuetudinem si vos, veteris Gallicanae ecclesiae aemuli, apud vos etiam instaurare pergitis, fidei puritati ac merum integritati innumera in dies sentitis incrementa. Haec sunt, illustrissime domine, pro vobis ad Deum vota nostra, quae juxta ac preces meas pro vestra tranquillitate, dum in conspectu Domini incoerenter effundo, sincere etiam profiteor, nullum esse gratitudinis et observantiae meae erga illustrissimam dominationem vestram quod non sim testimonium daturus.

Illustriss. et rever. domine, illustrissimae et reverend. dominationis vestrae addictissimus et obsequentissimus cultor: Petrus, archiepiscopus Tarraconensis, Hispaniarum primas.

Tarracone, die 22 mensis julii, an. 1731.

[Verso folio:] Illustrissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo principi Ebredunensi, quem Deus incolumem servet. Ebredunum.

XXVII. LITTERAE

eminentissimi ac reverendissimi d. d. cardinalis de Lambertinis, archiepiscopi Bononiensis ad illustrissimum ac reverendissimum d. d. archiepiscopum Ebredunensem.

Illust. et rev. domine.

Quamvis, cum adhuc Romae essem, de Ebredunensi provinciali concilio, quae initia scilicet, quoque progressus atque exitum habuisset, satis superque intellexissem, ac probe scirem quo studio quantaque cum ope ipsum pontifex maximus Benedictus tertius decimus excitasset, et confirmasset, simulque quanta bonorum omnium approbatione, atque adeo plausu postea exceptum sit; eamque ob causam, summa jam tum observantia, sive quod verius dicam, veneratione, concilium ipsum prosequer, praesertim cum de omnium fere patrum qui in illo convenerant, sapientia doctrinaque singulari, ex ipso hominum sermone, certior factus essem; teque in primis summa probitate, et constantia virum atque omni litterarum eruditione cultum, et, quod maxime ad rem facit, apostolicae sedis amantissimum jam tum cognovissem, cum ambo Romae essemus, ac tu potentissimi Gallorum regis negotia apud Innocentium tertium decimum perageres, ego vero illa perficerem, quae mihi ab eodem pontifice fuerant demandata; nihilominus affirmare utique possum, me, cum codicem istius concilii, quem codicem perhumaniter misisti, studiose admodum ac diligenter perlegerim, non majorem quidem de concilio isto opinionem, aut erga vos observantiam concepissem (jam enim tanta erat quanta maxima capi animo poterat), sed eo tamen adductum esse, ut quod ante, propter gravissimas illas quidem, sed tamen extrinsecas, ut ita dicam, causas de vobis sentiebam, id jam argumentis a re ipsis petitis, et quasi intrinsecis, tum mihi ipse probare possem, tum aliis etiam demonstrare. Nam illa profecto quae ad ecclesiasticam disciplinam moderandam in concilio isto vestro institutis, quam praecellere, quam recte, quam sapienter sunt instituta! Quod studium in debita apostolicis constitutionibus obedientia praestanda ostendistis! Quod, quam sanctum, quam praecellens exemplum praebuistis, animos vestros, voluntatesque et sim-

cere et libenter apostolicas sedis submittentes! Quam porro opportune, quam in tempore illorum opinionum, ac sistema profigavistis, qui cum Anglos homines ad Romanam ecclesiam revocare se velle ostenderent, Romanos catholicos ad Londinensem per simulationem traducebant. Quid dicam de ille verisima, rectissimeque iudicio, quo pastorem Sanitiensis episcopi instructionem condemnavistis? Quam prudentiam, Deus bone! quam constantiam praestitistis, quem etiam amorem, et charitatem, cum vel illas convelleretis causas, quas ipse, quo se vestro iudicio subtraheret, inaniter praetendebat, vel ipsum perhumaniter invitaretis, ut e suis illis emergeret erroribus, seque ad bonam frugem tandem aliquando reciperet. Quare gratulor, vereque atque ex animo tibi gratulor, qui tanta cum laude et gloria praeclarum istum conventum indixeris, et suffraganeos tuos convocaveris. Gratulor cum tibi, tum his, quod rem gravissimam, Deo optimo adjuvante, suscepistis prudenter, tractavistis strenue, confecistis feliciter. Gratulor Italiae etiam, quod in his, quae ad disciplinam spectant (ut magna cum voluptate animadverti) non nihil luminis concilio vestro videntur attulisse ea, quae in Mediolanensis ecclesiae actis descripta sunt, cum illam s. Carolus Borromeus gubernaret. Huic etiam Bononiensi ecclesiae meae gratulor, ut qui plane scio quae multa, quamque gravia consilia, atque adjuncta a primo illustri illius archiepiscopo, cardinale Gabriele Palaeotto, ad illa acta, quae tum opera s. Caroli conficiebantur, manaverint. Quid plura? Mihi ipse gratulor, quod pastoralis diligentiae ac studii testimonium certissimum exemplumque a praelatis gravissimis mihi sit praestitum. Vicem tantum doleo infelicissimi Sanitiensis episcopi, qui pulcherrimam, ac sibi per concilium vestrum a divina gratia oblatam occasionem errores suos detestandi, ac, laudabili poenitentia, in salutis aeternae viam redeundi, miserrime (quae Dei iudicia sunt!) praetermiserit. Erit, vir praestantissime, nomen tuum in benedictione aeterna apud posteros; neque illorum quisquam, qui tibi in ista metropolitana ecclesia tua regenda prae-

cesserunt, nominis fama et gloria superabit: non Guillelmus secundus, qui pariter concilio a se convocato errores provinciae suae omnes absteruit; non Guillelmus quartus, qui tantum studii contulit ad illam salutarium ecclesiasticarum constitutionum collectionem, quae in sexto decretalium libro hodie legere; non denique Guillelmus octavus, qui et sacro Tridentino concilio interfuit, et, circumquaque grassante haereticorum peste, homines ubi subditos in fide et catholica religione retinuit. Erit similiter in benedictione aeterna nomen tuum, eorumque omnium, qui tibi collegae et fratres fuerunt, quique se tibi socios praeclari nobilissimisque labori dederunt; qui, cum vetera Gallicana provincialia concilia instauraverint, apertissime ostenderunt, quam illud in animis suis, atque in ipsis cordibus infixum insculptumque habeant, quod ille Galliae episcopus, et martyr clarissimus s. Irenaeus in suis libris scriptum reliquit: adversus haereses necessarium in primis esse, ut ecclesiae singulae, id est, fideles omnes cum ecclesia Romana consentiant: quippe quae fidei est, sacraeque doctrinae, et apostolicae traditionis provida conservatrix. Non est abbreviata manus Domini, et infinitus est numerus misericordiarum suarum. Ea re fit ut, quamvis infelicissimus Sanitiensis episcopus opinionibus irretitus suis, adhuc contumax maneat, spes tamen mihi sit, ut aliquando, antequam agat animam, ad officium redeat, atque animi sui sensus ad vestros accommodans, apostolicas constitutiones sic ex animo complectatur, quemadmodum vos illas primum complexi estis, postea etiam sustinueritis. Faxit Deus, ne spes tanta me fallat! Interim manum tibi osculans, qua par est observantia me tibi offero, ac tuus plane sum.

Dominationis tuae illustrissimae et reverendissimae, serv. verus: P., cardinalis de Lambertinis, archiep. Bononiae.

Bononiae, pridie kal. nov. 1731.

[Verso folio:] Illustrissimo ac reverendissimo domino domino Petro de Guérin de Tencin, archiepiscopo Ebredunensi.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

in qua ecclesiae Graecae fides sexdecim articulis repetita declaratur
1727, mense februario.

Nationum Orientalium theologia res est permagnis difficultatibus impedita. Ut enim istae longo terrarum ambitu a regionibus nostris avulsae ac dissitae sunt, ita vix fieri potuit ut via patuerit, qua ingredientibus nobis facile de illarum natura, fide ac ritibus constaret. Huc etiam accedit libros symbolice, quibus animos legentium religione obstringerentur, apud Orientales fuisse nullos; adeoque in perscrutanda cuiusvis ecclesiae fide tanquam fontes sanctos illos nobis adeundos esse libellos, qui, urgente necessitate vel opportunitate data, eo consilio sunt editi, ut pro fidei essent testimonia. Iam vero nemo est, si paulo cordatior fuerit, qui in re omnium gravissima non videat libellos illos tales esse oportere, ut non sectae alicuius aut factionis nec viri cuiusdam quantumvis eruditione et doctrina insignis, sed universam totius ecclesiae persuasionem exponant; ex his enim castissimae religionis puritas maxime dependet. Praeterea ne in isto argumentationis genere mancae quidem ac deficientes exhibeantur opiniones, non unum alterumve colligere soebit, sed ea omnia quae pro tuenda Orientalium persuasionem diversis temporibus

producta sunt testimonia. Nonnulli quidem pacto tantum evincitur constans illa perpetuaque traditio, quae certissimum in rebus fidei prae se fert veritatis argumentum. Id tamen auctores, qui in Orientalium ecclesiarum natura perspicienda librisque tradenda operam collocarunt, non satis in animum induxerunt fatendum est.

Non quidem ignoramus, ubi de Graeca agitur ecclesia, Ernestum Iulium Kimmel, Ruthenum, theologicas disciplinas in academia Ienensi quondam privatim professum, in id totum incubuisse, ut confessionum ecclesiae Graecae tum privatarum, quae tamen aliquam auctoritatem nactae essent, tum synodicarum corpus ederet, illudque opus typis mandasse hoc titulo: *Libri symbolici Ecclesiae Orientalis*, nunc primum in unum corpus collegit, variantes lectiones ad fidem optimorum exemplorum adnotavit, prolegomena addidit, indice rerum praecipuarum instruxit Ernestus Iulius Kimmel, Ruthenus, theol. licentiatas eamque in academia Ienensi privat. doc., societatis latinae Ienensis socius ordinarius. Ienae, apud Carol. Hochhausen, 1843, in 8°. Sed rem istam ab eo paulo im-

perfectius factam fuisse certissimis monumentis testatur. In illo si quidem confessionum corpore multa, eademque minime spernenda membra desiderantur. Namque, ut alia haud pauca silentio interim praetereamus, docet in Kimmelliano opere gravis illa fidei declaratio, quae Constantinopoli, anno saeculi XVIII vicesimo septimo, ab universa Graecorum ecclesia confecta est. Quae quidem expositio eo sanctorum sane esse debet, quo a maiori ecclesiasticorum virorum numero est subscripta. eoque doctior, quo magis ipse Chrysanthus Notaras, patriarcha Hierosolymitanus, praeceteris cum Graecis tum patriarchis doctrina et eruditione elucebat. Quem virum consilii moderatorem fuisse ipsamque opus adornasse, vel inde conicimus, quod Constantinopolitana ista fidei expositio non aliquot verba tantum, sed etiam locos integros repetit professionis fidei a Pio papae IV editae, quod sane ab alio non potuit quam ab homine, qui studiis theologicis apud Occidentales operam dederit. Iam vero Chrysanthum novimus primum in Italiam, deinde in Galliam, postremo per ceteras Europae regiones iter fecisse, ut ecclesiae tum Romanae tum reformatae viros doctos cognosceret eorumque placita accuratius perscrutaretur. Adde quod certissimam negotii istius fidem facit codex quidam manuscriptus, in Lero insula asservatus, in quo, teste Manuel J. Gedeon¹⁾, expositio illa Chrysantho disertissimis verbis tribuitur. Ceterum integrum opus evolventi statim apparet Chrysanthum e Piana fidei professione voces ac lucidum ordinem desumpsisse, non vero ipsas sententias, quod in homine Graeco mirum nemini videbitur. Quamobrem si idem Chrysanthus una cum universa Graecorum ecclesia Latinorum fidem de transubstantiatione ac de sacrae scripturae interpretatione amplectitur, non in Latinorum scholas, quas frequentavit, istud refundi debet, sed perfectam ecclesiae suae cum Latina in utroque argumento concordiam sentiens, huius locutiones, quae rem scilicet magis apertam facerent, absque ulla religione usurpavit. Quam animadversionem iam inde initio facimus, reformatorem obiectis statim praeventendum existimantes.

Graecam hanc fidei expositionem Constantinopoli, anno 1872, typis evulgavit Manuel J. Gedeon, hoc titulo decoratam: Ἀνάδοτος ἐγκύκλιος τοῦ οἰκουμένου καὶ πατριάρχου Ἱεροσολύμων γ' (1727) ἐξ ἀνεκδότου κώδικος τοῦ Κρητίου, in-4°, 30 pag. Quae editio tot locis vitiosa deprehenditur, ut eam emendare necessarium omnino fuerit. In accentuum praesertim notatione et interpunctionibus peccatum fuit; littera quoque interdum venit pro littera; quibus omnibus manum medicam adhibere operae esse ducimus. Adde singularem in ipso titulo errorem, quo Ieremiae patriarchae expositio ista tribuitur, quod sane falsissimum est. Re enim diligentius explorata, idem vir doctus in suis *Patriarchalibus*

¹⁾ *Μελίον τῶν ἐργασιῶν τῆς ἑταιρίας τῶν μεσαιωνικῶν ἐρευνῶν*, t. I (Constantinopoli, 1890), p. 88, in nota tertia.

tabularij asserit iam inde a die vicesima novembris 1726, Paisium, metropolitam Nicomediensem, ad oecumenicum thronum electum fuisse²⁾). Multas etiam alias mendas correximus, quas editoris incuria ita innoxit, ut ipse sermone sententia haud raro depravata fuerit. Ne quis autem, quod nec in virum de litteris bene meritum acerbioris iudicio nisi fuerimus, conqueratur, loca quibus ab illo recessimus indicare visum est, si accentus, interpunctiones et alia istiusmodi exceperit.

Eas, de quibus agitur, emendationes non ex libidine, sed melioris codicis ope induximus. Absit enim ut quae in Gedeoniana editione virgula censoria notavimus, ea omnia ab editore, non ab illo, quo usus est, codice, profecta fuisse existimaverimus. Textum, quem edidit Gedeon, e Critiano codice desumpsit, qui in tabulario oecumenici patriarchae hodie asservatur; quo in codice nonnulla a librario interpolata fuisse certo certius est. Nos vero in adornanda ea, quam hoc loco damus, editione ipsum originale exemplar secuti sumus, quod Constantinopoli, in aedibus patriarchae Hierosolymitani bibliothecam τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων, quam Graeci vocant, perlustrantibus invenire nobis contigit. Quem codicem prototypum esse, ex ipsis subscriptionibus satis evincitur, quae omnes propriis metropolitaram manibus fuerunt exaratae. Mentionem eius nemo, quod sciamus, vel obiter fecit. Chartaceus est, in forma, quam vocant, in folio, olim 122, nunc autem 614 numero notatus. Constat foliis 50, quorum 6 priora nec non et 37 posteriora vacua sunt. Expositio fidei, de qua nunc sermo est, extat a folio 7^o-13^o, optime et diligentissime scripta. Eadem haec expositio invenitur etiam in codice 28 eiusdem S^ti Sepulcri bibliothecae, fol. 212^o-217^o; quod alterum exemplar conferre non operae esse duximus, dulcius si quidem ac satius ex fonte ipso quam ex rivulis aquae bibuntur. Ob eandem causam negligi potuit Oxoniensis codex in Christi Ecclesiae Collegio sub numero Gr. ms. 82 asservatus et foliis constans 51 in forma in quarto, ex quibus novem ultima priori codicis parti posterius addita ethesim nostram continent.

Ad latinam interpretationem quod attinet, in id potissimum operam laboremque nostrum contulimus, ut synodicae confessionis mentem assecuti, eam verbis dilucidioribus et quae ab omnibus intelligi possent exprimeremus. In his enim, quae ad fidem resque divinas pertinent, perspicuitatis, non elegantiae vel concinnitatis maxime ratio habenda est. Quid autem a nobis in hoc negotio praestitum fuerint, si iudicent quibus inest aliquid eruditionis theologiae; quod si illis ingratum non esse intellexerimus, ad alia gradum alacriores faciemus.

L. Petit,

e congreg. Augustin. ab Assumptione.

¹⁾ *Πατριαρχικὸν Πνεύμα*, Constantinopoli, 1890, p. 628.

²⁾ De quo confer, si lubet, A. Pappadopoulos-Kerameus, *Ἱεροσολιμίτικὴ Βιβλιοθήκη*, t. IV (Petropoli, 1899), p. 41-44.

ΕΚΘΕΣΙΣ

σύντομος καὶ κεφαλαϊώδης τῶν ἱερῶν τε καὶ δογματικῶν τῆς ἀνατολικῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας

ἢτοι ἡ ὀρθόδοξος ἐμλογία τῆς εὐσεβοῦς καὶ ἀμεμῆτου πίστεως τῶν χριστιανῶν, καθὼς ἐμολογεῖται καὶ φρονεῖ καὶ δοξάζει αὐτὴν ἡ ἀνατολικὴ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, ἣνεκα ἐφελλογεῖ πάντας οἱ ἀνανταχοῦ

EXPOSITIO

compendiosa summarique sacrarum definitionum et dogmatum Christi in Oriente ecclesiae,

scilicet orthodoxa confessio piæ sinceræque christianorum fidei, quemadmodum illam constetur, sentit, credit orientalis Christi ecclesia, quam debent cuncti, qui ubique sunt, christiani,

χριστιανοί, ὅσοι τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας εἰσι γνή-
σια τέκνα ἀποδέχονται καὶ πιστεύουσιν¹⁾ καὶ ὁμο-
λογεῖν ἀπαλλάσσονται, καθὼς ἐνεσθῆκε ἐπιτίθεσθαι.

Προοίμιον²⁾

Τοῖς διαπλέουσι τοῦ τῆδε βίου τοῦ καλύτεραχον
πέλαγος· καὶ εἰς τοὺς εὐδαίμονας καὶ ἀκαμπήτους λιμένας
τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κατανήσασθαι ἀσφαλῶς
ἐπιειμένοι· οὐκ ἔστιν ἄλλως τοῦ σκοποῦ ἐγγρατεῖσαι
γενέσθαι, εἰ μὴ χρησαμένοι· ὡσεὶ κλοῖφ ἀσφαλῶς
τῆ ἱερῆ καὶ ἀμωμήτῃ πίστει ἡμῶν, ναυπηγηθέντι
ταῖς ἱεραῖς καὶ θεοκνεύστοις γραφαῖς· καὶ κυβερνήτην
ἔχοντι αὐτὸν τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ· ὃ γὰρ
τοιούτους πλοῦς· ἀσφαλῶς τε καὶ εὐδαίμονα· καὶ διασώζει
τούς· πλωτήρας ἀπὸ κινδύνων καὶ ναυαγίων τῆς
ἀπιστίας· καὶ τῶν αἰρέσεων ἥμισυ ἐπιβολὴν ὑπορώ-
μενος καὶ ὑμῶν τοῦ πλοῦτου τῆς εἰς θεὸν εὐσε-
βείας. Διὸ καὶ τὸ σκεδὸς τῆς ἐκλογῆς, ὁ μακάριος
Παῦλος, Τιμῳέῳ γράφων ταύτην τὴν παραγγελίαν
παρατίθεται σοι, φησὶ ἵνα στρατεύῃ τὴν καλὴν
στρατείαν, ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν,
ἧν τινες ἀπιστάμενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγη-
σαν³⁾. Τῷ ἔντι γὰρ ναυάγιον ὑφίσταται· δεινὸν καὶ ὀλέ-
θριον ὁ τῆς ὀρθῆς καὶ ὑγιоῦς πίστεως ἐκπεσὼν καὶ
γυμνός· καὶ πάντων ἐρημος ὑπολείπεται· τί γὰρ τοῦ λοι-
ποῦ σώματος· ἐφαλὸς τῆς κεφαλῆς διεσπαρμένης· Ὅθεν
δοσὶ τῆ χριστιανικῆς προσηγορίας⁴⁾ συμμένονται, κατὰ
πάσαν ἀνάγκην ὀφείλουσιν ἀποδέχεσθαι ἐν καθαρῇ
ψυχῇ συνειδέσθαι τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν μητέρα
πίστιν καὶ ταύτην ἀρεσθεῖαι· ἐν ἀκραιότητι καὶ εὐθύ-
τητι γνώμης, εἰδότες ἡλίκων τὸ τῆς ἀπιστίας· βάρβα-
ρον καὶ πόσον τὸ τῆς εὐσεβείας καὶ ὑγιоῦς πίστεως
τείχος, καὶ ταύτην ὡσεὶ τροφὴν πνευματικὴν καθ'
ἐκείστην προσφέρεσθαι καὶ ἐπιδίδονα· κατὰ τὸν ἴσω
ἄνθρωπον⁵⁾ μὴδὲ συγχωρεῖν τοῖς συλλογισμοῖς⁶⁾
περιπίπτειν ὡσεὶ τιμὴ λαβυρίνθου, ταῖς τῶν ἑτερο-
δόξων καὶ ἀντιθέτων ρεφιστικαῖς κακοτεχνίαις καὶ
ἀπάταις λυμαινόμεναις περὶ τὰ καίρια, ἀλλ' ἐκτρέ-
πεσθαι κατὰ τὴν ἀποστολικὴν εἰσήγησιν τὰς βεβή-
λους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωδύμου
γνώσεως, ἧν τινες ἐπαγγελλόμενοι, φησὶ, περὶ τὴν
πίστιν ἠστούχησαν⁷⁾. Καὶ γε εἰκότως· πίστεως γὰρ
οὐκ οὕτως οὐδὲ γνώσεως ἔστιν, εἰ γε τὸ ἐκ τῶν ἰδίων
λογισμῶν τικτόμενον γνώσις οὐκ ἔστιν. Ἐἴ τις γὰρ
δοκεῖ, φησὶν, εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε
καθ' ὅσον εἰ γινώσκει⁸⁾. Διὸ καλεῖται, μὴ ὁμῶς χωρεῖν
πρὸς τοὺς τοιούτους, ἀλλ' ἀποστρέφασθαι τὰς ἀντι-
λογίας· τῶν κακοδόξων, οὗ τῆς ὑγιоῦς· ἐπιβάλλουσι
πίστεως καὶ οὐκ ἀπίστων ἑστάναι βεβαίως ἐπὶ τῆς
ἀρραγοῦς πέτρας. Ὁ μὲντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ
θεοῦ ἔστηκε⁹⁾, φησὶ. Ὁ γὰρ κῆξιν λαβόντες ἐν τῇ
εὐσεβείᾳ καὶ δογματικῶν ὀρθότητι οὐ μόνον οὐδὲν¹⁰⁾
πύσχυουσιν ὑπὸ τῶν ἀπατάων, ἀλλὰ καὶ θαυμά-
ζονται κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην, οὗ οὕτως
ποταμοὶ οὕτως ἀνεμοὶ προσπεσόντες· δυνήσκονται τι
παραλυμῆσθαι¹¹⁾.

Ἐκαὶ οὖν ἀναγκαῖον παντὶ εὐσεβεῖ χαλινὸν ἐπι-
θεῖναι τοῖς λογισμοῖς καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους
καὶ τὰ μέτρα τὰ δεδομένα ἡμῖν παρὰ θεοῦ διὰ τῆς
θείας γραφῆς τῆς ὑγιαίνουσας ἐν τῇ πίστει διδασκα-
λίας μὴδὲ ὑπὲρ τὰ ἐσαρκωμένα¹²⁾ (τὸ τοῦ λόγου) πη-

quicunque orientalis ecclesiae veri sunt filii,
excipere, credere, omnino confiteri, prout hic
exponitur.

Prooemium.

Qui praesentis vitae procellosum mare traiciunt
atque appetunt ad serenos tranquillosque caelestis
regni portus certo pervenire, his alia conditione
non licet finem consequi, quam si sanota sincera-
que fide nostra utantur veluti tuto navigio, e sacris
divinitusque inspiratis scripturis compacto ac gu-
bernatores habente ipsum Dei filium et verbum.
Tale enim navigium tutum tranquillumque est,
nautas ex incredulitatis periculis naufragioque sal-
vos tuetur nec ullo modo reformidat haeresion
impetum fortunarumque iacturam, pietatis nempe
in Deum. Quapropter et electum vas, boatas
Paulus, ad Timotheum scribens *Hoc praeceptum*,
inquit, *commendo tibi, ut milites bonam militiam*,
habens fidem et bonam conscientiam: quam quidam
repellentes circa fidem naufragaverunt. Re enim
vera in horrendum exitialeque patitur naufragium
atque nudus omnique destitutus praesidio relinquitur,
qui recta sanaque fide exiit. Quid enim,
capite corrupto, reliquum corpus prudent? Unde
quicumque christiana professione gloriantur, eos
omnino necesse est pura animi conscientia fidem,
bonorum omnium matrem, excipere, illamque sin-
cera et recta mente revereri, probe scientes quan-
tum barathrum sit incredulitas, quantus vero murus
pietas sanaque fides. Hanc veluti spirituales ei-
bum quotidie sumant et purgant *secundum inte-
riorem hominem* nec patientur, ut in ratiocinationes
velut in quemdam labyrinthum incidat, in eorum
nempe, qui alterius et oppositae sunt opinionis,
captiosa artificia ac fallacias, quae letale vulnus
afferunt, sed devitent, secundum apostolicam sen-
tentiam, *profana vaniloquia et oppositiones falsi*
nominis scientiae, quam quidam, inquit, promittentes
circa fidem exciderunt. Et iure quidem. Cum enim
fides non habetur, nec habetur scientia, si quidem
propterea excogitationis fetus scientia non est. *Si*
quis enim, inquit, existimat se scire aliquid, nondum
quidquam cognovit quemadmodum oporteat eum scire.
Quamobrem imperat, ne ad huiusmodi homines
concurramus, verum eorum controversias repudia-
mus, quorum perversa est opinio: quoniam de sana
fide depellunt neque sinunt super petra frangi
nescia firmiter stare. *Sed firmum fundamentum Dei*
statit, inquit. Qui enim pietate rectaque doctrina
fundantur, non solum, nihil mali a deceptoribus
patiuntur: verum etiam admirationem sibi movent,
iuxta Ioannem aurea verba fundentem, quibus ne-
que flumina neque venti irruentes aliquid damni
poterunt inferre.

D

Cum igitur quemvis pium necesse sit ratiocina-
tionibus frenum iniicere nec sanae fidei doctrinae
fines terminosque transcendere, quos nobis Deus
per divinam scripturam constituit, neque scamma,
ut aiunt, transilire: *alioquin enim te, inquit sapiens,*

¹⁾ καὶ πιστεύουσιν om. G.

²⁾ Προοίμιον om. G.

³⁾ ἔχων πίστιν — ἐναυάγησαν om. cod., quae verba tamen
ad sententiam omnino pertinent. — I Tim. I, 18.

⁴⁾ χριστιανικῆς προσηγορίας G.

⁵⁾ κατὰ — ἄνθρωπον, Rom. VII, 21.

⁶⁾ συλλογισμοῖς· λογισμοῖς G.

⁷⁾ I Tim. VI, 20-21.

⁸⁾ I Cor. VIII, 2.

⁹⁾ II Tim. II, 18.

¹⁰⁾ οὐδὲν· ἄν G.

¹¹⁾ Alabat ad Matth. VII, 26.

¹²⁾ Cf. Pseudo-Zeno VI, 25, Greg. Cyp. III, 25.

δὲν ἰσχυρότερα γὰρ σου, φησὶν ὁ σοφός, μὴ ζῆται καὶ ὑψηλότερα σου μὴ κολυκραγόμενοι· ἀ προστάτη σοι, ταῦτα διανοοῦ¹⁾. Καὶ πάλιν· Ἐν ᾧ ἕκαστος ἐκλήθη ἐν τούτῳ μενέτω²⁾, ἐκλήθημεν δὲ³⁾ ἀνοθεὶ εἰ εὐσεβεῖς τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας χριστιανοὶ διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀπὸ τε τῶν προφητῶν, ἀπὸ τε τοῦ σωτήρος ἡμῶν Χριστοῦ, ἀπὸ τε τῶν ἀποστόλων, ἀπὸ τε τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ ἀπαξιαπάντων τῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνηχηθέντων ἁγίων πατέρων εἰς τὸ πιστεῦν καὶ φρονεῖν⁴⁾ ὅσα ἡ καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία παρέλαβε καὶ διασφίξει μέχρι τοῦδε ἀπαρμάρτωτα καὶ ἀνόθευτα εἰς τὸ παντελὲς εἶτα δόγματα πίστεως, ἔθους τε καὶ κανόνες, εἶτα παραδόσεις τῆς ἐκκλησίας ἑγγράφους τε καὶ ἀγράφους — Ὁφείλομεν ἄρα καὶ περιέπειν ταῦτα πάντα καὶ ἐνστερνίζεσθαι· ὅλη ψυχῇ, διανοίᾳ τε καὶ προθυμίᾳ, καὶ⁵⁾ μὴδὲ κεραιᾶν ἐκ τούτων ἀθετεῖν ἢ μεταποιεῖν ἢ προστιθεῖναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἀλλὰ τὴν εὐθείαν βαδίζειν καὶ βασιλικὴν καὶ ἀπταιστὴν τῆς σωτηρίας ὁδὸν τὴν μῆτε εἰς τὰ δεξιὰ μῆτε εἰς τὰ ἀριστερὰ κλίνουσάν· καὶ γὰρ καὶ μικρὰ παρέγκλισις⁶⁾ καὶ μεταποίησις ἐν τοῖς περὶ θεοῦ λόγοις εἰς κτηνὴν φέρεται καὶ παράθρα καὶ βυθῶ ψυχικῆς ἀπωλείας⁷⁾ παρατίμπαι τὸν ὁπωσοῦν ἐκτραπέντα τῆς εὐθείας καὶ τῆς ἀληθείας διαμαρτίσαντα. Καὶ μὴ μόνον οὕτω φρονεῖν τῆ ψυχῇ καὶ πιστεῦναι τῆ διανοίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῷ στόματι ὁμολογεῖν τὴν εὐσεβεῖαν ἐδιδάχθημεν· Καρδίᾳ μὲν γάρ, φησὶ, πιστεύεται· εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται· εἰς σωτηρίαν⁸⁾. Ὅδὲ γὰρ ἀρκεῖται ὁ θεὸς τῆ κατὰ διάνοιαν πίστει, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τοῦ στόματος ὁμολογίαν ἀπαιτεῖ εἰς παρησίαν ἡμᾶς διὰ τοῦτου ἐπαλείφω καὶ προσκαλοῦμενος καὶ⁹⁾ εἰς πλείονα ἀγάπην καὶ δεῖξασιν ἐμβαλλόμενος· καὶ ὑψηλοῦς καὶ τελείους ἀπεργαζόμενος· Πᾶς γὰρ ὅστις ὁμολογήσῃ, φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἐν ἔμοι ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω καὶ γὼ ἐν αὐτῷ ἐμπροσθεν τοῦ πατρὸς μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς¹⁰⁾.

Ἀλλ' ἐπεὶ πολλοὶ πολλαχόθεν καὶ διάφοροι τῆς ἐκκλησίας ἐχθροὶ ἐπιφύονται καθ' ἡμῶν καὶ προδίδται τῆς εὐσεβείας κατεξανίστανται τῶν υγιαινόντων καὶ ὀρθῶν δογμάτων τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν πίστεως, εὐτιμῆς καὶ τεχνάσμασιν ἀπατηλοῖς καὶ σοφιστικαῖς κωκυτομηχαναῖς· οὐ παύονται τοὺς ἀπλουστεροὺς τοῦ ἡμέτερου γένους παραδιδάσκοντες καὶ σατανικαῖς ὑποκρίσει· διαφθείροντες καὶ παρενοσπεύοντες τῆ καλῆ γεωργίᾳ¹¹⁾ καὶ φυτεῖᾳ τοῦ Χριστοῦ τὰς ἀκάνθας καὶ τὰ ζιζάνια τῶν αἵρέσεων καὶ τὰς σχισματικὰς φλυαρίας, ἵνα μὴ ἐξαπατῶνται οἱ ἡμέτεροι ὑπὸ τῶν τοιούτων κακοτεχνιῶν μὴδὲ λανθάνωσιν αὐτοὺς αἱ καργίδες τῶν ἐναντιῶν, δεῖν ἴγνωμεν ἐκθεσὶν ποιήσεσθαι γενικὴν καὶ περιληπτικὴν καὶ κεφαλαιώδη τῶν ἱερῶν δογμάτων, ἔθους τε καὶ κανόνων καὶ παραδόσεων τῆς ἀνατολικῆς ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, ὅσα τε φρονεῖ καὶ παρέλαβε καὶ ἐδιδάχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου καὶ ὅσα πιστεῦναι τῆ ψυχῇ, τῷ νῷ τε¹²⁾ καὶ τῇ καρδίᾳ καὶ ὁμολογεῖν τῷ στόματι παρησίᾳ ἀναγκαίως· ὀφείλουσιν οἱ τοῦ ἡμετέρου γένους ὀρθόδοξοι χριστιανοὶ, καὶ ταῦτα βήτως καὶ ἰδιῶς καταγράψαι· ἐν τῷ παρόντι καὶ ἰδίαις ἡμῶν ὑπογρα-

ne quassioris et fortiora te ne scrutatus fueris; quae tibi praecepta sunt, illa cogita. Et rursus: In quo unquamque vocatus est, in hoc permanent, caelitus autem vocati sumus nos pii orientalis ecclesiae christiani per Spiritum sanctum a prophetis, a Christo salvatore nostro, ab apostolis, a generalibus conciliis et a cunctis per Spiritum sanctum edoctis sanctis patribus ad credendum ac sentiendum quaecumque nostra Christi ecclesia accepit atque immutata ac pura omnino huc usque servat —, debemus sane haec omnia ex toto animo, mente, studio tutari et amplecti nec apicem ullum ex his spernere aut commutare aut adicere aut tollere, sed rectam, regiam tutamque salutis viam tenere, quae neque dextra neque sinistra declinat; quandoquidem vel parvus deflexus in rebus divinis aut immutatio in praeceptis barathrumque deducit ac in puteum spiritualis interitus missum facit eum, qui e via quomodocumque deflexit voreque aberravit. Neque vero solum ita religionem animo sentiendam esse menteque credendam, verum etiam ore profitendam sumus edocti: nam corde quidem, inquit, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Nec enim fidem, quae in mente est, satis habet Deus, sed etiam confessionem, quae ore fit, exigit, hoc modo nos ad fiduciam excitans alliciensque et ad majorem caritatem dilectionemque provocans atque excelsos perfectosque efficiens. Omnis enim qui confitebitur me, inquit salvator, coram hominibus, confitebor et ego illum coram Patre meo qui est in caelis.

Cum autem multi multis ac diversis e locis ecclesiae hostes in nos invehantur et religioe prodita contra sana rectaque pie nostrae fidei dogmata insurgant, eos, qui e nostra gente simpliciores sunt, non desistentes fucatis artificiosisque fraudibus perperam docere et diabolicis corrumpere simulationibus, ut bona Christi cultura ac plantatione haereticorum, schismaticorum ac schismaticas nugacitates in nos mala hisce artibus nostri decipiantur nove vernaculorum laquei eos lateant, statuimus nobis faciendam esse generalem, compendiarium ac summarium sacrorum dogmatum, definitionum, canonum atque traditionum explicationem nostrae orientalis Christi ecclesiae, atque omnia, quae a Spiritu sancto edocta accepit ac sentit, quaeque animo, mente, corde credere et ore aperte profiteri orthodoxos gentis nostrae fideles necesse est, ea expresse ac specialiter praesenti hoc scripto tradenda atque propriis nostris subscriptionibus synodaliter obfirmanda ac sancienda, ut legentes illa et probe intelligentes admittant et oculis animisque in ea defixis velut in amussim

¹⁾ Eccl. III, 29-31.

²⁾ I Cor. VII, 24.

³⁾ ἢ γὰρ G.

⁴⁾ φρονεῖν φροισρεῖν G.

⁵⁾ καὶ om. G.

⁶⁾ παρέγκλισις· παρακλίσις G.

⁷⁾ ἀπωλείας· σωτηρίας G.

⁸⁾ Rom. X, 10.

⁹⁾ καὶ om. G.

¹⁰⁾ Matth. X, 32.

¹¹⁾ Alludit ad Matth. XIII, 26.

¹²⁾ τε om. G.

φαί: συνοδικώς¹⁾ καταπαλινοθεῖν καὶ βεβαίωσαι, αὐτὰ ἀναγιγνώσκοντες καὶ συνιέντες καλῶς καὶ ἀποδεχόμενοι καὶ τοῦτοι: ὅσπερ τινὶ στάθμῃ καὶ κανόνι ἀκριβεστάτῃ ἀφορῶντες καὶ προσίχοντες: πάσαν σχολιάν καὶ ἀπέδουσαν καὶ ἐναντίαν διδασκαλίαν ἀποστρέφοντα²⁾ καὶ ὡς περ ἐν γαλιηῷ κλίοντα: λιμνί, τῆ τῶν δογμάτων ὀρθότητι καὶ ὑγιανοῦσιν διδασκαλίᾳ, τὸν βίον αὐτῶν μετὰ ἀσφαλείας καταυθύνουσι καὶ τῶν αἰώνιων ἀγαθῶν ἐπιτόχουσι.³⁾

1. Πρῶτον μὲν ὅν ἀρεταίαι ἀπας⁴⁾ εὐσεβίης, ὁποῖα: ἐν αἷ τῆ τάξεως ἢ βαθμοῦ, εἴτε θηλασθὶ τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου ὑπάρχει ἢ τῶν καταλεγμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ κλίρῳ, ἢ τῆς τῶν λαϊκῶν καὶ τῶν ἰδιωτῶν τάξεως, μικρῶς ἢ μέγας, ἀρχῶν ἢ ἀρχόμενος, πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν καρδίᾳ καὶ στόματι τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν καὶ ἅγιον σύμβολον τῆς εὐσεβείας: ἡμῶν πίστεως: τὸ ὑπὸ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνηχίσεως συντελεσθὲν εὐσεβόφρονος: καὶ ἀκαρπισθὲν, ὅτινι χρῆται ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ ἀποστολικὴ καὶ ἀνατολικὴ ἐκκλησίᾳ, ὁμολογούσα καὶ διδάσκουσα καὶ προφέρουσα⁵⁾ αὐτὰ χωρὶς προσθήκῃ: ἑως⁶⁾ πυνδ: ἢ ἀφαιρέσεως ἢ μεταποιήσεως μέχρι κεραιᾶ: μιᾶ: ὅπερ ἐστὶν ἐκ: λίσσω: τοιοῦτον⁷⁾.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων: καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἦς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ἑμῶσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ παθόντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθιζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης: κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος: καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ οὐ μὴ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν: εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν: ὁμολογῶ ἐν βάπτισματι εἰς ἄρσιν ἁμαρτιῶν: προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

2. Δεύτερον, σέβεσθαι καὶ ἀποδέχεσθαι οἰκουμενικὰς συνεκτικὰς συνόδους μόνον ἐπτά⁸⁾, ὧν πρώτη ἐστὶν ἡ ἐν Νικαίᾳ τὸ πρῶτον συγκροτηθεῖσα, τὴν δευτέραν τοῦ Ἀρείου ἀρεσιν καταβάλλουσα: δευτέρα, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ πρῶτον κατὰ τοῦ πνευματομάχου Μακεδονίου συναδραιοθεῖσα: τρίτη, ἡ ἐν Ἐφέσῳ Νεστόριον τὸν δυσσεβῆ καθαιρούσα: τετάρτη, ἡ ἐν Χαλκηδόνι, Εὐτυχῆ καὶ Διδόσκουρον περιτρέπουσα: πέμπτη, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ δεύτερον, ἐν τῇ ὁ τῆς βῆθείσης ἐν Χαλκηδόνι συνέδου ὅρος ἀνακαταίνεσθαι: ἕκτη, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ τρίτον Μονοθελίτας διώκουσα: ἑβδόμη, ἡ ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον τοῦ: Εἰκονομασίας συντρέπουσα. Τὰς δὲ κατὰ ταῦτα: οἰκουμενικὰς: λεγομένας συνόδους ἔχει τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ καὶ τὴν ἐν Τριδίντῳ μεθ' ἡμῶν: ἀποδέχεσθαι. Πρὸς δὲ ταῖς βῆθείαις ἐπτά ἀποδέχεσθαι καὶ τὰς: τοπικὰς συνόδους, τὰς κατὰ θεοῦ⁹⁾ χάριν ἐν διαφόροις καιροῖς πρὸς βεβαίωσιν τῆς

accuratissimamque regulam, quamlibet tortuosam, absonam, contrariam doctrinam reliciant, atque in reecta sanaque dogmatum doctrina, velut in tranquillo portu navigantes, vitam tuto moderentur bonaque aeterna consequantur.

1. Primo quidem igitur quisvis fidelis, cuiuscunque sit ordinis ac gradus, sive in sacerdotali albo adscriptus et in ecclesiastico clero deputatus, sive in laicorum et privatorum ordine, parvus aut magnus, princeps aut subditus, corde et ore credere ac confiteri debet divinum, sacramque et sanctum piao nostrae fidei symbolum, ab universalibus conciliis, Spiritu sancto personante, pie confectum ac traditum, quod sancta Christi apostolica et orientalis ecclesia utitur, illud profitendo, docendo ac proferendo absque ulla omnino additione aut detractione aut immutatione vel apicis unius, quodque his verbis expressum est:

Credo in unum Deum patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium: et in unum dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex patre natum ante omnia saecula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est: et resurrexit tertia die secundum scripturas, et ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris, et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis: et in Spiritum sanctum dominum et vivificantem, qui ex patre procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas: et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum: et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi, amen.

2. Secundo venerari ac suscipere venerandas universales synodos septem tantum, quarum prima Nicaeae primo congregata impiam Arii haeresim damnavit: secunda Constantinopoli primo adversus Macedonium pneumatomachum coadunata est: tertia Ephesina nefarium Nestorium condemnavit: quarta Chalcedonensis Eutychem Dioscorumque perfregit: quinta Constantinopolitana secunda, in qua praedictae Chalcedonensis synodi definitio renovata est: sexta Constantinopolitana tertia Monothelitas deiecit: septima Nicaeana secunda Iconoclastas confregit. Quas autem praeter istas universales dicuntur synodi, Florentina nempe ac Tridentina, eas nullo modo admittere. Simul vero ac praedictas septem, eas quoque suscipere particulares synodos, quae, Deo favente, divinis temporibus, ad firmandam religionem evangelicamque mores, convenerunt, tuncisque ab illis sancitis

¹⁾ συνοδικαίς (G.)
²⁾ ἀποστρέφεται (G.)
³⁾ πυνδ: (G.)
⁴⁾ προσφέρουσα (G.)
⁵⁾ ἕως (G.)
⁶⁾ τοιοῦτο (G.)
⁷⁾ ἐπτά, καὶ ὁμολογεῖν τὰ ἐν αἰεταῖς πνευματομαχίας ἐπιτεθέντα καὶ τυπωθέντα, ἄν etc. (G.)

εὐσεβείας¹⁾ καὶ εὐαγγελικῆς πολιτείας συναθροισθῆναι· Ἄσας traditis summo obsequio assentiri atque obtemperare.

καὶ μετὰ πάσης εὐλαβείας στήγειν καὶ καθέσθαι καὶ τοῖς ἱεροδοξοῖσι καὶ παραδοξοῖσιν ὑπ' αὐτῶν.

3. Tertio ecclesiasticas quolibet traditiones, scriptas aut non scriptas, approbare et amplecti, quemadmodum illas iam tum ex ipsis apostolorum temporibus ab orientali Christi ecclesia acceptas et approbatas, ab ea usque modo inviolate servantur ac custodiuntur.

3. Τρίτον, στήγειν καὶ ἀποδέχεσθαι καὶ πάσης τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόξους, ἑγγράφους τε καὶ ἀγράφους, καθὼς αὐτὰ; ἢ ἀνατολικῆ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ἀναθῆναι ἐκ τῶν ἀποστόλων παραλάβῃ καὶ διεδόξατο καὶ ἀναγῆται καὶ φυλάττει ἀπαρτρέπειας μέχρι τῆς σήμερον.

4. Quarto profiteri ac pie recipere divina sanctaque ecclesiae sacramenta, scilicet sacrum baptismum, sacrum unguentum¹⁾, sacram eucharistiam, sacerdotium²⁾, legitimum matrimonium, paenitentiam, oleum cum oratione³⁾; ea summa fide et pietate venerari atque observare, tanquam necessaria spiritualis nostrae salutis subsidia; illorum virtutem, participationem nempe et communicationem sanctificationis eorum et gratiae, admittere atque observare iuxta ritum ordinemque ab orientali Christi ecclesia adhibitum et custoditum.

4. Τέταρτον, ὁμολογεῖν καὶ ἀποδέχεσθαι εὐσεβῶς τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ²⁾ τῆς ἐκκλησίας μυστήρια, εὐνάει εἶναι τὸ ἅγιον βάπτισμα, τὸ ἅγιον μῦρον, ἢ ἅγια λειτουργία, ἢ ἱερουργία, ὁ νόμιμος γάμος, ἢ μετάνοια καὶ τὸ εὐχέλαιον· καὶ ταῦτα τιμᾶν καὶ γαρβαίρειν μετὰ πάσῃ; πίστει καὶ εὐλαβείᾳ ὡς ἀναγκαίως συνταλόντα εἰς τὴν ψυχικὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ὄντιναι τὴν ἐνεργίαν, κοινωνίαν τε καὶ μετουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ τῆ; χάριτος αὐτῶν ἀποδέχεσθαι καὶ σέβασθαι κατὰ τὸν τύπον καὶ τὴν τάξιν τὴν ἀναργουμένην καὶ φυλαττομένην³⁾ ἐν τῇ ἀνατολικῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ.

Atque haec quidem sunt a piis orthodoxisque fidelibus generatim summatimque credenda ac profitenda. Peculiariter autem ac singulatim atque quodam modo relative et opposite, secundum eas nempe, quae multis diversisque terrae partibus occupatis ac infestatis orbem in praesentia obtinent, haereses, innovationesque ac schismata, ut letiferum damnum, quod inde oritur, a se amoveant ac dispellant fideles, ista insuper debent profiteri.

Καὶ ταῦτα μὲν εἰσὶ τὰ γενικῶς καὶ καθόλου πιστεύεσθαι καὶ ὁμολογεῖσθαι ὁφειλόντα παρὰ τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων χριστιανῶν. Ἰδίως δὲ καὶ ἀνεπιτημένως καὶ σχετικῶς (ὡς εἶπεν) καὶ ἀνυπόθετως; ὅσον πρὸς τὰς κατεχούσας τὸ γε ὡν ἔχον τὴν οἰκουμένην ἐν πολλοῖς τε καὶ διαφόροις τῆ; γῆς μέρεσιν εὐρισκομένης καὶ διεσπαρμένης αἰρέσεσι καὶ νεωτερισμοῖς καὶ σχίσμασι. εἰ; τε ἀποφυγῆν καὶ ἀποστρεφῆν τῆ; ἀπ' αὐτῶν προερχομένης ψυχοφθόρου βλάβῆς ὁφείλουσιν εἶναι ὁμολογεῖν οἱ πιστοί·

5. Quinto, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere, non autem et ex Filio; id enim Latinorum est additio et innovatio, quam ut rem iniustam perniciosoque exempli et a sacris conciliis sanctaque patribus repudiatam respuere debent et ipsi, cum quia vocem aut syllabam aut apicem unum sacro symbolo adiacere nefas est, tum quia solus Pater causa est ac principium eius, quae in Filio et Spiritu sancto est, divinitatis, in Filio quidem per generationem, in sancto autem Spiritu per processionem; Filius vero caret quidem principio, utpote, expers temporis, non autem caret principio, utpote qui principium ac radicem patrem habeat, a quo et aeternaliter gignitur; sanctus autem Spiritus, qui ex solo patre procedit, pariter cum Patre Filioque principio quidem caret, utpote temporis expers, non autem principio caret, quippe qui et ipse Patrem habeat radicem ac fontem, non ut genitus, sed ut procedens; in a Patre Filioque separari nequit, quippe qui ex patre substantiam per processionem habeat et in Filio quiescat, quin Filius ut spiritus subsistentiae auctor ullo modo existetetur.

5. Πέμπτον, εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἀλλ' οὐ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ· τοῦτο γὰρ τῆ; τῶν Λατίνων ἐστὶ προσθήκης καὶ καινοτομίας, ἣν ὡ; ἀδικον καὶ σκανδαλίων πρόξενον καὶ ἀποβεβλημένον ὑπὸ τῶν ἱερῶν συνόδων καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ὁφείλουσι καὶ αὐτοὶ ἀποστρέφασθαι, τοῦτο μὲν, εἶναι οὐκ ἔστιν οὔτε λέξιν ἢ συλλαβὴν ἢ ἰδίωτα ἐν προσθαίῃ⁴⁾ τῆ; ἁγίῃ συμβόλῃ, τοῦτο δὲ, εἶναι μόνος ὁ πατὴρ ἐστὶν αἰτία καὶ ἀρχὴ τῆ; ἐν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι θεότητος, τοῦ μὲν υἱοῦ διὰ γεννήσεως, τοῦ δὲ πνεύματος τοῦ ἁγίου διὰ ἐκπορεύσεως· ὁ δὲ υἱός, ἀναρχος μὲν ὡ; ἀρχονος, οὐκ ἀναρχος δὲ ὡ; ἀρχῆς καὶ ἔστιν τὸν πατέρα ἔχων, ἐξ οὐ καὶ ἀίδιως γεννᾷται· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου ἐκπορευόμενον συνἀναρχον μὲν ἐστὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ὡ; ἀρχονος, οὐκ ἀναρχον δὲ ὡ; καὶ αὐτὸ ἔστιν καὶ πηγὴν ἔχον τὸν πατέρα, οὐκ ὡ; γεννητόν, ἀλλ' ὡ; ἐκπορευτόν, ἀδιαίρετον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὡ; ἐκ τοῦ πατρὸς τὴν ὑπαρξίν ἔχον ἐκπορευτόν⁵⁾; καὶ ἐν υἱῷ ἀνακαυόμενον, μὴ συννενοουμένου τοῦ υἱοῦ ὡ; αἰτίου τῆ; τοῦ πνεύματος; ὑπερβῆσθαι καθ' ὁμοδοξίαν τρόπον.

6. Sexto, credere et confiteri plane arcanum sanctumque sacrae missae incruentique sacrificii ritum et eucharistiam, quae in Christi Dei propter nos sponte mactati recordationem paragitur, hoc modo confici: panem quidem fermentatum offerri, vinum autem cum aqua calida in sacrum calicem infundi, atque mirum in modum transmutari panem quidem in vivificum illud domini corpus, vinum autem in pretiosum ejus sanguinem, idque a sanc-

6. Ἐκτον, πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν τὴν μυστικωτάτην καὶ πανίερὸν τῆ; ἱερᾶς λειτουργίας καὶ ἀναίμακτου θυσίας ταλατὴν καὶ εὐχαριστίαν· γινομένην εἰς ἀνάμνησιν τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἱλουσίως σφαγιασθέντος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ταλασθῆναι τόνδε τὸν τρόπον· ἄρτον μὲν ἐν ζυμῳ προσφέρεσθαι, οἶνον δὲ σὺν βδάτοι καὶ ἁγίῳ ποτηρίῳ ἐμβάλλεσθαι καὶ μεταβάλλεσθαι ὑπερβῆσθαι τὸν μὲν ἄρτον εἰς τὸ ζωαρχικόν ἐκτείνον δεσποτικόν⁶⁾ σῶμα, τὸν δὲ οἶνον εἰς τὸ

¹⁾ εὐσεβείας· ἀληθείας (1).
²⁾ τὰ ἐκτὰ θεῖα τῆ; ἐκκλησίας (1).
³⁾ φυλαττομένην cod.
⁴⁾ προσθῆναι cod.
⁵⁾ ἐκπορευόμενος G.
⁶⁾ δεσποτικὸν ἐκτείνον (1).

¹⁾ Confirmatio a Graecis appellatur *μῦρον unguentum*, σφραγὶς; signaculum et *chrisma*.
Venerabiles fratres nostri, salutem et apostolicam benedictionem. Superabundavimus gaudio, cum synodales litteras a fraternitatibus vestris accepimus; et pastoralem caritatem perapeximus, qua custodire vigilas super gregem vestrum Dei quae honorem tueri et augere satagitis. Nihil enim gratius nobis et jucundius esse poterat, quam ut insignes ecclesiarum istarum patres de divino cultu et animarum salute sollicitos, proposita opportuna servandae disciplinae et levandae necessitatis ratione, ad hanc ecclesiarum magistratam recurrentes, exciperemus. Quod igitur festos dies ad ingentem istic numerum excrevisse et, obtenta alendae vitae necessitate, vetitis laboribus aditum jam late speruisse significastis, nec salubrius remedium esse censuistis, quam ut in aliquibus festis diebus christifideles, audita missa, laborare valeant, integra remanente praedepcepti obligatione in ceteris festis, quae in synodali epistola numerastis: sapientissimum concilium confirmamus et collaudamus; atque ut fraternitates vestrae eo pacto conscientiarum securitati et ecclesiasticae observantiae prospiciant, cupimus et commendamus. Dum autem Tarraconensi provinciae gratulamur synodalem celebritatem veteris disciplinae decora aemulantes, fraternitatibus vestris apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae, apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die vigesima secunda maii anno millesimo septingentesimo vigesimo octavo, pontificatus nostri anno quarto.

Cereus, archiepiscopus Emilianus.

Locus † sigilli.

XX sessio. Aptum est de missa conventuali pro fundatoribus et benefactoribus et de missa parochiali pro populo. Facta constitutione de quotidiana missa conventuali in cathedralibus, concilium de missa pro populo diebus festis applicanda decrevit, per cardinalem Hispanum Belluga recurram esse ad s. congregationem concilii, exponendo extremam paupertatem parochiarum et gravissima damna, quae, si illas parochi, propter defectum congruae sustentationis, desererent, oriri possent; simul etiam rationes, quae item collegiatis faverent, proponendas esse.

Constitutiones hujus concilii promulgatae sunt ab illiño domino d. Emmanuele de Samaniego et Jaca, hoc modo:

DON EMMANUEL DE SAMANIEGO ET JACA, archiepiscopus Tarraconensis, Hispaniarum primas;

Ad futuram rei memoriam. Communis adeo et constans consensus est, tum apud theologos, tum item apud canonistas, promulgationem legis desiderari, ut subditi ejus obligatione obstringantur, quod non solum in humanis, sed in divinis quoque idem observari asseveret. Lex enim divina et evangelica non momento temporis obligare coepit, sed paulatim, ut scilicet promulgabatur, neque omnino ejus praedepcepto homines adstricti sunt, donec sufficienter edicta et praedicata fuit. In conciliis quoque tam generalibus, quam provincialibus ea patrum cura praecipua erat, ut eorum sanctissimi canones quamprimum promulgarentur. Nos ergo horum sacratissimis vestigiis humiliter inhaerentes, imo ea reverenter deosculantes, praesentes constitutiones sacri concilii provincialis hac nostra civitate Tarracone celebrati, anno millesimo septingentesimo vigesimo septimo, praelo mandare et promulgare praecipimus.

CONSTITUTIONES.

I.

Praedecessores nostri tollendis ac eliminandis, qui irrepserant, abusibus sedulo intenti, institutiones et permutationes beneficiorum personalium (quae ab immemorabili in hac nostra Tarraconensi provincia erigi et institui solent) optimis ac saluberrimis legibus munierunt. Quia tamen cupidorum hominum versutia eas perperam interpretatur aut ignorare praetendit, sacro approbante concilio, antiquas aliquas superaddere et omnes simul, ut unico conspiciantur obtuta, cogere perque capita digerere constituimus, quo facilius observentur, et via omnis in posterum fraudibus praeccludatur.

1. Pecuniae in tabula, banco, deposito, vel thecassio licet tuto et securo reconditae, non valent pro dote vel augmento dotis personatus valide et licite deservire; sed praecise in censualibus, vel aliis redditibus perpetuis; aut praediis fructiferis, non super bonis dotantis, nec ejus, qui patronus efficitur, sed super aliis recte collocatae esse debeant et investitae, sub poena nullitatis institutionis.

2. Beneficiorum personalium permutationem ordinarii permittere non valeant, nisi elapsa, sine dispensatione aliqua, quadraginta quinque diebus, ab institutionis die antea numerandis, sub poena nullitatis permutationis.

3. In ipsa erectione personatus declarandae sunt species piorum operum, in quae illorum redditus; in casu extinctionis, convertendi et distribuendi erunt. Quae declaratio, non sub clausula generali omnia opera pia complectente, sed sub speciali determinata, et non ultra sex species con-

junctim vel disjunctim designante, fieri poterit. A Redditus autem personatum, quorum institutiones seu permutationes contra formam his tribus capitibus praescriptam exsecutae fuerint, ordinarii in pia opera sibi benevolens, pro suo arbitrio et conscientia, irremediabiliter convertant.

4. Nullus personatus sine auctoritate et decreto ordinarii erigatur, permutetur, aut extinguatur; illorumque extinctiones, ad hujusmodi effectum, locorum ordinarii notae fiant intra sexaginta dies (terminum triginta dierum in constitutione secunda anno millesimo sexcentesimo nonagesimo nono a bonae memoriae d. Josepho Llinás edita praefixum, benigne ampliante); alias ordinarii redditus extingentorum personatum in opera pia, ex designatis in limine foundationis, sibi benevolens similiter convertant; haeredes autem et manumissores obtentorum personatum, qui istorum extinctionis notitiam habuerint, nec non notarii, in quorum posse personatum extinctio sive inter vivos, sive in ultima voluntate confecta fuerit, infra terminum praedictum, ordinario notam facere, sub excommunicationis majoris latae sententiae poena, obnoxii sint.

5. Ordinarii institutiones vel extinctiones personatum pro pia causa maritandi, vel in matrimonio carnali collocandi puellas, seu ad studentes in litteris erudiendos erectas non admittant, nisi exprimat, tam puellas, quam studentes vere pauperes, juxta suum statum, esse debere. Eveniente autem piorum reddituum distributionis casu, erit ordinarius pro tempore indagare et prudenter judicare, an puellae, vel studentes, pios redditus postulantes, vere pauperes juxta suum statum sint et dici valeant.

6. Capitale dotis beneficiorum personalium, nullo titulo nulloque praetextu, etiam applicationis in pios usus faciendae, extinguatur sub poena excommunicationis majoris latae sententiae, et si obtentor personatus doli vel fraudis in extinctione memorati capitalis particeps fuerit inventus, ultra dictam poenam, teneatur dotem de bonis propriis, appellatione omni rejecta, iterum statuere, privatusque ipso facto remaneat tali personali beneficio, de quo, vel de ejus redditibus, loci ordinarius in causas pias sibi benevolens, juxta tenorem institutionis, disponat. Notariis autem, sub eadem excommunicationis poena, non liceat instrumenta, in quibus talia capitalia extingui cognoverint, nec obligationes indemnitate sub quocumque praetextu conficere: imo talia instrumenta et obligationes, de quibus fraudem vel collusionem aliquam suspicati fuerint, ordinario denunciare teneantur.

7. Ut autem haec stringant fortius inviolabiliterque observentur, in ipso limine foundationis personatus exprimet fundator: *Et (insequendo consuetudinem hujus provinciae constitutionesque conciliorum Tarracoenensium) volo capitale perpetuum integre permanere nulloque praetextu unquam extingui, solummodoque annuos redditus in pia opera supra expressa converti, nullatenus autem dotem vel partem dotis; cum firma et determinata voluntas mea sit, quod ista nunquam insumatur.* Insuper in eadem foundatione declarabitur: *Quod in casu lutionis alicujus censualis, depositum in tabula, thesauro capituli, vel alicujus communitatis, aut alio loco publico omnino fieri debeat, sub poena nullitatis lutionis, a quo levare non possit, nec smertuari sine ordinarii decreto, sub eadem poena; nec in favorem possessoris, vel patroni beneficii personalis.* Denique in eodem foundationis limine transcribetur dispositio supra § 4 appositae, de notitia ordinario danda infra sexaginta dies, eveniente personatus extinctione.

8. Ad haec, etiam beneficia personalia ita nuncupata sint, quod non ut in perpetuum beneficia remaneant, sed ad vitam aliquarum personarum ecclesiasticarum dumtaxat instituantur, et postea eorum redditus in alios pios usus applicentur: nolumus tamen, quod haec applicatio fieri permittatur ultra tres personatariorum vitas: ita ut si tertius personatus obtentor de illius redditibus non disposerit in aliquam piam causam, ex his, quae in foundatione designatae fuerunt, dispositio ad ordinarium devolvatur. Quamobrem inhibeantur in posterum fundatores hanc facultatem ordinarii secundum jus et consuetudinem competentem imminuere; adeoque eis non permittatur in foundationis limine illa clausula, aliquoties praepostere apposita, qua determinabatur species piae causae pro casu, quo ultimus personalis beneficii obtentor obierit, tali non facta determinatione seu dispositione, cum ea derogaret ordinario libertatem disponendi de redditibus personatus, concessam secundo et tertio obtentoribus.

9. Et ut omnis deformitas vitetur in institutionibus personatum, statuimus, quod una praescribatur generalis formula amplectens omnes supra memoratas clausulas et condiciones, qua uniformiter utentur in posterum omnes curiae ecclesiasticae hujus nostrae Tarracoenensis provinciae.

10. Tractatus omnes, seu conventiones de personatu fundando sub tali dote, illoque permutando cum alio beneficio, nullatenus fiant, nisi dependenter a voluntate ordinarii; cui, ante personatus foundationem, omnia pacta illorumque circumstantias partes referent et exponant, licentiam petentes: quam ordinarius (si dolum omnem ac fraudem cessare viderit) poterit impertiri; exprimens postmodum in decreto, quod in personatus institutione interponere debet, *se jam ante foundationem ex justis causis suum animum moventibus licentiam dedisse.*

11. Insuper in omnibus ecclesiasticis curiis specialis aliquis destinabitur liber, in quo decreta omnia institutionum, permutationum ac extinctionum omnium personatum originaliter descripta maneant, cum expressione piorum operum, reddituum et censualium, quibus dotati primitus fuerint; ne, ob istorum ignorantiam (ut saepe saepius contigisse vehementer dolemus), plura pia opera misere pereant et evanescant.

12. Denique, ut omnium, quae in hac nostra perpetuo valitura constitutione statuta, praeepta et prohibita sunt, ignorantiam nemo praetendere praesumat, volumus, quod illa in vulgari lingua traducatur, ac in utroque idiomate, latino et vulgari, typis mandata, retineatur paginis et obvia, tabellae lignae affixa, in omnibus curiis ecclesiasticis, archivis capitulorum et communitatum presbyterorum in sacristiisque suarum ecclesiarum. Oportebit etiam ad uberiores notitiam, quod in materna lingua traducta ab omnibus parochiis, semel in anno, in die ab ordinario praefigendo, inter missarum solemnias coram populo congregato legatur et evulgetur.

II. *Parochi insistant doctrinae christianae institutioni, tum populi, tum puellarum et puerorum.*

Cum omnes christifideles teneantur, pro suo captu, scire, quae ad religionis christianae substantiam pertinent: mysteria, scilicet fidei, quae continentur in symbolo, praeepta decalogi ab omnibus servanda, sacramenta quoque, saltem ea, quae necessario ab unoquoque suscipienda sunt; tum

demum quas a Deo petere et sperare debemus: a sedulo ac diligenti studio in his erudiendi sunt a pastoribus. Ideo antiquorum canonum ac sacri concilii Tridentini statuta inhaerentes a. a. c. discernimus, ut omnes parochi, tam saeculares, quam regulares per se aut, si legitime detineantur impedimento, per viros idoneos, ab ordinario approbatos, omnibus diebus dominicis ac aliis festis, intra missarum solemnia, populum, et stata hora post meridiem, pueros et puellas discrete ac verbis captui audientium accomodatim, modo unum, modo alterum ex praecipuis doctrinae christianae capitibus docere teneantur, per tempus unius horae quadrantis intra missam et dimidiae horae post meridiem. Parentes quoque eorum admovent, ut filios ac famulos domi, bonis moribus ac exemplo instituentes, ea, quae ad doctrinam christianam spectant, frequenter doceant; crebro repetentes, quae a parochis audierunt; quodque praedictos mittant ad ecclesiam, quam primum statuta hora sono campanae convocabuntur; in parochiis autem ruralibus, ubi difficile est congregare pueros post meridiem, parochi aliis mediis opportunis utantur, quae certe zelus animarum sibi creditarum suggeret, ut pueri et rudes instructi remaneant. Notum ipsis esse volentes, quod si negligenter se gesserint in suo munere adimplendo, contra ipsos procedatur et suis sumptibus ad docendum populum substituti mittentur.

Ut facilius perniciosae ignorantiae doctrinae christianae occurratur, cunctis parochiis ceterisque confessoribus, tam saecularibus, quam regularibus, in virtute sanctae obedientiae praecipimus, eorum conscientias onerantes, ut in sacramentali confessione de doctrina christiana aedulo poenitentes examinent (exceptis his, de quorum instructione ac scientia sunt moraliter certi), et si quos in re tantopere ad salutem necessaria culpabiliter ignaros repererint, eorum socordiam patienter arguant, et absolutionis beneficium, quousque fuerint sufficienter instructi, non impendant; praesertimque et diligentius praefata exequantur tempore quadragesimae.

Concionatores omnes, in visceribus Jesu Christi hortamur, ut divinam ultionem denuntient patribus familiis, qui, parva aut fere nulla diligentia adhibita, omnem rationem non ineunt, ut sui liberi ac famuli christianam doctrinam addiscant; et quod in omnibus concionibus, relictis inutilibus quaestionibus, sacrosanctum evangelium ad populi instructionem et aedificationem exponant; memores se in tremendo Dei iudicio, sui muneris rationem strictam esse reddituros.

Cum in civitatibus et oppidiis populosis, forte plus quam in aliis, deploranda christianae doctrinae ignorantia inveniatur, curae sit omnibus episcopis, huic tam gravi damno occurrere, institutis congregationibus aut confraternitatibus doctrinae christianae, vel aliter, prout juxta temporum et locorum qualitatem ipsis videbitur expedire. Ac sedulo invigilent, ut executioni mandetur constitutio 4 quae incipit: *Ad nostrum pervenit auditum, tit. de summa Trinitate*, in qua praecipitur, ne patientur evangelium explicari alia lingua, quam materna. Quod in omnibus hujus provinciae ecclesiis parochialibus, tempore adventus praecipue et a dominica septuagesimae ad totam quadragesimam, volumus ac discernimus inconcussa servari. Praedicatoribus autem id detrectantibus, aut munus praedicandi exercentibus aliter, quam vernacula lingua, sine expressa ordinarii loci licentia (quae in uno vel in alio dumtaxat casu indulgetur) officium praedicationis interdicant episcopi.

III. Clericis in sacris constitutis indecoris ministerio prohibentur, honestaque vestibus praescrībuntur.

Maximopere oportet, eos, qui sanctuario decerviant, se in omnibus tamquam Dei ministros exhibere, vitamque ac mores suos ita omnino componere, juxta mandatum concilii Tridentini, ut habitu, gestu, incesu et sermone nil nisi grave, modestum ac religione plenum praes se ferant, levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum vita et exemplo populus ad pietatem et ad Dei cultum assidue instruat. Quamobrem plura a summis pontificibus et sacris conciliis de clericorum vita et honestate salubriter edita fuerunt decreta. Quibus inhaerendo, constitutione provinciali X quae incipit: *Nemo militans Deo*, de vita et honestate clericorum, sub excommunicationis poena, clericis in sacris ordinibus constitutis prohibetur ministerio et famulos esse laicorum personarum eorumve mensas ministrare; nec non feminas cujuscumque status eidem clericis inuti eorumque manibus vel brachiis adhaerere aut eadem mula, equo vel jumento vehi. Et constitutione XI incipiente: *Etsi sublimis*, ejusdem tituli, sub eadem poena, praecipitur, ne mulieres aliquas praeter aviam, matrem, sororem, amitam vel materteram in sacris ordinibus constitutus, pedester vel equester, publice deducere vel reducere audeat. Nec non constitutione XI quae incipit: *Cum scriptum sit*, de immunitate ecclesiarum, praecipitur, clericos in sacris ordinibus constitutos aut beneficiatos aut regulares quoscumque, qui deprehensi fuerint personati, carcere triduo includi ibidemque in pane et aqua jejunare aut alia simili vel majori poena, juxta delicti aut personarum qualitatem coerceri. Similiter concilium Gerundense, constitutione V, cujus initium *Exteriori* [Coll. Lac. I, 759a], jubet, ut clerici beneficia obtinentes, tam in populis, quam ad iter faciendum, vestes licet contractiores, induant nigri, non autem alterius coloris; et quod in sacris ordinati in civitatibus, villis et aliis similibus hujus provinciae populis, veste talari (vulgo sotana) longa usque ad pedes utantur. Quia tamen horum plura temeraria transgressorum audacia contempit, a. a. c., dictas constitutiones provinciales instaurantes, statuimus et ordinamus, quod omnes praelati super praedictis aedulo invigilent, quodque adversus contrafactores, juxta dictarum constitutionum tenorem, procedant, etiam aliis poenis et auctoritate decem vel viginti librarum in eos animadvertentes.

IV. Ante denuntiationes, matrimonium contracturi de doctrina christiana examinentur.

Ut in fidei rudimentis parentes valeant, prout debent, filios erudire, in his expedit matrimonium contracturos esse apprime instructos. Ideo praesenti constitutione, a. a. c., sancimus, ut eos parochi de doctrina christiana, ante denuntiationes, diligenter examinent, in eaque ignaros serio moneant, ut ante tertiam denuntiationem in ipsa instrui satagant. Quod si salubri hac monitione recordes, in ignorantia sua adhuc permanserint, parochi super hoc ordinarios consulant, ut de opportuno remedio quameito provideant. In attestatione vero, quam de peractis denuntiationibus exhibent, teneantur de contrahentium instructione pariter fidem facere. In his itidem, qui proclamationibus dispensatis matrimonium contrahunt, idipsum statuimus ante ejus celebrationem.

V. Consulitur perpetuitati ecclesiasticorum reddituum.

Licet praedecessorum nostrorum cura et vigilantia variis providerit opportuna remedia pro con-

servatione et perpetuitate ecclesiasticorum reddituum, ut in constitutione X bonae memoriae illustrissimi domini d. Ferdinandi Lotharii, quae incipit: *Quod frequenter*, sub tit. 9^o de rebus ecclesiarum alienandis, vel non, et in constitutione IX ejusdem sanctae memoriae illustrissimi domini d. Josephi Sanchii, quae incipit: *Totius status ecclesiastici* [Cf. Coll. Lotharii. I, 746 d], anno 1685 edita, continetur, cum tamen experitur frequenter, per inobservantiam eorum, quae in dictis conciliaribus dispositionibus provide stabilita fuerat, propter malitiam vel incuriam ecclesiasticarum personarum, plures redditus ecclesiasticos miserime perire et deperdi. Hinc gravissimo malo, pro officii nostri muneris adimplemento, occurrere volentes, a. a. c., stricto praecipimus et mandamus, quod in casu luitionis censualium quorumcumque beneficiorum perpetuorum vel personalium, curatorum, oneris miserum, anniversariorum, piorum operum, monasteriorum monachialium jurisdictioni ordinariorum subjectarum et quarumlibet ecclesiasticarum administrationum, eorum pretia seu capitalia debeant praecise deponi in aliquo loco publico pro similibus depositis faciendis. destinato, sive in archivis vel thesauris ecclesiarum cathedralium, collegiatarum et communitalium presbyterorum, vel alias in aliis locis tutis, ab ordinariis per edictum publicum, ut omnibus innotescat, secundum districta suarum dioecesium, pro commoditate ecclesiarum et ecclesiasticorum designanda. Quod exequi irremissibiliter debeat, licet in instrumento creationis censualium praedictorum ita cautum non fuerit, sub poena nullitatis luitionis, ultra incarcerationis poenam per tres menses pro clericis et quibuscumque beneficiatis, cujuscumque qualitatis et conditionis fuerint, infictam in praefata constitutione illustrissimi domini d. Josephi Sanchii, qui praedictas luitiones, non facta, modo praedicto, deposito, firmare ausi fuerint. Et deinceps in omnibus instrumentis consimilium creationis censualium debeat dicta obligatio faciendi praefatum depositum apponi, sub poenis arbitrii ordinarii injungendis, et in subsidium excommunicationis majoris contra dictas personas ecclesiasticas, notarios ac alios contravenientes. Quae quidem deposita in libro depositorum archivii, thesaurii vel alterius loci publici ad id designati conscribi debeant, sub poenis ordinarii arbitrii imponendis. Insuper decernentes, quod sub eadem poena pretia seu capitalia censualium inde levare nec amoveri possint, nisi ad emendos alios redditus censuales et praevio ordinarii seu superioris ecclesiastici decreto, quod in calce scripturae creationis censualis interponi debeat, adhibito per dictum ordinarium vel superiorem ecclesiasticum praevio diligenti ac praematuro examine super securitate praefati smertii, quin sufficiat notitia, quam de eo habuerint per suam interessentiam in tractatibus et deliberationibus habitis in suis respective capitulis aut collegiis. Cujus quidem decreti interpositio conscribi debeat tam in libro depositorum praedictorum capitulorum et communitalium ecclesiasticarum, quam in peculiari libro in omnibus curiis ecclesiasticis conscribendo, in quo notarii illarum praedicta decreta annotare debent, cum brevi expressione creationis talis censualis, declarando quantitatem, diem et notarium, in cujus posse est confecta scriptura ejusdem creationis; et quod notarii praedictas scripturas creationum censualium claudere neququam possint, nec minus administratores seu alias quaevis personae, ad quarum curam pertinet custodia praedictorum depositorum, permittere, quod leventur et extrahantur praefata capitalia, quin prius sit appositum

A decretum praedictum, sub poenis arbitrii ordinarii injungendis. Praefati autem aut superiores regulares depositorum loca designabunt pro casibus similibus luitionum censualium tam beneficiorum et officiorum regularium, quam saecularium, ac monasteriorum ac ecclesiarum praedictis regularibus subjectorum, decretum sive auctoritatem suam eorum omnium amentis interponendo. Si vero per constitutiones synodales singularum dioecesium hujus nostrae provinciae, vel alias per fundatores aut patros beneficiorum sive piorum operum, de strictiori aliqua providentia, tam in dispositis, quam pro majori tuitione in amentis faciendis, cautum fuerit: per hanc nostram constitutionem nihil imminui vel detrahi velle declaramus.

VI. *Obedientia erga apostolicas bullas „Unigenitus“ et „Apostolici ministerii“ renovatur.*

B Tarraconense concilium, insistendo debitae reverentiae, qua Romano pontifici, ut legitimo totius ecclesiae capiti, ante acta hucusque in hac provincia concilia paruisse gloriantur, apostolicae constitutioni felicis recordationis Clementis papae XI incipienti: *Unigenitus* [die 8 sept. 1713], divino afflante spiritu adversus tot errores compactae, necnon bullae Innocentii papae XIII incipienti: *Apostolici ministerii* [die 23 maii 1723], eodem iterumque confirmatae a sanctissimo domino nostro domino Benedicto XIII divina nunc providentia ecclesiam Christi regente, obedientiam, jam dudum a singulis provinciae dioecesibus exhibitam, nunc denuo communi omnium consensu renovat atque confirmat, eandemque singulis in praefatis bullis alta mente constitutis legibus observantiam integram inviolatamque praestandam in posterum esse decernit.

C VII. *Processionibus, novenariis, completorio, extrationibus ad nuptias virginum aliisque coepertinis solemnitatibus praefigitur tempus.*

D Ad aures nostras, non sine ingenti animi dolore, pervenit, in hujusce provinciae locis quamplurimis id jam usu vel abusu potius invaluisse, ut nonnullae sacrae functiones ad pietatem et Dei sanctorumque honorem institutae in eorundem contemptum vergant, quia vel nocte peragi incipiunt, vel saltem vespere jam cadente coeptae usque ad caecae noctis tenebras protrahuntur. Ita fieri solere accepimus, cum, ductis de more sortibus, quarundam virginum extrahantur nomina, ut cui fundata sorte obvenerit, aditus ad nuptias pateat: ita etiam cum novendiarum quaedam devotiones celebrantur, aut canitur solemne completorium, aut processiones circumducuntur, aut his similia exercentur. Quare cum sciamus tenebrarum principem odiosae lucem, et noctis umbras sceleratorum esse receptaculum, ut sancta sancte diurnoque tempore, sicut universae aesolet ecclesiae, tractentur, et ut daemones praescindatur omnis insidiarum occasio, praedictas nocturnas functiones eliminare penitus cupientes, districte praecipimus omnibus ecclesiasticis personis, tam saecularibus, quam regularibus, ad quas attinet, hisce solemnitatibus tempus et modum praefigere; omnem operam adhibeant, ut mature incipiant celebrari, neque ultra dubium solis occidentis lucem, aut ad summum ultra campanae signum ad salutationem angelicam recitandam quomodolibet protendantur; sed statim, ut noctescit, ecclesiarum claudantur fores, ne, aperta tenebrarum principi latius pateant ad insidias fidelibus machinandas. Exactam autem hujus nostrae constitutionis observantiam pastorum humeris injungimus; ex quibus, si nihil proest benignitas,

covertitatem adversus transgressores in re tanti momenti jure postulamus. Ordinariorum providentiae relinquentes, istius legis rigorem (evitatis tamen, parochorum vigilantia et consilio, periculis abusum, qui ex his nocturnis conventibus oriri solent) aliquando temperare, si ista in Domino judicent expedire.

VIII. Parochorum obligatio circa incidendas aegrotos.

Cum humani generis hostis (ut ex Tridentina, ubi de extrema unctione agitur, compertum habemus) in homines suos versutiae nervos nunquam magis intendat, quam cum mortalibus imminere vitae exitum percipit, et certissimum sit ex eadem *sess. 6, cap. 1, de reformatione*, non admitti pastorum excusationem, si lupus oves comedit et pastor necivit: nos, inhaerentes tum praedictae sacrosanctae synodo, tum sacrae congregationis decreto, incipienti: *Catalaenensis episcopus*, edito anno Domini 1692, declaranti, episcopos uti debere juris remedia, ut parochos ad visitandos aegrotos ipsorum curae commissos cogant atque compellant, etiam atque etiam admonemus parochos et omnes animarum curam habentes, ut in junctum munus in hac re sedulo perpendant, et aperti videbunt, satis non esse infirmorum domos adire solum, cum sanctis ecclesiae sacramentis roborandi sunt, sed ex quo morbus ingravescat, fore iterum iterumque, immo et quotidie, si fieri possit, invisendos et piis opportunisque contritionis actibus et aeternarum rerum colloquiis muniendos, ut oves infirmae corpore, pastore animam roborante, diabolicas fraudes eludant, et solutae, si Deo placeat, a corporis vinculis ad electorum gregem perducantur. Quae in re quotquot parochi et animarum curam gerentes deliquerint, quod Deus avertat, sicut tamquam profugos mercenarios se poenas juris apud episcopum proprium incururos.

IX. Renovatio obligationis medicorum erga infirmos, quos visitant.

Eadem de causa patribus hujus a. conc. placuit in memoriam revocare apostolicam constitutionem felicis recordationis Innocentii papae III a sancto Pio papa V renovatam et ampliatam cum constitutione, quae incipit: *Supra gregem dominicum*, in qua sub gravibus poenis statuitur, quod medici ad sananda aegrotorum corpora vocati, infirmos ante omnia moneant, ut idoneo confessori peccata sua, juxta ritum sanctae Romanae ecclesiae, confiteantur, neque tertio die ulterius eos visitent, nisi confessor longius tempus infirmo ob aliquam rationabilem causam concesserit, et eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi peccata sua confessi fuerint. Pariterque benevisum fuit eidem patribus innovare et confirmare, prout cum praesenti innovant et confirmant, constitutionem provincialem Tarracoenensem, quae est lib. 5, tit. 16, de poenitentia et remissione peccatorum, cap. 6, incipientem: *Dilectionis debitus ordo*, qua universis et singulis corporum medicis, sub excommunicationis poena ipeo facto incurrenda, districte praecipitur et mandatur, ut nullum infirmum ultra tertiam vicem visitare praesumant, de quo non sciant, quod in illa aegritudine salutare poenitentiae receperit sacramentum. Et ut talis constitutio omnibus innotescat, adjicitur, quod locorum ordinarii, saltem quater in anno, videlicet in festis natalis Domini, resurrectionis, pentecostes et assumptionis beatae virginis Mariae, in principalioribus ecclesiis suae dioecesis vel territorii constitutionem hujusmodi publicare facere teneantur. Quam quidem constitutionem particularem in-

tellegendam volumus, ut per se patet, in ordine ad recipiendum sacramentum poenitentiae, non autem sacramentum eucharistiae, cum etiam a Pio V de sola confessione loquatur. Similiterque haec nostra praesens constitutio, sicut et praefata Tarracoenensis intelligi non debet in illis adeo levibus infirmitatibus, quas in periculosas transire frequenter non experitur.

X. De praetorum ac dignitatum absentium procuratoribus ad concilium provinciale.

Simplices presbyteri aut beneficiati, licet doctoris titulo in sacra theologia, aut in utroque vel altero jure decorentur, ad concilium provinciale, tamquam procuratores praetorum aut dignitatum absentium, non admittantur, nisi ab episcopo fuerint constituti, quibus facultas illos instituendi, juxta praescriptum in constitutione X, quae incipit: *Antiquam*, tit. de constitutione, non admittitur, immo expresse praeservatur, eos admonendo, ut cum praedicta constitutione X et alia bonae memoriae illustrissimi domini don Antonii Perez, circa procuratores episcoporum, quae incipit: *Cum episcopi*, anno 1636 edita, in quantum valeant, se conforment. Abbates vero et aliae primae dignitates ecclesiarum collegiatarum et monasteriorum, si fuerint saeculares, procuratores mittere debeant dignitates aut canonicos suarum respective ecclesiarum: si vero regulares fuerint, religiosos professos sui monasterii aut ordinis, vita et honestate probatos. Si autem justo aliquo impedimento tales, ut praedicitur et in dictis constitutionibus continetur, mitti non posse contigerit, declaramus licere tam episcopis, quam abbatibus et aliis dignitatibus procuratorem constituere quemlibet ex dignitatibus et canonicis ecclesiarum cathedralium hujus nostrae provinciae in sacris ordinibus constitutum, illum instruendo de iis, quae in dioecibus aut ecclesiis suis reformatione aut reparatione indigere cognoverint, volentes insuper, quod singuli procuratores ceteris polleant qualitatibus, quae antiquae constitutiones in eis, qui procuratoris munus assumpserint, requirunt.

XI. In sacris ordinibus constituti, tam saeculares, quam regulares, munus patris non subeant in sacramento baptismi et confirmationis.

Decori ecclesiastici status consulere volentes, constitutionem V, quae incipit: *Quoniam in nostra provincia*, tit. de baptismi, hac nostra innovantes, a. a. c., praecipimus, ut posthac tam saeculares, quam regulares presbyteri et alii in sacris ordinibus constituti et beneficiati in sacramento baptismi et confirmationis puerum vel puellam non teneant, nisi omnibus perspectis, episcopus dispensare judicaverit.

XII. Excommunicationis gladius non de facili, nec temere insitatur.

Quo magis gravis ac formidandus est spiritualis excommunicationis gladius, eo cautius magnaue circumspectione est exercendus; adeo ut nec levi aliqua ratione, nec abeque ingenti necessitate, nec extra justitiae leges debeat evibrari, cum experientia doceat, hunc terribilem gladium, si temere aut levibus ex rebus incutitur, magis contemni, quam formidari, ac perniciem potius parere, quam salutem. Ideo adhaerentes decreto a. c. Trid. *sess. 25, de reformatione*, cap. 3, constitutionemque a. c. prov. Gerundae anno 1717, celebrati [Cf. *Coll. Laeca*, I, 766 a.] de hac re editam confirmantes, a. a. c., statuimus et ordinamus, quod in omnibus causis ecclesiasticis in specie civilibus et temporalibus prima mensura

sed litterae expediantur lingua materna ac cum clausula justificativa, praecipiendo debitori, ut infra terminum decem dierum a die intimae personalis computandum, solvat quantitatem debitam, aut cum creditore suo se componat, vel iustas causas et rationes, si quas habet, alleget, earum postulata et praecipua facere non debeat; sub poena decem librarum monetae Barcinonae, et in subsidium excommunicationis, cum comminatione, quod in casu contumaciae et non comparitionis intra praefixum terminum, isto elapso, procedatur ad executionem dictarum poenarum, aut ad ulteriora in causa usque ad sententiam definitivam et ejus executionem, contumacia non obstanti.

Ad declarationem vero comminatae excommunicationis minime procedatur, nisi tentatis omnibus diligentibus practicabilibus, quas exequere non liceat solo praetextu expensarum, constet, executionem poenae pecuniariae practicari non posse; omnesque iudices ecclesiastici exire monemus et hortamur, caveant, ne de facili, reproductis primis mandatis, et accusata contumacia, etiam casibus, in quibus executio poenae pecuniariae sit impracticabilis, ad comminatae censurae declarationem deveniant; sed pensatis omnibus circumstantiis, cum summa circumspicione et maturitate se gerant, aut in illa decernenda, aut instantem ad ulteriora in causa procedere, declaratoria denegata, compellendo.

Praeterea omnibus et singulis creditoribus, ad quorum instantiam debitores fuerint excommunicati, injungimus, ut, per invocationem brachii saecularis vel alias, juxta curiarum ecclesiasticarum stylum, teneantur contra dictos debitores excommunicatos procedere ad effectum, ut a censura se faciant absolvi; et si per duos menses creditores in praedictis fuerint negligentes, ac de diligentibus per eos factis, quoties a iudicibus ecclesiasticis petitum fuerit, certiores eos non fecerint, sancimus, ut iudices ecclesiastici absque aliqua juris solemnitate, ad petitionem dictorum excommunicatorum, vel ex officio possint eos libere a dicta excommunicatione absolvi, salva tamen manente creditoribus actione, tam pro debito principali, quam pro expensis factis.

Et quia saepe contingit personas prope miserabiles ad creditorum instantiam excommunicari, quae, miseria ac egestate pressae, nequeunt debita solvere, nec ab excommunicationis vinculo liberari. huic incommodo occurrere etiam cupientes, s. a. c., statuimus et ordinamus, quod si aliquando evenerit similes personas propter debita civilia excommunicari, earum parochi ordinarios quanto citius reddant certiores ad effectum, ut de remedio opportuno et salutari ex officio provideatur.

XIII. Decernitur abstinentiarum color, qui distingunt ecclesiasticam hierarchiam in ecclesiis et choro.

Ne in choro et ecclesiis incerta sit habitus ratio, et ecclesiasticae hierarchiae honor et dignitas minuantur, dum inferiores ambitiosae sibi vindicant vestes solis gradibus superioribus congruentes: plures haec in re a praedecessoribus nostris fuerunt editae constitutiones, quibus provide cautum fuit, ut obtinentes dignitates et canonici almutiae, ex setimo coloris carmesini, commensales vero, portionarii, doctores vel licentiatii in theologia et in utroque vel altero jure violacei coloris suffultis deferant. Sed cum haec temporibus non pauci ex beneficiatis, commensalibus, portionariis seu doctoribus utantur almutiis violacei carmesini coloris suffultis, quasi volentes canonicis in habitu apparere aequales, expediatque ab ecclesiis tolli importunam, habitus ecclesiastici confusionem, cum perniciose sit in hoc aemulatio: ideo, s. a. c., constitutiones IV, quae incipit: *Clericos*, et V incipientem: *Ut virtuti*, de majoritate et obedientia, inanevantes, statuimus et ordinamus, quod singuli praelati curent, ut in suis ecclesiis abusus in praedictis penitus auferatur: procedendo per mulctas in dictis constitutionibus expressas, aut alias pro suo arbitrio infligendas, adversus eos, qui habitus sibi non competenti in choro et aliis functionibus ecclesiasticis condecorari praesument, facta vero episcopis facultate, ut extra civitates, in quibus existunt ecclesiae cathedrales, pro merito personarum, in explicanda praesertim doctrina christiana vel audiendis confessionibus laborantium, addere vel immutare quidquam possint, prout in Domino bene sibi visum fuerit expedire.

XIV. Innocatur constitutio pro cathedralibus de applicanda missa conventuali pro fundatoribus et benefactoribus.

Cum constitutio provincialis XVII [Cf. Coll. Lacrae. I, 766] an. millesimo septingentesimo decimo septimo edita, qua capitulis ecclesiarum cathedralium missae conventualis applicatio pro fundatoribus et benefactoribus quotidie injungitur, debitas executioni, prout accepimus, in omnibus ecclesiis mandata non sit: ideo, s. a. c., dictam constitutionem, quoad istud expresse et specificis innovantes, decernimus et virtute sanctae obedientiae praecipimus omnibus et singulis capitulis et canonicis ecclesiarum cathedralium, ut huic adeo gravi praecipio et obligationi omnino satisficiant, hortantes exire omnes nostrae provinciae episcopos, ut pro suo solo sedulo invigilent, moneant curentque hujus sacrae sanctionis observantiam, ac contra reluctantes et inobedientes juris remediis irremissibiliter procedant.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

in qua de approbatione ordinarii ad confessiones audiendas decernitur,
1727 mense novembri.

Ἐπιτομὴ κωνσταντινῆς, apud Graecos dicitur sacerdos ille qui confessionibus excipiendis praesit; neque hoc heri aut nudius tertius, sed iam inde a quarto post Christum natum saeculo, ut constat ex variis multorum scriptorum locis, quae afferuntur et explicantur cum a Carolo du Cange (sub voce κωνσταντινῆς) tum a Ioanne Fillesacio, ecclesiae Parisiensis doctore et theologo, libello de confessione curiulari in Graecia. Ceterum patris spiritualis integrum officium exponere non est huius loci. Id unum lecter monendum est, patrem spirituales apud Graecos, sicut confessorium apud Latinos, ad

confessiones excipiendas idoneum non esse, nisi sit approbatus ab episcopo. Immo privilegium exemptionis, quo gaudent in ecclesia Romana religiosi mendicantes, etiam apud Graecos locum habet, diversa tamen ratione. Sunt enim quaedam monasteria, quibus extruendis crucem fixit non episcopus, sed patriarcha: quae monasteria patriarchalia dicuntur, a iure nimirum et ditione episcoporum immune. Atque horum monasteriorum confessorii cum iurisdictionem tum approbationem habent a patriarcha, dum occidentales regulares iurisdictionem ab apostolica sede per ordinis proprii pue-

latos accipere solent, approbationem vero ab ordinariis, in quorum diocesi confessiones audiri sunt. Illud autem patriarchale ius confessionibus approbandi in monasterio quovis patriarchae subdito perturbare nequissime tentarunt non solum episcopi locorum, sed etiam ipsi monasteriorum praefecti, qui, insolis et patriarcha et episcopo, confessiones audiendi licentiam uni vel alteri e suis religiosi fecerunt. Curiosam hanc agendi rationem praecipue apud monachos celeberrimi montis Atho

adatum invaluisse colligere est e synodali sententia mox adducenda. Nam e tabulario Magnae Laerie depraesumptam, Alexander Eumorphopolus, eiusdem Laerie monachus, typis mandavit in ephemeride Constantinopolitana cui titulus: *Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια*, t. XIII (1898), p. 56. Alterum exemplar, quod conferre non licuit, exstat etiam in codice 83 monasterii τοῦ Σταυροπηγίου, teste Sp. Lambros, *Catalogus of the greek manuscripts on mount Athos*, t. I (Cambrigiae 1895), p. 84.

† Πατριός Ἰάκωβ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νίκης Ῥώμης, καὶ οἰκουμένης κατρίάρχης.

† Ὁσιώτατοι καθηγούμενοι τῶν ἱερῶν καὶ οὐραμίων μοναστηρίων τοῦ ἁγίου Ἰωάννου καὶ λοιποὶ πατέρες, τέκνα ἐν κυρίῳ ἀγαπητὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος, χάρις εἰη ὑμῶν καὶ εἰρήνη παρὰ θεοῦ.

Ἐπειδὴ ἀνηγάθη καὶ ἐδηλοποιήθη ἡμῖν ὑπὸ τοῦ ἱεροτάτου μητροπολίτου πρώην Ἀρτης καὶ συναδέλφου ἡμῶν κληρ Νεοφύτου, ὅτι οἱ αὐτόθι ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ ἔρει εὐσεβεῖς καὶ ὁσιώτατοι πνευματικοὶ πατέρες, οἵτινες διορίζονται καὶ ἀποκαθίστανται ἀπὸ τῆς κοινότητος τῶν ἐνεσπουμένων ὁσιωτάτων πατέρων ἐπὶ τῷ δεχέσθαι τοὺς λογιζομένους τῶν προσερχομένων αὐτοῦ χάριν ἐξομολογήσεως εὐσεβῶν, εἴτε τῶν ἐνδημιούντων αὐτόθι πατέρων, εἴτε τῶν ἔξωθεν ἐπιδημιούντων περιηγήσεως χάριν καὶ εὐλαβείας εἰς τὰ αὐτόθι οὐράσια μοναστήρια, ἐκλέγονται μὲν οἱ αὐτοὶ πνευματικοὶ ὑπὸ τῶν εἰρημίων πατέρων κατὰ τινα ἐπικρατήσαν ἐν τοῖς αὐτόθι συνήθειαν, οὐ μὴν δὲ λαμβάνουσι τὸ ἐνδόξιον καὶ τὴν ἀδελφὴν τῆς πνευματικῆς διαγωγῆς ἐντυθεῖν παρὰ τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας καὶ παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸς οἰκουμένου κατρίάρχου, εἴτε τῶν εἰρημίων ἐν τοῖς αὐτόθι μοναστηρίων κατρίαρχικῶν σταυροπηγίων ὄντων καὶ ὑποκαίμενων ἀμέσως τῷ οἰκουμένῳ τούτῳ θρόνῳ καὶ ὅτι αὐτοὺς διεξαγομένους τε καὶ πρὸς αὐτὸν τὴν ἀναφορὰν ἐξαγαγόντων, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐπικρατήσαν, ὡς εἰρηται, ἐκ τοῦ παλαιῦ ἔθους μόνῃ τῇ τῶν πατέρων ἐκλογῇ διορισθῆναι τε καὶ δοκιμασίᾳ ἀρκούμενοι, ἐνόμιζον τούτῳ καὶ μόνῃ τῷ τρόπῳ ἱκανῶς ἔχειν πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς τῶν ἐξομολογουμένων διεξόδου καὶ τὴν τῶν ἀμαρτημάτων αὐτῶν ἀφεσίαν τε καὶ λύσιν. — ταύτῃ τοι καὶ ἀνεξετάστου τοῦ πράγματος διαμείναντες μέχρι τοῦδε, ἔφθασαν ἐξομολογηθῆναι πολλοὶ ὅτι αὐτῶν ἴσως τε εἰσὶ καὶ τῶν τῆδε ἀκαλλογίτων μὴ κατὰ λόγον τὸν πρόποντα εὐδὲ κατὰ τὴν κανονικὴν ἀρτίειαν· τὴ γὰρ τῆς πνευματικῆς λειτουργίας ταύτης καὶ ἐξομολογήσεως ἔργον καὶ ἡ ἐξουσία καὶ ἀδελφὴ τῆς λύσεως τῶν ἀμαρτημάτων προηγουμένων καὶ πρώτως καὶ κυρίως παρὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, τοῦ μόνου ἔχοντος τὴν τελείαν ἐξουσίαν τοῦ ἀφίεναι ἀμαρτίας, ἀνεδόθη τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις καὶ δι' αὐτῶν κατὰ διαδοχὴν καὶ εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς προεστάτας τε καὶ ποιμένας τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ· τοῖς δὲ ἱεροῖς οὐκ ἄλλως πρόσθεν ἢ τοιαύτῃ ἀδελφὴ καὶ ἐξουσίᾳ εἰ μὴ διὰ τῆς ἐκδόσεως καὶ παραχωρήσεως τῶν ἀρχιερέων, ἔξ ἂν ἐπιτροπικῶς παραχωρούμενοι καὶ λαμβάνοντες τὴν ἀδελφὴν, δύνανται καὶ αὐτοὶ ἀφίεναι καὶ ἀνεκλήσει ἀνεργεῖν τὸ τῆς ἱερᾶς ἐξομολογήσεως μυστήριον.

Ὅς ἔνεκα κοινῶς καὶ συνοδικῶς προβλεθέντος εἰς ἔρευναν καὶ τοῦ φθάσαντος μέχρι τοῦδε ἀπεριστάτως γινώσθαι ἐν τοῖς αὐτόθι μοναστηρίοις ἐκ τινος ἐπικρατησῆος συνήθειας καὶ τῆς βεβαίως ἐξομολογήσεως ὑπὸ τῶν ἐκλεγμένων πνευματικῶν πατέρων, δεῖν ἔγνεμεν παρακεῖσθαι ἐκ τῶν ἐνόντων τὸ εἰ ἀπεροσῆς τοῦτο ἀφίενται καὶ διὰ τῆς ἀνωθενούσης καὶ παντοδυνάμου χάριτος τοῦ πανηγύριου πνεύματος τὴν ἁγίαν καὶ ἀνεκλήσει ἀνεργεῖν τὸ τῆς ἱερᾶς ἐξομολογήσεως μυστήριον.

† Palaus, miseracione Dei archiepiscopus Constantinopolis, novae Romae, et universalis patriarcha.

† Reverendissimi sacrorum venerabiliumque sancti Montis monasteriorum praefecti et ceteri patres, dilecti in Domino filii medicocritatis nostrae, gratia vobis adsit et pax a Deo.

Quandoquidem relatum significatumque est nobis a sanctissimo nuper Artae metropolita et fratre nostro domino Neophyto, reverendissimos patres spirituales itic in sancto Monte degentes, qui ab universis reverendis patribus vitam agentibus acoeticam designantur et constituuntur, ad piorum eorum hominum excipienda cogitata, qui ad ipsos confessionis causa accederent, sive ex patribus fuerint ibi commorantibus, sive peregre in venerabilia illa monasteria itineris religionisque gratia advenarint, hos, inquit, confessorios designari quidem a memoratis patribus secundum consuetudinem quandam in illa regione usu receptam, minime vero moderationis spiritualis mandatum potestatemque hinc accipere a magna nostra ecclesia Christi et ab oecumenico pro tempore patriarcha, cum dicta illa monasteria, utpote patriarchalia stauropugia, ad universalem hanc sedem directe pertineant, ab ea regantur, sub eius ditione sint, sed ex more, ut dictum est, iam inde antiquitus recepto, sola patrum electione, nominatione, probatione contentos, in ista tantum agendi ratione acquiescere posse opinari ad animas confitentium emendandas eorumque peccata remittenda ac solvenda: ideoque re huc usque absque examine relicta, contigit ut multorum cum adhuc inter vivos degentium tum iam fato perfunctorum confessiones excoeperint non eo quo decuit modo nec secundum accuratam canonum rationem; huius enim spiritualis ministerii confessionisque opus et potestas facultasque peccata solvendi primarie, praesertim ac praecipue a Christo salvatore nostro, penes quem est summa potestas dimittendi peccata, sanctis ipsius discipulis apostolicisque tradita est, et per illos deinceps episcopis, qui tutores sunt ac pastores sanctorum Dei ecclesiarum; sacerdotibus autem non aliter competit huiusmodi facultas potestasque nisi ex mandato et concessione episcoporum, quorum ~~re~~ sibi auctoritate factaque licentia possunt et ipsi aeternae confessionis mysterium recte et inculpate peragere.

Quamobrem relata in communem synodi deliberationem ea agendi ratione, quae huc usque in illis monasteriis ex more quodam recepto imprudenter fieri contigit in confessionibus excipiendis a designatis patribus spiritualibus, opus esse duximus delicto illi per imprudenciam admisso pro viribus moderari ac per amplissimam potentissimamque sanctissimi spiritus gratiam congruam adhibere emendationem, utque tum illi qui prius praesertimque

και φθάσει πριν εξομολογηθῆναι, εἴτε διαταλοῦνται εἴτε ἐν τοῖς ζῶσιν εἴτε και μεταθανάτῳ, και τοῖς εἰς τὸ ἔξῃς προσέτιναι μέλλουσιν εἰς ἐξομολόγησιν ἀσφαλῆ και βαβαίαν κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διατάξασιν και κανονικὴν νομοθεσίαν τὴν λόσκιν και ἄρσιν τῶν ἀμαρτημάτων ἐπιβεβεσθαι. Καὶ δὴ γράφοντες ἀποφαινόμεθα συνοδικῶς μετὰ τῶν κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἀρχιερέων και ὑπερτίμων, τῶν ἐν ἄλλῃ πνευματικῶν ἀγαπητῶν ἡμῶν ἀδελφῶν και συλλειτουργῶν, ἵνα τῆς μὲν ἐπισημοῦσιν φθοράς γενέσθαι μέχρι τοῦδε ἐξομολογήσεως ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς αὐτοῖσι μοναστηρίοις τοῦ ἁγίου ὄρους χρηματιομένων πνευματικῶν πατέρων εὐχαίς και δεήσεσιν ἡμετέραις διὰ τῆς ἐπιλήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ πάντα τὰ ἀσθενή θεραπεύοντος και τὰ ἀλλεπίοντα ἀνακληροῦντος, ἐχούσης τοῦ λοιποῦ τὸ ἀνεκλήπτου και τὴν ἰσχὺν και βαβαίωσιν, οἱ φθάσαντες ἐξομολογηθῆναι πρότερον εὐσεβεῖς, ζῶντες εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν, ὑπάρχωσι συγκοινωνοὶ και ἐλλογημένοι και ἐν τῷ νῦν αἰῶνι και ἐν τῷ μέλλοντι κατὰ θεοῦ κυρίου παντοκράτορος. Περὶ δὲ τῶν μέλλοντων ἀπὸ τοῦδε και εἰς τὸ ἔξῃς ἐξομολογηθῆναι πρόνοιαν και κηδεμονίαν πατρικὴν ποιούμενοι, κληρονομίαν και ἀνατιθέμεθα τὸ τῆς πνευματικῆς λειτουργίας και ἐξομολογήσεως ἔργον εἰς τὸς νῦν ἐπισημομένους κατὰ καινὴν ἐκλογὴν και διορισμὸν τῶν εἰς τὰ αὐτοῖσι δαιωμένων πατέρων πνευματικῶν ἁγίων και ἱερομονάχων, τὸν Σιλβέστρον θηλονότι, τὸν Διονύσιον, τὸν Λαμασκηνόν, τὸν Σεραφεῖμ, και τοὺς μετ' αὐτοῦ, κατὰ καιρὸς ἐπιλεγόμενους και διοριζόμενους εἰς τὸ ἱερὸν τῆς ἐξομολογήσεως μυστήριον, τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεοῦσιν και λύειν και διορθοῦν και θεραπεύειν κατὰ τὴν κανονικὴν ἀρχίαν μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιτήσεως και δοκιμασίας τὰ ἀμαρτήματα τῶν προσερχομένων αὐτοῖς πανταχόθεν χριστιανῶν ἐξομολογήσεως χάριν, και ἔχουσι τοῦ λοιποῦ τὸ κύριον και τὴν ἰσχὺν τὰ ὑπ' αὐτῶν εὐθέως και δίκαιως κατὰ πάντα καιρὸν ἐνεργούμενα και διοριζόμενα. Ἐξ ἀποφάσεως.

Ἐν ἔτει σωτηρίας ,σφκ', ἐν μηνὶ νοεμβρίῳ ἡμερησίου δ'.

- † Πατριάρχης ἁγίου ὄρους ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νῆας Ῥώμης, και οἰκουμένης πατριάρχης.
- † Ὁ Ἡρακλείας Γεράσιμος.
- † Ὁ Κυζίκου Αὐξέντιος.
- † Ὁ Νικομηδείας Σεραφεῖμ.
- † Ὁ Νικαίας Καλλίνικος.
- † Ὁ Χαλικηδόνος Νικόδημος.
- † Ὁ Θεσσαλονίκης Ἀνανίας.
- † Ὁ Πισιδείας Κοσμάς.
- † Ὁ Σηλυβρίας Μακάριος.
- † Ὁ Ἀθηνῶν Ἰάκωβος.
- † Ὁ Νέων Πατρῶν Νικηφόρος.
- † Ὁ Μηθύμνης Ἀνθίμος.
- † Ὁ Ἀγχιάλου Καλλίνικος.
- † Ὁ Χίου Δανιὴλ.
- † Ὁ Δέρκεων Νικόδημος.

iam tempore peccata confessi sunt, sive sint adhuc inter homines sive iam vita functi, tum illi qui in posteram confessionem obitari sunt tutam certamque ex ecclesiae institutione consuetumque disciplina peccatorum solutionem remissionemque concessera. Eapropter hinc literis synodalicis decernimus, una cum sacerdotibus domus nostrae antistitibus et honoratissimis, dilectis nostris in sancto Spiritu fratribus et ministris, ut quaecumque ratio, haec usque a spiritualibus patribus illorum Montis sancti monasteriorum in confessionibus excipiendis adhibita precibus obsecrationibusque nostris per sancti Spiritus invocationem, a quo quidquid infirmum est sanatur completurque quidquid docet, citra quamvis reprehensionem, virtutem roburque in posterum obtineat, atque pii homines tum vivi tum mortui, qui prius confessionis mysterium obierunt, veniam benedictionemque et in praesenti et in futuro saeculo a domino Deo omnipotente adipiscantur. Eorum vero qui iam inde et in posteram confessionem acturi sunt providam paternamque gerentes curam, data facultate animarum ministerium confessariique munus committimus cum spiritualibus illis viris et hieromonachis, qui nunc id muneris obeunt ex communi reverentissimorum patrum ibi degentium delectu et creatione, Silvestro videlicet, Dionysio, Damasceno, Seraphim, tum illis qui posthac per tempora creandi sunt ac deputandi in sacrum hoc confessionis mysterium, in officium scilicet ligandi, solvendi, emendandi, curandi secundum canonum veritatem, cumque congrua discretionem ac probationem peccata christianorum, qui ad ipsos confessionis causa undique accedunt. Sic habeant deinde robur ac virtutem quaecumque ab illis recte sancteque per singulas aetates gesta fuerint ac sancita. Ex mandato.

Anno salutis MDCCLXXVII. mense novembri, indictione VI.

- † Paisius, miseratione Dei archiepiscopus Constantinopolis, novae Romae, et patriarcha universalis.
- † Gerasimus Heracliae.
- † Auxentius Cyzici.
- † Seraphim Nicomediae.
- † Callinicus Nicasae.
- † Nicodemus Chalcedonis.
- † Ananias Thessalonicae.
- † Cosmas Pisidiae.
- † Macarius Selybriae.
- † Iacobus Athenarum.
- † Nicophorus Novarum Patrarum.
- † Anthimus Methymnae.
- † Callinicus Anchioli.
- † Daniel Chii.
- † Nicodemus Dercorum.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS 1727.

Cuius difficultatis, cuius laboris sit sacra Graecorum musica, si omnes animadverterunt quotquot studium suum ac operam illi addiscendae tradidere: ex quo efficitur, ut Graeci cantores, robusti quidem in clamando, multo minus canunt ex disciplina exercitata quam ex consuetudine quadam nulla certis rationibus moderata. Temporum acerbitate, esse istam culpam, non gentis illius hominum plane constat: etenim nullibi per longa tempora patuit iudae et officina, quo inventas in

huius artis disciplinam conveniret. Primum, si fallor, musicae apud Graecos gymnasium post captam a Turcis urbem Constantinopoli instituit anno 1727 Paisius patriarcha, assentientibus sacrae synodi episcopis, quibuscum sigillatam scriptam edidit, quo domesticum κυρτήν Ἰωννάκην scholae praefecit ea condicione, ὅπως ἔχων ἄς και πρότερον τὴν ἐπιστολὴν και φρονεῖσα και θεουμένην τοῦ δεοῦσιν ἐν τῷ χοροστασίῳ και φάλλαν ἐν τῷ κληρικῶν ἡμῶν κατὰ κάσας τῆς συναγωγῆς

και διακριτικῶς ἐστὶς τε και κυριακῶς και λοιπῶς Α τοῦ χρόνου ἡμέρας και ἑταλῶν τὸ ἔργον τοῦτο ἀνελλακτικῶς, ὡς νενόμισται, ἔχη κατὰ ταῦτα και τὴν διορισθεῖσαν ἡδὴ ἐστὶς διδασκαλίαν και παρῶσιν τῶν μουσικῶν μαθημάτων, ἣν και ὀφείλει ἐνεργεῖν ἀδικαιώτως ἔνθεν τῆς πατριαρχικῆς ἀλλῆς, συναθροί- ζων τοὺς προσερχομένους ἐστὶς μαθητῶς ἐπὶ ἐκπόσει και διδασκαλίᾳ τῶν μουσικῶν μαθημάτων ἱερωνίμου και λαπιδῶς, πρὸς οὗς και ὀφείλει διδόναι εἰς τρεῖς-κλάσας τὰ μαθήματα, τῇ μὲν μίᾳ τὴν πεκα- δικτὴν λεγομένην, τῇ δὲ ἄλλῃ τὸ μέγα συγγράμμα, και τῇ τρίτῃ τὸ ἀναστασιματικόν, και ἐμνηνεύειν ἐπιμελῶς και φιλοπόνως τὸ εὐρυθρον και ἐναρμόνιον ἐκκλησιαστικῶν μίλων, μετὰ τῶν ἐφαρμοζόντων σημῶν

και ἱεροπεποιθῶν σχημάτων και κινήσεων τοῦ βυθῶς και τῆς ἁρμονίας, και δις τῇ; ἡμέρας συνάχουσαι και διδόναι αὐτοῦς. Hædem litteris novi iudi magistro, in operis fructum, annuam mercedem ducentorum grossorum constituit sacra synodus, quorum centum quidem ex annata (ἡμερησίου) parocchie τοῦ Πόργου, centum vero ex ecclesie patriarchalis mensa (παγκρατίου) suppedidarentur.

Synodicum scriptum, initio mutilum, e codice τοῦ Κυρίου quem vocant typis mandavit Manuel Gedeon in ephemeride Constantiopolitana Ἐκκλη- σιαστικῇ Ἀλήθειᾳ, t. VIII (1887), p. 36. Episcoporum nomina absunt.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1727.

Ex monachis hagiographis, qui huc illuc B mittebantur stipis colligendae causa, nonnulli, ut iam monimus, confecto itinere refertisque loculis, non modo non Hierosolimam festinanter revert- bantur, sed etiam, revulsis sodalitatibus hagiographi- cae vinculis, quo liberet abibant. Ita, ut ceteros praetereamus, anno 1727 fuere duo huiusmodi stipis coactores, quorum unus, Paktus, Nausam ad suos rediit, alter Christophorus in otium month Atho coeasit. Utrumque excommunicationis poena multavit synodus Constantinopolitana editis litteris,

quarum initium ita se habet: Ἀνηρέθη ἡμῶν κατὰ τοῦ μακαριωτάτου και ἀγιωτάτου πατριάρχου Ἱερο- σολύμων κυρίου κυρίου Χρυσάνθου. Anno 1727 datae sunt; quo vero mense dicere non valeamus. Epi- scoporum nomina haec sunt: Gerasimus Heracliae, Auxentius Cysici, Seraphim Nicomediae, Callinius Nicæae, Callinius Anchiali, Daniel Chii, Constan- tius Drystrae.

Exstat in codice Constantinopolitano Sancti Sepulcri 622 (prius 605), fol. 325.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1727.

Est locus in Peloponneso haud procul Monem- basis, Helus (Ἐλος) nomine a silvae prope am- bientis condensitate ac opacitate. Huius ecclesiam C saeculo XVIII ineunte regebat Ioachim episcopus, qui aere alieno gravatus, mutuum pecuniam a Gerasimo Monembasiae metropolita, quassierat, pro qua agros quatuor suae dioecesis pignori de- derat. Elapsis vero aliquot annis, cum pecuniam prorsus exsolvisset Ioachim, oppignorata praedia recuperavit. Gerasimo autem vita functo, Monem- basiae metropolita creatus est Gregorius, qui supra dicta praedia repetere contendit. Re ad sacram synodum delata, haec scripto decrevit, ἵνα τὰ διαληφθέντα τίσσασα χωρὶς Μικζάν, Ἀκιδία, Γού- βασι και Νιδία καθὼς ἀνωθεν και ἐξ ἀρχῆς ἐνοριακά

και ὑποκειμένα διατίσασιν τῆς ἐπισκοπῆς Ἐλούς δε- σποζόμενα και ἐξουσιαζόμενα ὑπ' αὐτῆς; . . . ὑπόρ- χωσι πάλιν ἐνοριακά και ὑποκειμένα τῆς αὐτῆς ἐπι- σκοπῆς δεσποζόμενα και ἐξουσιαζόμενα και ἐπισκαπ- τόμενα καρπούμενά τε και ἀπολαμβανόμενα ἀπὸ τοῦ ἡδὴ θεοφιλοτάτου ἐπισκόπου Ἐλούς κύρ Ἰωακείμ και τοῦ μετ' αὐτὸν διαδεχομένου τὴν ἐπισκοπὴν ταύ- την." Synodalis sententia data est anno 1727; quo vero mense, non notatur in codice τοῦ Κριτίου, cuius apographon naoti sumus. His autem verbis incipit: Χρεὼν δεῖ δῆκουθεν φυλάττεσθαι τὸ δίκαιον ἀμετάθετον οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἐγκοσμίων και πολιτι- κῶν πραγμάτων, ἀλλὰ κολλῶ δῆκουθεν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων ἐπαρχιῶν τε και μητρο- πόλεων.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1727.

Monasterium Deiparae in Fonte Auro (Χρυ- D σπηγῆς) dictae, quod exstat in insula Sicini, in archiepiscopatu Siphni, condidisse fertur Ἀνεγνώ- της Κοζαδινός circa annum 1677, qui tamen prius e vita decessit quam opus absolveret. Artificio per quinquaginta annos praetermissum tandem re- petiit Dionysius hieromonachus, adiuvantibus loci illius incolis, ac maioris firmitatis gratia in Magnae Ecclesiae tutelam esse voluit. Postulationi eius

D quippe aquae et iustae concessit sacra synodus Constantinopolitana, editis anno 1727 sigillatis lit- teris, quarum initium tantum pro more referemus; ita vero se habet: Ἡ δεῖα τοῦ παντοδύναμου ἰσχύος τῶν ποικίλων χαρισμάτων τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπι- ρέουσα πηγὴ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ και τῆς οἰκουμένης τὰ κίρτα καταρθεύουσα. Exstat adhuc ineditae in codice patriarchico τοῦ Κριτίου. Episcoporum nomina proreus absunt.

SYNODUS DIOECESANA APRUNTINA

1727.

Synodus dioeciesana Apruntina, celebrata anno 1727, sub episcopo Apruntino.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Synodus Apruntina 1727. Romae, de Rubens, 1728.

In 4°. — (Piacenza, communale. — Ipse non vid.)

SYNODUS DIOECESANA MONTISFLACONIS ET CORNETENSIS III

1737 circa.

Synodus dioecisana Montisflaconis et Cornetensis III, celebrata circa annum 1737, sub Sebastiano Pompilio Bonaventura, episcopo Montisflaconis et Corneti.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Istruzioni pastorali di monsignor Sebastiano Pompilio Bonaventura, vescovo di Montefiascone e Corneto, dite in occasione di esseri riferiti e pub-

blicati nel suo terzo sinodo diocesano, e decreti del Romano concilio tenuto da nostro signore papa Benedetto XIII. In Roma, MDCCLXXVII, nella stamperia di Girolamo Mainardi, vicino piazza Capranica. Con licenza de superiori.

In-4°, 2 f. - 370 p. — (Roma, St.-Louis-des-Français).

Synodi annus non indicatur.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1728 mense ianuario.

Paulo ultra insulas suburbanas Byzantii pergenti ad sinum Astacenum, eminet promontorium, quod usque ad hanc aetatem a Graecis appellatur Acrita, ut iam vocatur a Ptolemaeo, a Turcis vero Tuzla-Burnu. Ibi inde ab antiquissimis temporibus duo condita sunt monasteria, unum Andreas apostolo, alterum sanctissimae virgini Deiparae dicatum, ambo σταυροπηγία, id est sub patriarchae ditione posita et ab episcopi Chalcedonensis iurisdictione immunia. Labentibus tamen saeculis, metropolitae Chalcedonenses, rapinarum cupiditate permoti, utrumque monasterium in manus sumpserunt. At, saeculo XVII ineunte, Timotheus patriarcha (1612-1620) ius suum exsecutus et ambo pro suis strebus vindicans, in pristinum statum restituit per sigillatas litteras, quae a tribus deinceps patriarchis, a Cyrillo Lucari anno 1620, ab Anthimo anno 1623, a Palaeo denique anno 1728 sancitas fuerunt. Palaei sigillum, quod unum nobis pro temporis ratione observandum est, anno, ut modo diximus, 1728 editum est, mense ianuario, indictione sexta Fragmentum e codice II Societatis Graecorum litterariae, fol. 171-172, desumptum in lucem protulit A. Pappadopolus-Keramias, "Ο εν Κωνσταντινουπόλει ελληνικός φιλολογικός σύλλογος. Παράρτημα του κ'-κβ' τόμου. (Constantinopoli 1892), p. 111. Originale adservatur in Museo Instituti Russici Constantinopolitani, ex quo episcoporum nomina, quae in exemplari memorato desunt, iucundi proferimus. Ita vero se habent: Πατριός Μέγας Θεοδότης ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ρώμης και οίκουμηνικός πατριάρχης, — ὁ Ἡρακλείας Γεράσιμος, — ὁ Κυζίκου Αὐξέντιος, — ὁ Νικομηδείας Σε-

ραφείμ, — ὁ Νικαίας Καλλίνικος, — ὁ Χαλκηδόνος Νικόδημος, — ὁ Θεσσαλονίκης Ἀνανίας, — ὁ Ἰκωνίου Σωβέτος, — ὁ Σηλυβρίας Μανδρίος, — ὁ Ἀθηνῶν Ἰάκωβος, — ὁ Κρήτης Γεράσιμος, — ὁ Νέων Πατρῶν Γρηγόριος, — ὁ Φιλίππων και Δράμας Ἀνθίμος, — ὁ Μεθώνης Ἀνθίμος, — ὁ Ἀρχαίου Καλλίνικος, — ὁ Βιζύης και Μηδείας Μανδρίος, — ὁ Δημητριάδος Ἰάκωβος, — ὁ Λέρων Νικόδημος, — ὁ Σάμου Γρηγόριος, — ὁ Ὑδρωπολιτικῆς Νεόφυτος. Primo sigilli verba haec sunt: † Τῆς συντάσεως και διαμονῆς τῶν ἀπανταχοῦ ἁγίων ἐκκλησιῶν, εὐαγγέλιον τε ὁσίων και ἁγίων μοναστηρίων πρόνοιαν ποικυμένη ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη ἐκκλησία.

Ex ultima episcoporum subscriptione perdifficilis et perobscura oritur quaesitio, quam expedire non valemus. In alio enim sigillio, anno 1749, mense februario, edito, cui subscripserunt una cum Cyrillo V patriarcha undeviginti metropolitae, haec leguntur: Ἐπειδὴ τοιγαροῦν κατὰ τὴν Παλοπόννησον πλησίον τῆς μητροπόλεως και ἐπαρχίας Χριστιανουπόλεως διαταλεῖ πολιτεία ἔντημος, Ὑδροπολιτικῆ λαγομένη, ἀντίσταθον διετηρημένη ἐπαρχουσα και ἰδιόζουσα πατριαρχικὴ ἐξουσία τυγχάνουσα, κατὰ φιλοτιμίαν τε πατριαρχικὴν δεδομένη κατὰ καιροῦς ἐν τῶν ἐφ' ἑκείνων κληρικῶν τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας κτλ. Qua igitur ratione civitas illa, quae anno 1749 dicitur sui iuris exarchia esse ab antiquo (ἀντίσταθον), anno 1728 proprium habuerit episcopum, plane non videmus. Hoc unum scimus, Neophyti subscriptione in memorato sigillio nihil esse evidentius.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1728 mense februario.

Atheniensium civitas, doctrinarum sedes illa nobilis ingeniorumque altrix, post captam a Turcis Graeciam vel unius scholasticae palaestrae copia diu caruit, donec hieromonachus quidam, Gregorius Soteres, empti propriis sumptibus domo (ἐκκλησίῳν τοῦ ναοῦ τῆς ὑπερυψηλομένης δεσποίνης ἁγίων Θεοτόκου ἑπονομαζομένης Μεγάλῃ Παναγίᾳ . . . σχολὴν ἀνάδειξε και φροντιστήριον αὐτὴν ἑλληνικῶν ἅμα τε και κοινῶν μαθημάτων, διορίσας και διαταξάμενος παιδεύεσθαι και διδάσκεσθαι ἐν αὐτῇ τοὺς τε εἰσαγωγικούς και πρωτοκείρους τῆς κυλοποιείας γράμματα και ἐπομένως τοὺς προκεχωρημένους και ἐπίδοον λαβόντας γυμνάσεσθαι εἰς τὰ εὐξέταρα μαθήματα και καταρτίζεσθαι εὐφυῶς πρὸς ἄλλοις διδασκα-

λίαν και λογικὴν μάθησιν. Novum litterarum ludum Atheniensis municipii esse voluit conditor munificus, accepto etiam a Turcico magistratu possessionis instrumento (χορτίον). Ad maiorem tamen cautionem sacram synodum rogavit, cum iam factus esset metropolitae „Μοναμβασίας και καλλιμάτας, ἐπίτροπος και ἐξάρχος πάσης Παλοποννήσου“, ut memoratam donationem publicis litteris ratam haberet ac confirmaret. Id illa toto capite annuit ac statim „πατριαρχικῶν συνοδικῶν συλλογῶδες ἐν μεμβράνῃς γράμμα“ edidit mense februario anni 1728, his verbis incipiens: Ἄξιον ἔντως και βέλτικον οὐδ' ἦτον εἶπαιν και ἀνεγναστον συνοδικῶν και κρατικῶν κρείττων και ἐπαρχοῦσῃ τῆς ἐκκλησίας βουλήμα-

Sigillum hoc e codice 73, fol. 4-7, bibliothecae Atheniensi Ἀρχιερατικῆς (Athenis 1900), pag. 607-610. Melearum (ἢ Μελεατικῆς) descriptum publici iuris fecit A. Pappadopolus-Keramous in ephemeride Absunt episcoporum nomina.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1728 martii 15.

Cum Agapius, Cephaleniae et Zacynthi archiepiscopus, extremum vitae spiritum edidisset, synodus Constantinopolitana, latis in ecclesia sancti Georgii suffragiis, in eius locum subrogavit Sophronium hieromonachum, virum singulari virtute praeditum, si fidem mererentur litterae, quae ea occasione a synodo editae sunt. Has e codice τοῦ Κρητίου descriptas typis mandavit Manuel Gedeon in opere cui titulus: *Κανόνες Ἐκτάξαις*, t. I (Constantinopoli 1888), p. 414-415. Datae sunt die 15 martii anno 1728. Episcoporum subscriptiones prorsus desunt.

Huius electionis opportunitatem nacti, errorem emendare aequum ducimus, qui, ex Philippi Cyprii notitia, in praestantissimum opus Michaelis Le Quien irrepsit. Aasserit praeclarus iste auctor *Orientalis christiani* (t. II, col. 234) Cephaleniam et Zacyn-

thum in unum episcopatum coivisse, qui archiepiscopus factus est a Cyrillo Lucari patriarcha in gratiam Nicephori Metaxae, praesulis Cephaloniae: id quod Dositheus Hierosolymitanus esse factum testatur anno 1621. Porro ex certissimis testimoniis constat, iam inde saeculo XVI exeunte ambos episcopatus coniunctos fuisse. Exstant enim duae epistolae Nicodemo Metaxae, Cephaleniae et Zacynthi episcopo, inscriptae, quarum una die 29 octobris 1591, altera die 15 iulii 1598 data est. Cf. Emilius Legrand, *Bibliographie hellénique du dix-septième siècle*, t. III (Parisii 1895), p. 176 et 179. Ex quo sane colligitur, utriusque insulae episcopatum a Cyrillo Lucari, si quid ab eo factum est, in archiepiscopatum fuisse evecutum: utriusque vero sedis in unam coniunctionem ab illo patriarcha minime fuisse invecutam.

SYNODUS DIOECESANA SUESSIONENSIS

1728 martii 19.

Synodus dioecesana SueSSIONENSIS, celebrata die 19 mensis martii anni 1728, sub Josepho Languet de Gergy, episcopo SueSSIONENSI.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Ordonnances synodales du diocèse de Soissons... [*supra* p. 105].

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1728 mense martio.

Neophytus Maurómmates, e Paro aut Autiparo insula oriundus, post emensum cum in patria tum Byzantii studiorum curriculum, primum episcopus Santorini, deinde Naupacti et Artae metropolitae creatus est anno 706. Cum autem per viginti circiter annos ecclesiam hanc rexisset, abiecto, propter infirmitatem animi, episcopali onere anno 1723, mense decembri, in montem Atho secedens, monachum egit in celeberrimo Iberorum monasterio, deinde in Magna quam vocant Laura, in qua supremum diem obiit anno 1740. Duodecim vero ante mortem annis, testamentum conscripsit, quod, maioris firmitatis gratia, a synodo Constantinopolitana ratum haberi voluit. Clarissimi antistitis votis annuens sacra synodus, scriptum βεβαιώτητον edidit

anno 1728, mense martio, indictione V, his verbis incipiens: Οὐδέν ἄρα τῶν ἑσῶ πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς τοῖς ὀρθοδόξοις συμβάλλεται ἀπρονόητον ἔλως καὶ ἀννημόνωτον παρὰ τῆ θείᾳ γραφῇ καταλείπειται. Illud subscriptis nominibus sanxerunt episcopi isti: Palsius patriarcha, — Gerasimus Heracleae, — Auxentius Cyzici, — Seraphim Nicomediae, — Callinicus Nicaeae, — Nicodemus Chalcedonis, — Ananias Thessalonicae, — Silvester Iconii, — Iacobus Athenarum, — et aliquot alii, quorum monocondylia solvere non potuit Alexander Eumorphopus monachus, a quo documentum typis excusum est in *Ἐκκλησιαστικῆ Ἀληθείᾳ*, t. XXIV (1904), p. 264-265.

SYNODUS DIOECESANA ALGARENSIS ET UNIONUM

1728 aprilis 8

Synodus dioecesana Algarensis et Unionum, celebrata die 8 mensis aprilis anni 1728, sub Joanne Baptista Lomellini, episcopo Algarensi et Unionum.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Constitutiones sinodales (sic) dioecesis Algarensis & Unionum, editae ab illustrissimo & reverendissimo

domino d. Fr. Ioanne Baptista Lomellini, Algaren. & Unionum episcopo, die 8 mensis aprilis, nempe feriâ quinta post dominicam in albis, 1728. Typis Sancti Dominici Calaris.

Sine anno (1728). In-4°, 2 f. - 195 p. - 8 f. (index) — (Roma, Vittorio Emanuele).

SYNODUS DIOECESANA URBEVETANA

1728 aprilis 11.

Synodus dioecesis Urbevetana, celebrata die 11 mensis aprilis anni 1728, sub Onufrio Alisei, episcopo Urbevetano.

De hac synodo confer opus cui titulus:

Constitutiones synodales [supra p. 623].
P. XIII, quarta synodus celebrata fuit [ab Onuphrio e marchionibus Ehaei, episcopo Urbevetano] die 11 aprilis 1728.

SYNODUS DIOECESANA VULTURARIENSIS ET MONTIS CORVINI I

1728 aprilis 11.

Synodus dioecesis Vulturariensis et Montis Corvini I, celebrata die 11 mensis aprilis anni 1728, sub Dominico de Rubeis, episcopo Vulturariensi et Montis Corvini.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Prima dioecesis synodus sanctae Vulturariensis ecclesiae, ab illustrissimo et reverendissimo in

Christo patre et domino d. Dominico de Rubeis, episcopo Vulturariae & montis Corvini, celebrata die XI aprilis anno MDCCLXXXIII. Beneventi, e typographia archiepiscopali, 1728. Superiorum facultate.

In-4°, 2 f. - 227 p. - 6 f. (index) - Roma, libr. Bocca.

SYNODUS DIOECESANA AEDUENSIS

1728 aprilis 16.

Synodus dioecesis Aeduensis, celebrata die 16 mensis aprilis anni 1728, sub Antonio Franciaco de Blitterswich de Moncley, episcopo Aeduensi.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Ordonnances synodales de nosseigneurs les

illust. et rever. évêques d'Autun. A Autun, chez P. P. Dejussieu, imprimeur du roi & de monseigneur l'évêque, M. DCC. LXXXIII.

In-12, 439 p. - (Autun, séminaire).

P. 215-6, statuta edita in synodo dioecesis 16 aprilis 1728.

SYNODUS DIOECESANA MURANA I

1728 maii 1-3.

Synodus dioecesis Murana I, celebrata diebus 1, 2 et 3 mensis maii anni 1728, sub Dominico Antonio Manfredo, episcopo Murano.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Prima dioecesis synodus Murana, ab illustriss. et reverendiss. patre et domino Dominico Antonio Manfredo, episcopo, ss. d. n. Benedicti pp. XIII

praesule domestico pontificioque solio assistenti, celebrata Muri in cathedrali basilica diebus 1, 2 et 3 maji MDCCLXXXIII, praesulatus anno IV. Beneventi, ex typographia archiep., 1728. Sup. licentia.

In-4°, 13 f. - 453 p. - 15 f. (index) - (Roma, libr. Bocca).

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1728 mense iunio.

Monasterium sancti Iohannis evangelistae, quod exstat prope Delvinum, in Epiro, candidissae fertur anno 1543 monachus quidam, Gregorius nomine, qui, maioris cautionis gratia, illud in ditione patriarchae teneri voluit ex suprema voluntatis suae sententia, quam subscriptis nominibus sanxerunt eiusdem provinciae episcopi, videlicet Niphon Ioanninorum metropolitanus, eiusque suffraganei Bellas, Doxifros, Arinoupolitas, Nikodimos, Bothroi, et Glukios Makarios, Xerimaras, et Dalphinos Saporinos. Conditoria voluntatem ratam etiam habuit Constantinopolitanus patriarcha edito sigillio, quo supra dictum coenobium, σταυροπηγίου iure sibi vindicavit. Sigillum illud, temporum iniuria aut monachorum incuria, prorsus perditum, anno 1728 renovari postularunt Sancti Iohannis monachi, consentientes etiam Parthenio, loci episcopo. Quamobrem sigillatis litteris decrevit sacra synodus, ἵνα ἡ διαληφθεῖσα ἐν τῇ ἐπισκοπῇ Βοθροῦ τοῦ καὶ Γλυκίος πλησίον τοῦ χωρίου Μάλτζανη κεκλιμένη οὐβασμία μὴ τοῦ ἁγίου ἐνδόξου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου ἔρῃ μετὰ τῶν συν-

νομίων καὶ ὑποκειμένων αὐτῇ μετοχιῶν καὶ παρεκκλησιῶν, δηλονότι τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος ἐν τῇ χώρᾳ Σμίντης, κεκλιμένη μετὰ τοῦ Γριὰ-θεν, καὶ Λεϊνδα, τῆς Κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τῇ Ναζαράμ, ἐπάνω τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου ἀπερωσθέντος παρὰ τοῦ Γερθεναίᾳ, καὶ ἄλλου τῆς αὐτῆς Κοιμήσεως ἐν τῇ Χούστου μετὰ τῆς Δίφρης καὶ κάτωθεν καλῆς βίαις ἐν τῇ λόγκῃ τοῦ Παλακοχωρίου, καὶ τρίτου τῆς αὐτῆς Κοιμήσεως ἐν τοποθεσίᾳ Σορονία, καὶ τοῦ ἁγίου Νικολάου κάτωθεν τῆς Λεονίτζας, καὶ μετὰ πάντων τῶν λοιπῶν αὐτῆς κτημάτων καὶ πραγμάτων καὶ ἀπερωσμάτων κινητῶν τε καὶ ἀκινήτων εἰς καὶ λέγηται: καὶ παρὰ πάντων γνωσθηταὶ κληρικῆς σταυροπηγιακῆς, ἐλευθέρᾳ καὶ ἀσώστῳ καὶ ἀδοξώτῳ καὶ ἀκαταπάτῳ, ἀνεόχλητῶν τε καὶ ἀνεκηρεάστῳ παρὰ παντὸς προσώπου κτλ.

Epistola data est anno 1728, mense iunio, indictione VI. Incipit: Ἡλλάκῳ μὲν ὄβεν ἡ καθ' ἡμᾶς τῷ Χριστῷ μεγάλη ἐκκλησία χεῖρα βοήθειας ὀρέγειν τῆς χεῖρὸς. Episcoporum nomina per monocondylia exarata ab editore mox laudando legi integra non potuerunt: quae supplēvimus inter

uncinos posuimus: ὁ Ἡρακλείας (Γεράσιμος), — ὁ Κωνσταντίνου (Ἀδριανός), — ὁ Νικομηδείας (Σαραφείμ), — ὁ Χαλκηδόνος (Νικόδημος), — (ὁ Θεσσαλονίκης Ἀναστάσιος), — ὁ Ἰκονίου (Σιλβέστρος), — ὁ Γρηγόριος, — ὁ — ὁ Δρυϊνούπολεως

Ex prototypo quod id temporis in monasterio Sancti Ioannis asservabatur sigillum typis mandavit D. A. Panagiotides, in ephemeride Constantinopolitana Νεολόγου ἑβδομαετίας ἐπιθεώρησις, t. III (1893), p. 335-336.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1728 mense iunio.

Dioecesis Petrae in Creta cum ex locorum hominumque angustiis non haberet unde sustentaret tenuitatem, rogante Macario, eius episcopo, et annuente Hieremia patriarcha, in possessionem venerat praedii, cui nomen Καινοβόριον, antea in patriarchae tutela positi, ea tamen condicione ut domino Κυρίτῳ Δαμαντίῳ, magno apud aulam Ottomanicam interpreti, ad quem praedium illud iure exarchico pertinebat, duodeviginti grossi ab episcopo Petrae quotannis solverentur, damni compensandi causa. Elapsis vero aliquot annis, episcopus Petrae, se ab omni vectigalis pensitandi cura expediturus, Byzantium appulit ac, numerata magno

interpreti octoginta grossorum pecunia, immunitas prorsus evasit. Concordiam inter utrumque constitutam ratam etiam habuit confirmavitque sacra synodus per sigillatas litteras anno 1728, mense iunio, editas, quae his verbis exordiantur: Προσὸν καὶ κηδεσθῆαι πάντως ἐπιλοῦσα ἡ καθ' ἡμᾶς ἅγια τοῦ Χριστοῦ μεγάλη ἐκκλησία τῆς καθ' ἡμᾶς καταστάσεως καὶ συντηρήσεως τῶν ἀπανταχοῦ ἁγίων ἐκκλησιῶν παροικίων τε καὶ ἐξαρχικῶν τῶν ὑποκειμένων τῷ καθ' ἡμᾶς πατριαρχικῷ καὶ οἰκουμενικῷ θρόνῳ. Earum exemplar nacti sumus e codice patriarchico τοῦ Κριτίου descriptum: nulla vero in eo habetur episcoporum subscriptio.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

1728 mense iulio.

Est in insula Lesbo, non longe a vico cui nomen Μαντζιάδος, monasterium satis nobile, sanctorum archangelorum (τῶν ταξιαρχῶν) praesidio nuncupatum: quod vetustate fere collapsum, sociata opera, instaurarunt vici illius incolae. Cum autem aedibus renovandis impares essent, synodus Constantinopolitana, missis ad ubique terrarum christianos

litteris, omnes hortata est ad stipem operi absolvendo conferendam. Harum litterarum originale exstat in tabulario municipii Μαντζιάδου, teste auctore Μαυρογορδатеίου Βιβλιοθήκης (Constantinopoli, 1884), p. 167, qui tamen neque textum neque episcoporum nomina retulit. Datae sunt mense iulio anni 1728, indictione VI.

SYNODUS DIOECESANA VALENTINA IN GALLIA

1728 septembris 1.

Synodus dioecesana Valentina in Gallia, celebrata die prima mensis septembris anni 1728, sub Alexandro Milon, episcopo Valentino.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Ordonnances synodales du diocèse de Valence, publiées dans le synode général tenu par monseigneur l'illustrissime & reverendissime Alexandre

Milon, évêque & comte de Valence, le premier septembre 1728. [Insigne.] A Valence, chez J. Gilibert, imprimeur ordinaire du roy, de mondit seigneur l'évêque & comte de Valence & de l'université, M. DCC. XXVIII.

In-8°, 1 f. - 388 p. - 2 f. (index) (Paris, St-Sulpice).

SYNODUS BELGRADIENSIS IN SERBIA

super ieiunio a metropolita solvendo (1728 septembris 8).

Quantum in rebus ecclesiasticis Serborum valuerit Moyses Petrović, norunt qui historicos Sclavorum meridionalium libros versarunt. Hic primum archiepiscopus Belgradiensis, postea, die videlicet 6 martii 1727, simul metropolita Carloviciensis renuntiatus est. Serbis cum Romana ecclesia unitis odiosus et gravis, plurimum laboravit in condendis apud suos scholis, quo inventus doctrinarum cupida conveniret. Arcessito etiam e Moschovia magistro, cui nomen Maximus Suvarov, eum Belgradiensi ludo praefecit. Omnibus Serbiae clericis, quorum cultus habitusque a privato vix abhorrebat, lato mandato praecipit, ut in posterum veste talari uterentur. Plura vide, si libet, apud E. Golubinski, *Compendiaria historia orthodoxae ecclesiae Bulgaricae, Serbiae, Rumaniae seu Moldo-Valachiae*

(russice) Mosquae, 1871, p. 617-618. Qui cum valitudine a negotiis impediretur, coacta Belgradii episcoporum synodo, ab ea impetravit ut ieiunii legibus solveretur. Ne autem conscientiae angore nimium cruciaretur, Constantinopolitanum patriarcham cum per se tum per suffraganeos episcopos rogavit, ut immunitatem a synodo Belgradiensi factam sua auctoritate comprobaret. Moysis ad patriarcham epistola huiusque ad eum responsum peritiae videntur. Episcoporum autem litteras Palatio patriarchae inscriptas, itemque Palatii responsum optima fortuna nobis conservavit codex Constantinopolitanus Sancti Sepulcri 418, fol. 405-407, e quo utrasque proferimus ad res ecclesiae Serbiae nova luce illustrandas.

1.

Πανταγώτατε καὶ σοφώτατε ἀρχιεπίσκοπε Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῆς πατρι-

1.

Sanctissime ac sapientissime archiepiscopo Constantinopolitano, novae Romae, et universalis patri-

ἀρχα, ἡμῶν κατὰ πνεῦμα πάτερ σεβασμιώτατε, τὴν ὑμετέραν παναγιότητα ἀδελφικῶς προσκυνώντας τὴν χαριτόβρυτον αὐτῆς δεξιάν εὐλαβῶς ἀσπαζόμεθα.

Θέλουμεν καὶ ἐκ ψυχῆς ποθεῖμεν οὐ μόνον τῆ ἐνόματι: νὰ ὀνομαζόμεθα υἱοὶ καὶ μέλη τῆς ἁγίας μητρὸς καθολικῆς καὶ ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ πάντῃ φηλοῦν καὶ ἀπεδεικνύειν. Ἐὰ τοῦτο καὶ νῦν οὐκ ἴδυνήθημεν ἄλλως ποιῆσαι μηδὲ ἐτολμήσαμεν ἀφ' ἑαυτοῦ κρίνειν πράγμα ἀμφίβολον μὴ φανερώμεντες, πρῶτον, καθάπερ ἐφελόμεν, τῆ ὑμετέρας παναγιότητι: ὡς πρωτεύουσῃ ἐν παντί ἐκκλησιαστικῆ κληρωμάτι: πεποιθήμεν. γὰρ εἰ καὶ ὑπὲρ πασῶν τῶν ὑπὸ τὴν ὑψηλίον ὀρθοδόξων φροντίζει ἐκκλησιῶν, πλὴν καὶ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων οὐκ ἀπολείπει προνοεῖν μερῶν καὶ ὡς φιλόστοργος πατήρ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἡμῖν τοῖς αὐτοῦ τέκνοις ἐπιποθεῖν ἔχει καὶ τελεμετρῶς καὶ εὐέλπιδας ἡμᾶς ἐποίησατο νὰ δηλώσωμεν αὐτῇ καταλεπτῶς τὴν καθ' ἡμᾶς νῦν κατὰστασιν: εἶδαμεν γὰρ εἰ οὐκ ἀποτρέπεται ἡμᾶς ἐνοχλοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὸ οὐδὲ κλίνει καὶ μακροθύμως ἐπακούσει.

Αἱ τοῦ λαοῦ ἡμῶν κρίναι ὑποθέσεις, τῶσιν ἐκκλησιαστικαὶ ζῶον καὶ ἐξωτερικαί, νῦν ὡς ζυγοστατοῦμενα: καὶ διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν πανιερωτάτου τε καὶ λογιωτάτου μητροπολίτου Μπελιγραδίου καὶ παντὸς τοῦ ὀρθοδόξου λαοῦ τοῦ ὑπὸ τὴν καισαρικὴν ἐξουσίαν κυρίου κυρίου Μωϋσῆ Πετρόβιτς, κληῶς ἐκβεβηκίνα: καὶ καθὼν τέλος λαβεῖν διὰ τῆς φιλοπόνου καὶ σπουδαίας αὐτοῦ ἐπιμελείας μέλλονται, διατὶ τῶρα ἂν πέσωσιν, οὐδέποτε θέλου ἀνορθωθῆ: ἢ μὴ ἢ αὐτοῦ πανιερότης, συνεχῶς περιπύτουσα ἐν ἀσθενείᾳ, ἰατρῶν δίχα ζῆν οὐ δύναται, οἱ δὲ διὰ τὴν αὐτοῦ θεραπείαν ἐπιμελούμενοι ἄλλοι τῶσιν αὐτοῦ οὐκ ἄπτονται, ἂν δὲν καταλίπῃ τὴν νηστειάν: διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς βλέποντες τὴν ἐξ ἀμφοτέρων μερῶν στενοχωρίαν καὶ γὰρ κατὰ τὸν εἰπόντα: δύο κακῶν προκειμένων, τὸ μὴ χειρὸν βέλτιον, ἐδείχθημεν τῆς αὐτοῦ πανιερότης νὰ μὴν ἀποτινάξῃ τὸ τοιοῦτον βάρος, δηλαδὴ τὴν φροντίδα παντὸς τοῦ ὀρθοδόξου λαοῦ, ἀλλὰ νὰ μεσιτεύῃ πρὸς βασιλικὴν αὐλήν διὰ πάσαν ἐπίδοσιν καὶ ὠφέλειαν τῆς ἡμετέρας: ὀρθοδοξίας, καὶ εἰ ὀλίγην ἐνίσχουσιν πρὸς τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἔργα ἐλάβομεν ἡμεῖς ἀφ' ἡμῶν καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ἵνα ἢ αὐτοῦ πανιερότης ἀναμφιβόλως τὴν νηστειάν καταλύσῃ: ἔτι καὶ διὰ τοιαύτην αἰτίαν ἢ αὐτοῦ πανιερότης ἀδύνατον ἀποστέλλεσθαι καὶ ποῦ ἐν κρυπτῶ τὴν αὐτοῦ διαγινῆ βίον, τὸ πρῶτον ἐπιφέρειν πρόσωπον καὶ συνεχῶς ταῖς τῶν κυριεύοντων τραπέζαις παρακαθήμενος, ἐν ἑκέρ ἀνάγκῃ τοὺς αὐτῶν εὐ διακειμένους τιμῆς ἀξιοῦν, ἵνα εἰ αὐτῶν καὶ παρὰ τῆς ὑψηλοτάτης μεγαλειότητος ἔλεος ἐπὶ πάντας ἡμᾶς τοὺς ὀρθοδόξους ἐφελκύσῃ, καὶ καθὼς ἄπεται τοῦ νηστικῶ ἰδίσματος, παραχρημα κίπται εἰς ἀσθένειαν, οἱ δὲ ἰατροί, οἱ εἰς τὴν τοιαύτην αὐτοῦ ἀνάγκῃ ἐπισκόμενοι, ἐμορφῶνως βοῶσιν, εἰ τὸ νηστικὸν βρῶμά ἐστι φονετικὸν τῆς φύσεως τῆς αὐτοῦ πανιερότης καὶ ἂν δὲν μεταχειρισθῆ, ἐκ τῆς κρεοφαγίας καὶ τὸ νηστικὸν ἀποστραφῆ ὀλοταῶς, οὐδέποτε αὐτῶν φαρμάκοις βοηθήσομαι: καὶ οὕτως πάντες σὺν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἀπολείσθαι κινδυνεύομεν. Εἰδότες οὖν εἰ καὶ παρὰ τῆς ἁγίας μεγάλης ἐκκλησίας ἢ αὐτοῦ πανιερότης ἔχει ἄδειαν εἰς αὐτὸ εἰ ἀνάγκῃ, ἐκαταπαύσαμεν παρακαλοῦντες νὰ μὴν ἀφήσῃ τὴν κληρονομίαν παντὸς τοῦ ὀρθοδόξου λαοῦ καὶ ἀναμφιβόλως τὴν νηστειάν καταλύτω. Ὅθεν ἂν ἴσως ἡμεῖς μὲ τὴν τοιαύτην κοινὴν ἡμῶν διακρίσιν κατέβημεν τὰ πατροκαρβότα δόγματα ἢ ἐναντίον τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων τῆς ἀνατολικῆς ὀρθοδοξίας τι ἐτολμήσαμεν, ἃς ἔχουμεν τὸ ἀρμόζον ἐπιτίμιον καὶ οὐκ ἐσόμεθα ἀπειθεῖς ἀπὸ τοῦ τελειώσαι κατὰ δύναμιν τὰ παρὰ τῆς ὑμετέρας παναγιότητος κλειόμενα. Μετὰ ταῦτα μένομεν τῆς ἁγίας μητρὸς ἡμῶν ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἀληθεῖς τε καὶ

archa, nossecundum spiritum pater colendissime, sanctitatem tuam fraterne salutantes dexteram eius gratiis luxuriantem reverenter deosculamur.

Volumus et ex animo cupimus sanctae matris catholicae orientaliisque ecclesiae filii et membra non solum voce nuncupari, sed et factis cuique illud ostendere ac confirmare. Quapropter et nunc, reposita alia agendi ratione, rem accipitern de-cernere: ipsi non sumus nisi quin prius, ut est nostri officii, eam significaverimus: sanctitati tuae utpote totius ecclesiasticae universitatis principi: etiamiam enim omnium orbis orthodoxarum ecclesiarum curis tenetur, nostris tamen partibus, uti confidimus, providere, nobisque tanquam liberis suis pater amantissimus optima quaeque exoptare non desinit. Quare bona venia ac spe inducimur ad praesentem rerum nostrarum statum per partes illi significandum: probe enim novimus nos aestuantes ab ea non respui, sed pronis auribus benigne auscultari.

Publica gentis nostrae negotia cum ecclesiastica tum civilia, utpote iam aequo examine librata ab archiepiscopo nostro sanctissimo et doctissimo Belgradii totiusque orthodoxi populi in caesarea ditione degentis metropolitano domino domino Moyse Petrovicio, recte expediuntur et ad bonum finem perducentur assiduae diligentisque eius industriae beneficio: namque si modo labefactantur, haud unquam restituentur. Attamen sanctitas sua valetudine laborans semper infirma, vivere non potest nisi medicis utatur: qui salutis eius cura solliciti, aliter eam tractare abnuunt nisi ieiunium non solvat. Quamobrem perspicua hinc illincque angustiis (nam ex cuiusdam sententia ubi duo imminet mala, id melius quod non deterius), sanctitatem tuam rogavimus ne tantum onus, curam videlicet orthodoxi populi, excuteret, sed ut regiae aulae interesset ad quovis modo augendam fovendamque rectam nostram religionem: utque paululum eam confirmarem ad tot tantaque negotia obeunda, id in nos nostrasque animas recepisset, ut sanctitas sua haud dubitanter ieiunium solveret. Id faciendi hanc etiam habuimus causam, sanctitatem suam non posse segregare se a ceteris vitamque quasi secreto traducere, quippe quae primas teneat partes nec cesset in principum conviviiis accumbere, quoniam ipsi opus est amicissimos sibi animos observantis colere, ut eorum opera summae maiestatis gratiam omnibus nobis orthodoxis conciliet. Porro ut esuriales cibos attingit, statim morbo corripitur: medici vero qui huiusmodi illius discrimini intersunt, uno ore conclamant esurialem escam sanctitatis suae naturae esse mortiferam, ac nisi cibaria carnea, esurialibus prorsus posthabitis, adhibeantur, illi remedia haud produrunt unquam: quo fit ut in eius vita omnium nostrum salus periclitetur. Cum igitur compertum nobis sit sanctitatem suam a sancta magna ecclesia huiusmodi immunitate necessitatis causa donari, ei precibus persuasimus, ne totius orthodoxae gentis curam remittat, sed a ieiunio incontinenter absteineat. Quare si forte nos per hanc communem nostram sententiam leges a patribus acceptas perrupimus aut contra ecclesiasticos orientalis orthodoxiae canones aliquod commisimus, congrua poena muldemur nec quod sanctitas tua praeceperit pro viribus perficere detrectabimus. Interim sanctae quidem matris nostrae orientalis ecclesiae veri fidelesque filii, sanctitatis vero tuae studiosi obsequentesque servi permanemus, precesque tuas, quas Deus facile audit, semper nobiscum adsint.

πιστοι υμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας παναγιότητος πρόθυμοι ἅ καὶ εὐπαθεῖς ὑπουργοὶ καὶ ἀειθεοσεβεῖς, εὐχαὶ εὐχ-
σαν μεθ' ἡμῶν ἀειεὶ.

Ἐν Μπελιγραδίῳ τῆς Σερβίας, 1728 Σεπτε-
μβρίου 8.

Τῆς ὑμετέρας σοφωτάτης παναγιότητος πρόθυμοι
εἰς τοὺς ὀφίοντες, καὶ τέκνα πνευματικὰ ἐπίσκοποι:

† Στέφανος Αλοῦμπερατιτζίου.
† Σωφρόνιος Σμπατιτζίου.
† Νικόλαος Τιμισφαρίου.
† Βικέντιος Ἴονοπόλεως.
† Νικηφόρος Σλαβονίου.
† Μάξιμος Σισετισίου.
† Μάξιμος Σεμπσιίου.

Belgradii in Serbia, 1728, die 8 septembris.

† Stephanus Ljubericus.
† Sophronius Sbatzicius.
† Nicolaus Temesvariensis.
† Vicentius Ionopolitanus.
† Nicophorus Slavoniensis.
† Maximus Siseticensis.
† Maximus Sempesiensis.

2.

Παῖσιος ἑλέη θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινου-
πόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῆς πατριαρχίας.

Τὸ κοινὸν γράμμα τῆς ἀρχιερωσύνης ἡμῶν ἠδέως
ἐλάβομεν, τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα καλῶς ἐγνωμεν,
ὅθεν καὶ ἐπαινέσαμεν καὶ ἀκαδεξίμεθα τὴν εὐλαβητι-
κὴν διάθεσιν καὶ τὸν κατὰ θεὸν ζῆλον τῆς ὑμῶν
ἀδελφότητος, διὰ τὸν ὅποιον δὲν ἀπολείπατε νὰ
προστρέχετε τῇ προνοίᾳ καὶ κρίσει τῆς οἰκουμενικῆς
καὶ μεγάλης τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας· εἰς τὰ συμπί-
πτοντα ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς
εὐσεβεῖ ἀντίκοντα ἐρωτήματα διὰ πληροφορίαν ἀσα-
λεστέραν καὶ λύσιν ἀναντίρρητον τῶν ἀμφισβητημάτων
καὶ ἀπορημάτων σα. Καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τῆς ὑμε-
τέρας ἀδελφότητος τοιοῦτος, ἐπαινετὸς, ὀρθοῦς καὶ
ἀποδοχῆς ἀξίος, ὡς ἐξ εὐλαβοῦς διαθέσεως καὶ εὐσε-
βοῦς γνώμης καὶ εὐλαβικοῦ καρδίας προερχόμενος·
τὸ δὲ ἐρωτήμα καὶ πρόβλημα ἦ, νὰ εἰπωμεν καλῆ-
τερα, ἢ ἱκανοποιήσῃς ὅπου ζητεῖτε παρὰ τῆς ἐκκλη-
σιαστικῆς ὀρθοδοξίας καὶ φιλανθρωπίας διὰ τὸ
ὀπισθοθέσθαι τομῆθ' ὑμῶν λόγοις ἀναγκαίαις,
οἰκονομίας κοινῆς προτροπῆ καὶ ἀξιώσει· εἰς κατάλυσιν
τῆς νηστείας διὰ τὸν θεῖον ἑλεῖ· λαχόντα προσεστάναι
ἡδὴ ὑμῶν τε καὶ παντὸς τοῦ αὐτόθι διατελοῦτος
ὀρθοδόξου λαοῦ ἱερώτατον μητροπολίτην Μπελιγραδίου
καὶ συναδέλφον ἡμῶν κύριον Μεωσὴν Πατρόβιτζην,
ἐπειδὴ καὶ περὶ τοῦτου τοῦ ζητήματος ἀρωτηθέντες,
καὶ πρότερον δι' ἐπιστολῆς τῆς αὐτοῦ ἱερότητος, πρὸς
ἡμᾶς πεμφθείσης, δεδώκαμεν τὴν προσέκρουσαν ἀπό-
κρισιν κατὰ γὰρ τὸ ἐφ' ἡμεῶν ἡμῖν καὶ ἔσαν ἀπαραι-
τῆ τε τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ ἱερῶν κανόνων ἀκρίβεια
καὶ ἢ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἑλέους φιλανθρωπία κατὰ
τὸν ψαλμικὸν βῆτέν· Ἔλεον καὶ κρίσιν φέρομαι
σοι, κύριε, διὰ τοῦτο περιττὸν ἐκρίναμεν καὶ αὐθις
περὶ τοῦτου καὶ γράψομεν, ὅτε ἱκανῶς καὶ ἔσαν ἢ
ἐκκλησιαστικῆς οἰκονομίας διδοῦσι· πρότερον τὴν ἀπό-
κρισιν ποιησάμενοι περὶ τοῦτου ἰδίως τῇ αὐτοῦ ἱερό-
τητι, καὶ περαιτέρω εἶπαι οὐ δύναμεθα, ὅτε ἀπαραί-
τητως ἐφελοντες μένειν ἐν τῷ τῶν ὄρων τῆς εὐσεβείας·
ἰσχυρότερα γὰρ σου, φησὶ τὸ ἱερὸν λόγιον, μὴ
ζητεῖ καὶ ὑψηλότερά σου μὴ πολυπραγμό-
ναι, ἀ προσετάρχη σοι ταῦτα δεινοῦσιν¹⁾. Τοῦ-
το δὲ ὅπου γράφετε ὅτι ἀναγκαίως ἐχρήσασθε τῇ
τοιαύτῃ οἰκονομίᾳ διὰ τὰ· εὐλογεῖται αἰτίας ὅθεν
προβάλλετε τῆς οὐμαντικῆς ἀσθενείας καὶ τῆς κοινῆς
ὑμῶν τε καὶ τῶν λοιπῶν ὀρθοδόξων κληρονομίας καὶ
ἀκολουθίας τὸν ἐπιτηρημένον κίνδυνον τῇ σωτηρίᾳ
πάντων ὑμῶν ἐκ τῆς πλημμελοῦς διακείας τοῦ βῆθέν-
τος προσετάρχου ὑμῶν κατὰ τὰς τῶν ἱατρῶν ψήφους
καὶ ἀποφάσεις, τοῦ τοιούτου ἢ κρίσις κρέματα εἰς τὸ
συναιδῶ, τὸ ὑμέτερον. Ὅθεν εἰ μὲν μεθ' εὐθύτητος
καὶ ἀληθείας καὶ ἀπλόστου καὶ ἀνοικουρίτου διανοίας
γίνεται καὶ λέγεται ὑφ' ὑμῶν, δὲν οὐκ λανθάνει ὅτι
ἢ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία τὰ ἐπ' ἀγαθῶ σκοπῆ καὶ
κοινῆ ὀφελείᾳ καὶ σωτηρίᾳ τῶν πολλῶν ὀπισθοθέσθαι

2.

Paisius, miseratione Dei archiepiscopus Constan-
tinopoleos, novae Romae, et patriarcha universalis.

Communem celsitudinis vestrae epistolam laeti
accepimus; quae in ea conscribuntur bene legimus;
quare et laudamus et probamus fraternitatis vestrae
observantissimum animum divinumque fervorem,
quo permoti ad praesidium iudiciumque universalis
et magnae Christi ecclesiae provocatione facta in
iis quae occurrunt ecclesiasticis negotiis non omit-
titis inlatas quaestiones pietati nostrae proponere,
ad eorum de quibus inter vos ambigitur ac dis-
ceptatur tutiorem explanationem ultimamque solu-
tionem. Atque illud quidem est vestrae fraterni-
tatis consilium, ut laudis probationisque dignum
sanè videatur, utpote ex pia indole, religioso
animo, mente sincera profectum. Quoad ea vero
quae solvenda proponitis, seu, ut melius dicamus,
recognoscenda a petitis a recta ecclesiae ratione
ac misericordia, ob id quod omnium vestrum con-
sensu ac sententia utcumque admisisistis necessariis
de causis, licentia ieiunium solvendi data ei, qui,
miserante Deo, vestrum universique orthodoxi pu-
puli istic degentis antistes factus est, sacratissimo
scilicet metropolitae Belgradii nostroque fratri do-
minique Moysi Petrovicio, cum prius per epistolam
sanctitatis suae ad nos missam de eadem re inter-
rogati congruam dederimus responsonem pro nostra
saltem facultate ac prout postulant cum ecclesiasti-
corum sacrorumque canonum severitas tum benigna
ecclesiae humanitas secundum illud psalmorem:
Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine:
idecirco supervacaneum censuimus de hac re iterum
rescribere, quippe qui satis, quantum ecclesiae
patitur dispensatio, ipsi sanctitati suae responsum
prius dederimus, plura vero dicere haud possumus,
cum nobis omnino opus sit intra religionis terminos
permanere: *Fortiora enim te, inquit sacer sermo,*
ne quaesieris et altiora te ne scrutatus fueris, sed
quae praecipiantur tibi, illa cogita. Quod autem
scripsistis, ex necessitate vos hanc liberalitatem
adhibuisse propter probabiles causas a vobis alla-
tas, corporis scilicet imbecillitatem itamque om-
nium vestrum ceterorumque orthodoxorum curam
atque ideo omnium vestrum saluti imminens peri-
culum ex languida supradicti vestri patroni vale-
tudine, secundum medicorum suffragia ac sententias,
id vobis bona conscientia decernendum committi-
tur. Itaque si id quidem ingenue, vere, sine men-
tis dolo et furo fecistis ac dixistis, non vos latet,
ea quae in bonum finem communemque multorum
utilitatem et salutem utcumque sunt a benignissimo
Deo patienter tolerari et ignosci, ex apostoli sen-
tentia: *Optarem ego ipse anathema esse pro fratri-
bus meis; sin autem ex propria cupiditate corpo-*

¹⁾ Rom. III. 28.

γινόμενα μικροθύμια ἀνέχεται καὶ συγγνώσκει κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ῥητόν· ἡδύχρημην αὐτοῖς ἔγωγε ἀνάθεμα γένεσθαι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου¹⁾. Εἰ δὲ καὶ δι' ἰδίων ἐρεξίν καὶ σωματικὴν τρυφήν καὶ ἀπάθειαν πραγματεύεται τὸ τοιοῦτον τῆς καταλύσεως τόλμημα, πρόφρων ἔχων τὴν τῶν πολλῶν κηδεμονίαν, τότε πρέπει νὰ γνωρίζετε καλῶς οὐδὲν εἶναι ἀνάτιος καὶ ἀνεύθυνος παρὰ θεῶ τῶ ἐμβατεύοντι καρδίας καὶ νεφροῦ καὶ κρυψογνώστῃ ἢ τοιαύτῃ τῆς γνώμης κιβδηλία καὶ ἐμπορία. Ὅθεν, ὡς εἶπομεν, μὴ τὸ σὺν νειδός σας κρινόμενοι παρ' ἐκείνου θέλετε λάβεῖ τὴν εἰτε λύκην εἰτε ἱκανοποίησιν τοῦ ζήτηματός σας. Ἡ δὲ τοῦ θεοῦ χάρις εἴη μετ' ὑμῶν.

¹⁾ Rom. IX. 3.

SYNODUS DIOECESANA EUGUBINA

1728 septembris 13-5.

Synodus dioecisana Eugubina, celebrata diebus 13, 14 et 15 mensis septembris anni 1728, sub Sosteneo Maria Cavalli, episcopo Eugubino.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Dioecisana synodus Eugubina ab illustris et reverendis. domino d. f. Sosteneo Maria Cavalli, ex generali ordinis Servorum b. M. v., Dei & apostolicæ sedis gratia episcopo Eugubino & de collegio

episcoporum summo pontifici assistentium, celebrata in cathedrali ecclesia, diebus XIII, XIV et XV septembris anno MDCCLXXVIII, sub auspiciis sanctissimi domini Benedicti divina providentia papæ XIII. Pisauri, MDCCLXXIX e typographia Gavellia. Superiorum permisso.

Pagum in-fol., 2 partes, XX - 234 - 148 p. (Piacenza, communale; Roma, libr. Bocca).

SYNODUS DIOECESANA AMBIANENSIS

1728 octobris 6.

Synodus dioecisana Ambianensis, celebrata die 6 mensis octobris anni 1728, sub Petro de Sabatier, episcopo Ambianensi.

Exstant constitutiones synodales in opere cui titulus:

Actes de l'église d'Amiens, (1849), II, 232-52.

SYNODUS DIOECESANA FOGARASIENSIS

ecclesiae Rumenuorum unitae (graeco-catholicae) in Transilvania atque Hungaria Kolosmonostorii, a die 4(15) ad diem 7(18) novembris 1728.

Episcopus unitus Joannes Giurgiu Pataki supremum diem obiit die 29 octobris 1727. Petrus Maior, in sua historia ecclesiae Rumenuorum¹⁾, narrat, episcopo venenum fuisse porrectum, ne titulo unionis, plures inter Rumenuos introducere posset innovationes. Ast, iste auctor, quamvis presbyter unitus, nimis zelator est Ecclesiae graecae et apertus hostis ecclesiae latinae. Ideo paucam mereret fidem, eo magis, quod documenta synchrona, edita a Nilles²⁾, de violenta morte episcopi nihil sciunt. Illud autem ambigi non potest, unionem jam multas defectiones deplorassee, et in vehementi positam fuisse pugnam adversus schismaticos. Imprimis praesules Serbi et Valachici quamplurimos sacerdotes ordinabant, qui paroecias suas ab unionem detraherent. Imo in ipsa Hungaria, in provincia dicta Marmatia, forsitan in pago Petrova, conedit episcopus Rumenuus Dositheus Theodorovic, apud schismaticos ordinatus, qui et ipse popas pro Transilvania sacrabat, quamvis defuncto Pataki pollicitus erat, sese hoc amplius non facturum³⁾. Horum sacerdotum inveniebantur non pauci, qui ecclesias vi occuparent, unitos persequebantur, parentibus pueros in scholis catholicis edu-

caturis aeternam minarentur damnationem, sincere unitos per despectum „papistae“ vocitarent. Astutiores autem propagatores schismatis exstabant monachi sive calugeri, qui titulo mendicationis populum variis imposturis fallabant.

In his circumstantiis mortuus est episcopus Pataki. Clerus unitus jam die 4 junii 1728 synodum egit pro eligendis tribus subjectis, quorum unus ab imperatore in episcopum deputetur, ad tenorem diplomatis secundi Leopoldi I. Inter personas propositas erat etiam Joannes Innocentius Klein, cui imperator quidem prae caeteris favebat, sed qui tunc temporis adhuc studiis incumbabat, nec in diaconum ordinatus erat. Ideo ad interim nominatus est P. Adamus Fitter s. J., rector collegii Claudiopolitani, in directorem dioecesis. Vir erat Rumenuis apprimè carus, qui inter ipse jam a pluribus annis commorabatur⁴⁾.

Plures invenit reformandos abusos. Mores etenim cleri, uti videtur, ab ultima synodo anni 1725 in melius mutati haud fuerat. Presbyteri inveniebantur, qui ad secundas nuptias convolarent, potui essent addicti, convitia proferrent. Hinc negligentia in sacramentorum administratione, hinc omisio vel incerta celebratio liturgiae diebus dominicis et festivis. Alii sacerdotes adeo erant ignorantes, ut nec formam quidem et materiam

¹⁾ P. Maior, *Historia beatrix Românilor*, (Buda, 1813), p. 269.

²⁾ N. Nilles S. J., *Symbolae ad illustrandam historiam ecclesiae orientalis in terris Coronae s. Stephani*, (Compostae, 1885), p. 479.

³⁾ Dr. A. Banea, *Facile episcopii românești*, (Blaș, 1909), p. 106-8.

⁴⁾ Nilles, op. c., p. 465-6. Dr. A. Banea, *Episcopul Ioan Inocențiu Klein*, (Blaș, 1900), p. 1-3.

sacramentorum callerent. Alii tandem proprio Marte A ecclesias interdicebant.

Temporalis etiam situatio cleri et populi Rumeni nullo modo quadrabat diplomati praedicto, quo unitis jura paria cum latinis solemniter collata fuere. Popae etenim, eorum filii et sacristae ad decimas, staxas et alia onera rustica in emolumentum magistratus et domini fundi obligabantur, quae nisi sponte praestabant, in carceres detrudebantur. Imo et visitatio archipresbyteri saepe impediabatur. Respectu hujus praepotentiae frustra procurator, curator et secretarius cleri instituti fuerant: nunc jam de remediis efficacioribus consulendum erat.

His omnibus motus, P. Fitter synodum dioecesanam indixit, celebrandam in domo Jesuitarum Kolosmonostorii¹⁾, die 4 (15) novembris 1728. Synodo interfuere, praeter praesidem P. Fitter, tres alii Jesuitae: Joannes Gyalogi, Joannes Kiss et Paulus Kolosvári; deinde duo vicarii generales Rumeni, simul archipresbyteri alius Dalliensis²⁾, alius Sukiensis³⁾; denique duodecim assessores et alii quidam archipresbyteri. Acta originalia hujus synodi tantum latine scripta fuisse videntur, nec nisi viva voce a curatore cleri, David Maxay, idiomate Rumeno patribus congregatis explicata. Ideo ad nos solum originale latinum pervenit, editum primo in opere laudato Petri Maior, p. 93-7, juxta originale, quod in manibus habebat, ut ipso testatur auctor. Hinc descripsit J. Moldovan, *Acta synodale ale basaricesi romane de Alb'a Julia si Fogarasiu* (Blasiu, 1869 et 1872, 2 vol.), tom. II, p. 101-7. Hinc denique acta vulgavit et Nilles op. c., p. 491-5. Impressio sequens facta est verbottenus juxta editionem principem Petri Maior, rationali reddita interpunctione, integratis abbreviationibus, correctis mendis manifestis et modificato usu majuscularum.

ACTA SYNODI.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Anno millesimo septingentesimo vigesimo octavo, die decima quinta mensis novembris, indicta et celebrata synodus venerabilis cleri Valachici graeci ritus unitorum, in Transilvania existentium, ad mandatum reverendissimi domini, patris rectoris Claudiopolitani e soc. Jesu⁴⁾ convocata, et sub ejusdem praesidentia celebrata, in possessione Kolos-Monostor, in aedibus admodum reverendorum patrum soc. Jesu Claudiopolitanorum, hora diei praedictae decima matutina inchoata, post liturgiam celebratam, praesentibus existentibus reverendis dominis duobus vicariis generalibus, inferius esse subscribentibus, praelibati venerabilis cleri Valachici uniti, et duodecim assessores aliique reverendis archidiaconis⁵⁾ quibusdam.

Acta ejusdem diei⁶⁾.

Sessio prima.

1. Popa Majlat, quidam sacerdos schismaticus, turbulentus et unitorum persecutor maximus, in sede Rupensi pagoque Sona⁷⁾ habitans, ex man-

dato reverendissimi patris rectoris per dominum vicarium Petrum de Dallya ad hanc synodum legitime citatus, per contumaciam comparere noluit, neque se excusavit. Ideoque sacra synodus determinavit, reverendissimoque patri rectori commendavit, illum, etiam brachio saeculari implorato, compeccandum et condigne juxta sua demerita puniendum esse.

2. Ratione excessuum poporum schismaticorum, et eorum, qui sacram abjurarunt unionem, templaque ubi unitis violenter occuparunt et receperunt, aliasque intulerunt unitis violentias, ut diligentissimam faciant inquisitionem, ordinati sunt reverendi domini Nicolaus, archidiaconus Benyeiensis¹⁾ et Ladislaus Hátas, parochus Fogarasiensis, vel ipsius loco quem alium reverendissimus pater rector nominare voluerit, cum duobus dominis cancellistis, penes mandatum excelsi regii gubernii et excellentissimi domini domini commendantis generalis implorandum, ne ab aliquibus, in serie suae faciendae inquisitionis, praelibati domini regii turbentur. Pro quorum expensis, ut et dominorum curatoris Davidis Maxay, secretarii Francisci Boér, et procuratoris venerabilis cleri Francisci Hunyadi solutione, determinatur fundus, census²⁾ cathedralis, quem more solito administrabant popae suis archidiaconis ad festum circumcisionis Domini anni 1729 proxime futuri; hi vero domino vicario Dalliensi et Sukiensi, quorum muneris erit, dictum aes, erga quicquid administrantibus extradandas, percipere, pariterque in iam dictas necessitates aliasque, si quae forte etiam deinceps ingruerent, cum praescitu tamen reverendissimi domini patris rectoris fideliter erogare.

3. Contra popas bigamos, ebriosos, convitatores, aliasque quaelibet his similia committentes crimina, stat prius conclusum, vivente pie defuncto domino episcopo determinatum³⁾, ac scriptotenus dominis archidiaconis communicatum, cui ut quilibet exacte satisfacere et morem gerere obtemperareque sese adstrictum esse noverit, etiam in praesentiarum imponitur.

4. Reverendo domino archidiacono Joanni de Benye serio injungitur, ut in popam quemdam ex comitatu de Küküllö pagoque Almás⁴⁾ existentem diligentissime inquirat, ob nonnulla dicta, uti relatum est, illum matri cujusdam juvenis, apud catholicos studentis, dixisse, revera eidem damnationem imminere, eo quod filius suus apud catholicos frequentaret scholas; reque ista quam diligenter investigata et examinata, primo quoque tempore genuinam desuper reverendissimo domino patri rectori deferret relationem.

5. Reverendi domini archidiaconi singillatim in suis hyparchiis, intra brevioris temporis spatium, convocabunt ad particulares synodos omnes suos popas, eodemque de sacra unionem, et quomodo eam teneant, calleant et observent, diligenter examinant. Si quos autem inter eos invenerint schismaticos, eo magis quempiam unionem abjurasse, illico similes cum congrua declaratione et rei certitudine reverendissimo domino patri rectori denuntiabunt. Qua occasione etiam singulariter examinant popas, praesertim de ruditate suspectos, num formam et materiam sacramentorum cal-

¹⁾ Cluj Măgurel, Kolos-Monostor, in Transilvaniae comitatu Kolos.

²⁾ Dala, Oláh-Dallya, in Transilvaniae comitatu Alod-Fehér.

³⁾ Juc, Alod-Zsak, in Transilvaniae comitatu Kolos.

⁴⁾ P. Adam Fitter.

⁵⁾ Archidiaconus idem significat ac archipresbyter.

⁶⁾ Synodum inauguravit P. Fitter allocutione hungarica. Nilles op. c., p. 488.

⁷⁾ Sona, in Transilvaniae comitatu Nagy-Küküllö. Iste parochus Majlat totam sedem Rupensem coactaverat. Dr. A. Grama's, *Isleri's Americai Romanensi unitis cu Rom'a*, (Blasiu, 1864), p. 100.

¹⁾ Bita, Magyar-Bénye, in Transilvaniae comitatu Kis-Küküllö.

²⁾ Intelligendum est rectigal unius foreni episcopo solvendum a quolibet sacerdote. Tempore sedis vacantis hic census in finem a synodo determinatum expendendus erat.

³⁾ Sermo est de synodo anni 1728, supra col. 200.

⁴⁾ Almás-Almás, in Transilvaniae comitatu Nagy-Küküllö.

leant, quomodoque et qualiter eadem administrent; A rudes autem in his instituant ac informant, ne per supinam ignorantiam sacrilegia contingant, et animarum ruina sequatur.

